dotiū regalis potestas est ordinata. ⁊ hec authoritas ꝓ-
bat istū ⁊ ar.ꝑcedērē quē late ꝓbaui. Itē glo.Dan.v.apud

Insignia regalia.

iudeos reges vnctio facit.ex de sacra vnc.c.j. apud gen-
tiles.iiij insignia. scȝ purpura/fibula/ānulus/diadema.
Or autē imperiū sit ab ecclesia clarū est: quia sicut.s.xiij.
ar.longe disserui:ecclesia vtrumqꝫ habet gladiū ⁊ exerci

Imperium ab ecclesia et nō econuerso.

tium:⁊ executionē gladij temporalis ab ecclesia impera-
tor recipit.vnde Bern.ad Euge.lib.iiij.quarta columna
ibi:Quid tu denū vsurpare gladium tentes:quē semel
iussus es reponere in vaginā? Quē eē qui tuū negat:nō
satis videt mihi attendere verbū dn̄i dicentis sic Math.
xxvj.Conuerte gladiū tuū in vaginā.tuus ergo:⁊ ipse for-
sitan tuo nutu:etsi nō tua manu euaginādus.alioquin si
nullo modo ad te ptineret et is:dicētibus apl'is Luc.xxij.
Ecce gladij duo hic.nō respōdisset dn̄s/satis est: sed me⁹
est:vterqꝫ ergo ecclesie:⁊ spūalis scilȝ ⁊ gladi⁹ materialis.
sed is quidē pro ecclesia:ille ꝑo ab ecclesia exercēdus. ille
sacerdotis:is militis manu/sed sane ad nutū sacerdotis
⁊ iussum imperatoris. hucusqꝫ Bern. ¶ C Sed,⁊ sacer

Ue.legis sacerdotes gladio materiali vsi sunt.

dotes veteris legis etiā materiali gladio vtebant:qd nō
fecissent/nisi ad eos tēporalis et materialis gladius pti-
neret.Moyses em̄ sacerdos fuit. vn̄ Ps.xcviij.Moyses
⁊ aaron in sacerdotibus ⁊c.xxij.dist.c.ij.⁊ no.lxvj.dis.por-
ro.⁊ tn̄ egyptiū interfecit. Exod.ij.⁊ mādauit leuitis in-
terficere fratres suos idololatras.Exo.xxxij.⁊.xlv.distin.
disciplina.⁊.xxiij.q.iiij.qd crudele.⁊.q.v.§.hinc apparet.
⁊.q.iij.nō inferēda. Itē phinees fili⁹ eleazari sacerdotis/
⁊ ipse sacerdos/arrepto pugione intrans/scortū pfora-
uit ⁊ iudeū coeūtē cū madianita chozni nomine/filia no-
bilissimi principis madianitarū.Uir aūt iudeus nomine
Zamri duxerat:ꝑpter quod meruit pactū sacerdotij sem
piterni. vt hec legunt Nume.xxv.⁊.xxiij.q.viij. legi siro-
mastē.⁊.c.occidit.Itē samuel minister dei Agag regē pin
guissimū in frusta ꝯcidit.j.Reg.xv.⁊.xxiij.q.v.§.hinc ap-
paret.Nonne ⁊ helias ꝓphetarū eximius occidit ꝓphe-
tas baal?iij.Reg.xviij.⁊.xix.c.in prin.⁊ duos q̄nquagena
rios ochozie.iiij.Reg.j.⁊ de isto vtroqꝫ.xxij.q.iiij.ꝙ chri-
stus.⁊ in.c.ea vindicta. Nonne ⁊ matathias filius Ioan-
nis sacerdos dn̄i zelator legis/occidit iudeū super aram
sacrificantē?j.Mach.c.ij. In signū huius gladij tēpora-
lis potestatis christus ea vtens acceptis funiculis/eiecit
ementes ⁊ vendentes de templo. Ioan.ij.c.j.q.iij.ex mul
tis.⁊.c.vendentes.⁊.xxiij.q.iiij.qui peccāt.Petrus etiam
suus vicarius auriculam malche amputauit. Ioan.xviij.
⁊.xxiij.q.j.si petrus.⁊ geminū fecit homicidiū:ananie et
⁊ saphyre.Actuum.v.⁊.xxiij.q.viij.legi.⁊.c.occidit.⁊.c. pe
trus. Nec discipuli f'm Ambro.peccauerūt petentes ignē
descēdere sup samaritanos. Luc.ix.xxiij.q.iiij.ꝙ christus.
nec paulus obcecans elimam magū. Actu.xiij.vt pre.c.
legi.⁊.xxiij.q.iiij.§.pōt tn̄ in hac.⁊.xlv.di.§.salomon. Nec
apl'i peccauerūt qui mandabant templis vt corruerent
sup idololatras ⁊ corruebāt: ⁊ multi ex eis peribāt. vt in
eorū gestis legitur. Nec hodie peccat p̄lat⁹ q̄ etiā in male-
ficio speciali:vbi habet iurisdictionē tēporalē:mādat fie-
ri iustitiā. vt ex lib.vj.ne cleri.vel mo.eps. Nec hoc dico ꝙ
clericis sit licitū hodie causas sanguinis agitare: imo ꝓ-
hibitū:vt pre.c.eps.ex ne cle.vel mo.sententiā.⁊.c.clericis.
q̄si ꝑ totū.⁊ ex de rap.c.in archiepiscopatu. ⁊.l.dis. clericū
q̄ paganū.⁊.c.miror.⁊ in multis ibi.c.⁊ expressum.ij.q.vij.
§.itē quū balaā.ꝑ.his ita.ij. ¶ D Sed vt probē quō ec-
clesia gladiū habeat temporalē: sed per se nō eius exerci-
tium:vt superius satis dixi.nō enim cū authoritate occi-
dere vel iuste peccatū est;imo meritū.xxiij.q.v.§.hic appa

Ecclesia hꝫ gladium tpalē:sed nō ei⁹ exercitium.

ret.c. de occidēdis.c.miles.c.quū minister.⁊.c.lex eterna.
cū aliis.⁊ nisi ecclesia hoc prohibuisset clericis:sine culpa
interficerent si potestatē haberent/vel iuste hoc facerēt:
sicut sacerdotes legis veteris. vt pre.§. item quū balaā.
quia qui peccat nō peccat legis authoritate.xxiij.q.iiij. q̄
peccat.hoc aūt ecclesia ex maiori puritate ⁊ innocētia or-
dinauit. vnde dn̄s ad dauid.j.Paralipo.xxij.ait Multū
sanguinem effudisti:⁊ plurima bella bellasti: nō poteris
edificare domū noi meo tanto effuso sanguine corā me.
de hoc.j.q.vij.si q̄s oēm.de cōse. di.j.c.j.vbi de hoc. Si em̄
peccatū esset iuste occidere:nunquā angelus dn̄i de man
dato eius occidisset ꝑ vno peccato vane glorie regis da-
uid.lxx.milia viroꝝ de populo israel.ij.Reg.vlti.⁊.j.q.iiij.
§.itē peccato ciuiū.ꝑ.itē dauid.nec ꝑpter superbiā senna
cherib regis assyrioꝝ.lxxxv.milia de ppl'o suo.Esa.xxxvij.
⁊ in multis aliis locis pcussit dn̄s ꝑ angelos iudeos ⁊ gē
tiles. Irregularitas quoqꝫ nō a iure diuino est: sed a ca-
nonico introducta.ex lib.vj.de sentē.excō.is qui in eccl'ia.

Non est peccatū iuste occidere.

Irregularitas vn̄ pcedat.

Et ꝙ imperiū sit ab ecclesia hinc apparet/ꝙ nō est legiti
mus imperator:nisi vnctionē/confirmationē/coronatio-
nē/⁊ gladiū recipiat ab ecclesia.vt ex de elec. venerabilē.
⁊ in clementi.de iureiu.romani principes.⁊ de re iudi.ad
apl'ice.lib.vj.⁊ in clemen.e.c.pastoralis cura.⁊ de hoc sa-
tis in alio ar.dictū est superius.xiij.sicut nec reges veri in
ppl'o isrl' fuerūt:qui vnctionē a sacerdotib⁹ nō receperūt:
sicut.s.ꝓxime dictū est. Itē quia vt plene probatū est.s.
in.xiij.ar.vt.s.tactū est in isto ar.papa vtrumqꝫ habet gla
diū:⁊ supra imperatorem est/quia maior eo est.⁊ ad hoc
etiā facit.xcvj.disti.q̄s dubitet. Quis dubitet sacerdotes
christi regū ⁊ principū oimqꝫ fideliū patres ⁊ magistros
censeri? Nōne miserabilis insanie esse cognoscit: si filius
patrē:discipulus magistrū sibi conet subiugare:⁊ iniquis
obligationib⁹ illū potestati sue subijcere:a quo credit nō
solū in terra:sed etiā in celis sese ligari posse ⁊ solui? Si h
de oibus sacerdotibus dicit:quid de illo dei vicario dicē-
dū est:qui est princeps omniū sacerdotū?xcvj.di.cōstanti
nus.ex qui fi.sint legi.ꝑ venerabilem.§.sunt aūt.⁊ caput.
xxij.di.c.j.⁊.ij.⁊ pastor pastorū.quia successor christi. prin-
ceps pastorū.j.Pet.v.xcv.dist.esto.qui dixit Ioan.vlti.ex
de maio.⁊ obedi.solite.pasce agnos meos siue oues.glo.
meos dicit.id est vt meos:nō vt tuos. gloriam meā in eis
quere:nō tuā.mea lucra quere:nō tua. In q̄bus ꝑbis ostē
dit eū nō principale caput:sed sui capitis vicariū genera
lē oim hominū:nullo excepto/imperatore vel alio.ad qd
facit pre.c.solite.§.nos aūt.ibi: Nō distinguens inter has
oues ⁊ alias:vt alienū a suo demōstraret ouili: qui petrū
⁊ successores ipsius magistros nō recognosceret ⁊ pasto
res. Itē alia glo.dicit/ꝙ pascere oues/est credētes ne de-
ficiāt cōfortare:terrena subsidia si necesse est subditis ꝓ-
uidere/exempla virtutū p̄bere/aduersariis obsistere/pec
cātes corrigere.fac.xcv.di.esto. Nā etsi aliis apl'is christ⁹
claues dederit quū eis dixit: Ioan.xx.Accipite spm̄sctm̄:
quorū remiseritis peccata remittunt eis: ⁊ quoꝝ retinue
ritis retenta sunt.de peni.di.j.quē penitet.singulariter tn̄
petro dixit Matth.xvj.Tibi dabo claues.xxj.di. in nouo.
hoc ideo:vt omes per orbē credētes intelligant vnū esse
caput vniuersalis ecclesie extra quā nemo saluat: vel re-
gnū celorū adipiscit.xxiiij.q.j.quicūqꝫ. aut vn⁹ intelligat
christi vicarius principalis in ecclesia scta nō duo: ne vni-
tatis vinculū dissoluat.xix.di.ita optime.xciij.di. legim⁹.
ibi: Or aūt postea vnus electus est q̄ ceteris ꝑponeret:in
schismatis remediū factū est:ne vnusquisqꝫ ad se trahēs
ecclesiā christi rūperet. ¶ E Et si dicat ꝙ antea fuit im
perator ꝙ christus nasceret.falsū est:q: nō debet dici ve-
rus imperator q̄ catholicus nō est:vt.s.dixi in ar.xxxvj. ⁊ q̄
a toto mūdo elect⁹ nō est: q: toti⁹ mūdi imperator vn⁹ est.
vij.q.j.i apib⁹.nullus em̄ legit imperator a mūdo elect⁹:vel
alicui a deo q̄ est mūdi dn̄s.viij.disti.q̄ iure.imperiū supra
orbem datum fuit.ergo vsurpatū:vt superius est probatū
in illo articulo.xxvj. vnde Aug.iiij.de ciui.dei.iiij.c.dicit.

Pascere oues christi qd sit.

Non est imperator nisi catholicus.

ꝙ remota iustitia q̄d sunt regna nisi magna latrocinia:⁊
infra.Eleganter em̄ ⁊ veraciter Alexādro illi magno/q̄-
dam cōprehensus pirata ab eo interrogatus/quid ei vi-
deret vt mare haberet infestū:rn̄dit libera ꝯtumacia:qd
tibi inquit/vt totū orbē terrarū: sed quia ego exiguo na-
uigio facio/latro vocor: q: tu magna classe: imperator.
Quare etiā voluit deus vel ꝑ meliori ꝑmisit:vt essent ta
lia regna vel imperia vsurpata:Aug.de ciui.dei.v.li.c.xij.
circa finē.dicit sic. Quum diu fuissent regna orientis illu-
stria:voluit ⁊ deus occidētale fieri:qd tēpore esset poste-
rius:sed imperij magnitudine ⁊ latitudine illustri⁹. Idqꝫ

Dionidis pirate reliberū rn̄suȝ ad Alexandrū magnum.

talib⁹ potissimū concessit hoibus/ad domanda multarū
gētium grauia mala:qui causa laudis/honoris/⁊ glorie
consulerent patrie:in qua ipsam gloriā requirebant:salu
temqꝫ eius saluti sue ꝑponere nō dubitarent: ꝑ isto vno
vitio:id est amore laudis/pecunie cupiditatem: ⁊ multa
alia vitia cōprimētes. Itē Aug.iiij.de ciui.dei.c.iij. Malo
rū regnū magis regnātibus nocet: qui suos aios vastāt
scelerū maiore licētia. his aūt qui seruiēdo eis subdunt:
nō nocet nisi iniq̄tas ꝓpria.nā iustis quicq̄d maloꝝ ab
iniquis dn̄is irrogat:non est pena criminis/sed virtutis
examē.vij.q.j.aduersitas.v.q.v.nō omis.ꝑinde bon⁹ etiā
si seruiat liber est:malus etiā si regnat seruus est:nec vni⁹
hois:sed qd est grauius tot dominoꝝ/quot vitiorū. de q̄-
bus vitiis quū ageret scriptura diuina: A q̄ em̄ inq̄t/q̄s
deuictus est:huic ⁊ seruus addict⁹ est.ij.pe.ij.⁊ facit Ioā.
viij. Itē Greg.in registro epistola.v.in dictiōe.xiiij. Bru-
nichilde regine Francorū nō immerito ꝯtigit:vt cūctarū
gentiū regna ꝑcellerēt regna francie.q̄ppe q̄ earundem
gentiū creatorē ⁊ veraciter cōfitetur: sed vt laudabilius
in eo fides cū operibus enitescat: adhortationes nostre
eū succendāt:quatenus sicut sublimē illū inter hoies po-
tentia regalis ostēdit: Ita ante deū magnū faciat pietas
actionis. Idem in ep'la.vj.Childeberto regi Francorum.
Quāto ceteros hoies regia dignitas antecedit: tanto vl
tra ceterarū gentiū regna vr̄a ꝑfecto culmē extollit. esse
aūt regē:q: sunt ⁊ alij nō mirū est:sed esse catholicum qd
alij nō merent: hoc satis est. Sicut em̄ magne lampadis
splēdor in tetra noctis obscuritate luminis sui claritate
fulgescit: Ita fidei vestre claritas inter aliarū gentiū ob-
scurā perfidiā rutilat ac coruscat. Quicquid aūt ceteri re-
ges se gloriant habere:vos habetis. Sȝ ipsi in hac re ve-
hementius superant:q̄m hoc principale bonū nō habent
qd habetis.vt ergo sicut fide:ita ⁊ actione regnū regat:
benignam se excellentia vestra suis subiectis semꝑ exhi-
beat:⁊ si qua sunt que ei⁹ animū offendere valeant:ea in-
discussa nō puniat. Tunc em̄ vero regi regū amplius pla
cebit si potestatē suā restringēs minus sibi crediderit lice
re ꝙ pōt. Hucusqꝫ Grego.faciūt ad hec.xxiij.q.iiij. sicut.
⁊.c.si nō ex fidei. Est ⁊ alia ratio q̄re deus iniusta regna ⁊
violenta sustinuit:vt per taliū reges israeliticū ppl'm de-
linquētē: ⁊ idololatrā feriret/⁊ alios dei inimicos:vt ma
li malos punirēt.xxiij.q.v.§. hinc notādū.vnde sennache
rib qui dicit assur: iudeos puniuit.de quo dicit dn̄s Esa.
x.Assur virga furoris mei: ⁊ ipse nō cognouit.⁊ nabucho
donosor.iiij.Reg.c.penul.⁊ vlt.⁊ antiochus.ij. Mach.v.
⁊ principes romani. Luc.xix.⁊ pre.§.hinc notādū. Scd̄m
Augu.em̄ malus aut ideo viuit vt cōuertat:aut ꝙ ꝑ eum
bonus exerceat.facit.xxiij.q.iiij.hec autē.in fi. Nec obstat
qd legit factū. Ibi allegat Hiero. Quis em̄ illi exercitui
talē potestatē dedit:aut ppl'o romano/ꝙ iurisdictionem
det imperatori in vniuerso orbe? ⁊ vide.s.e.ar.ꝑ. et si di-
catur.⁊ qd no.in spec.in rubrica de scripti.p̄sentia.§.rōne
cause.ꝑ. itē q: obtent.est ⁊c.ꝙ exercit⁹ imperatorē facit.
xciij.di.legim⁹.⁊ ꝙ imperator habet iurisdictionē a ppl'o
insti.de iur.na.§.sed quod principi. ⁊ no.ex de transla.c.j.
glo.j.quia illud olim.hodie verū nō est:sed electores,⁊ cō
firmatio pape.ex de elec.venerabilem. Itē f'm Innocē.⁊
Ostien.qui hoc no.ex de vo.⁊ vo.re.ꝙ super his.papa vi-
carius generalis est dn̄i iesu christi.s.de transla.c.j.⁊.ij.et

De⁹ iniusta ⁊ violēta pmisit dn̄ia.

Sennacherib ē assur.

Mali q̄re viuūt.

ideo potestatē habet:nō solū sup christianos/sed etiā sup
oēs infideles. Quū em̄ christus plenariā recepit potesta-
tē. Ps.lxxj.Deus iudiciū tuum regi da:⁊ iustitiā tuā filio
regis.⁊ Matth.vlti.Data est mihi omis potestas in celo
⁊ in terra. Nō videret diligēs siue sapiēs paterfamilias:
nisi ⁊ vicario suo:quē in terra dimisit:plenā sup oēs pote
statē dimisisset. ex lib.vj.de homici.ꝑ humani.vbi de hoc
etiā Ostien.no. ¶ F Et ideo dicit de papa/ꝙ habet nō
solū potestatē:sed plenitudinem potestatis.ex de vsu pal.
ad honorē.ij.q.vj.qui se scit.quia petro et successorib⁹ ei⁹
claues regni celorū dedit dicens:quodcūqꝫ ligaueris ⁊c.
Mat.xvj.⁊.xxiiij.q.j.quodcūqꝫ.⁊ iterū:pasce oues meas.
Ioan.vlti.ex de maio.solite. Oues aūt sunt nō solū fide-
les:sed etiā infideles per creationē/licet adhuc nō sint de
ecclesie ouili.vn̄ Ioā.x.Et alias oues habeo que nō sunt
ex hoc ouili. vn̄ sequit ꝙ papa sup omes habet potestatē
⁊ iurisdictionē super terrā de iure:licet nō de facto.appro
bant hec in eo qd legit ⁊ no.s.de elec.significasti.de iudi.
nouit.⁊ pre.c.solite. Et per hanc potestatē quā habet pa-
pa:dicendum est ꝙ si gentilis/vel paganus/vel barbara
queuis alia natio:etsi nō habeat nisi legē nature:si tamē
cōtra ipsam legem nature faciat:licite per papā potest pu
niri.xxxij.q.vij.flagitia.⁊ ar.Gen̄.xix. vbi habes ꝙ sodo-
mite quia cōtra legem nature peccauerūt:puniti sunt a
dn̄o.ij.q.j.deus omnipotēs.ex de accusa.qualiter et qn̄.ij.
vnde quū iudicia dei nobis sint exēpla: nō occurrit ratio
quare papa qui est vicari⁹ dei:hoc nō possit ⁊ debeat dū-
modo facultas adsit. Iō ⁊ omes idololatras punire pōt.
naturale em̄ est vnum ⁊ solū deū credere ⁊ nō creaturas:
vt mādauit dn̄s moysi Deut.xiij.⁊.xxiij.q.v.si audieris.⁊
Matth.iiij.vnum deū adorabis ⁊c.vnde Paulus ad Ro
ma.j. Inuisibilia em̄ ipsius a creatura mūdi per ea que fa
cta sunt intellecta conspiciunt.sempiterna quoqꝫ eius di-
uinitas:ita vt sint inexcusabiles.⁊.j.e. Qui cōmutauerūt
veritatē in mendaciū:⁊ coluerunt ⁊ seruierunt creature
poti⁹ q̄ creatori. Inde est ꝙ papa iudicat ⁊ punit iudeos
si contra legē faciant in moralibus:que immutabilia pse
uerant.vj.di.§.his itaqꝫ.qn̄ prelati eorū eos nō puniunt.
⁊ eodem modo punit eos si contra legē suam hereses in-
ueniant ⁊ obseruent. Hac ratione moti Grego.ix. et In-
nocen.iiij.mādauerūt comburi librū quē iudei vocāt tal-
muth:in quo multe hereses cōtinent:⁊ puniri illos q̄ do-
cerent dictas hereses vel seruarent. De christianis nō est
dubium ꝙ potest eos iudicare ⁊ punire si contra legem
euangelij faciant/vel grauiter peccēt:vt patet in his que
legunt ⁊ no.ꝑ Innoc.⁊ Ostien.ex de iudi.nouit.facit.xv.
q.vj.alius.item.xxxij.q.v.preceptū.ex lib.vj.de sup.ne.pre.
grandi. Et quāuis papa aliq̄n omittat penitētias iustas
⁊ debitas penas oibus p̄dictis inferre:vel quia facultatē
nō habet coercendi:vel ꝑpter pericula vel scandala que
incūbunt:vel que venire timet/vel quia multitudini par-
cit.ex de cleri.excō.mi.latores.de tempo.ordi.c.ij.l.di.vt cō
stituent. Est tn̄ potestas hoc faciēdi apud eū quando pōt
⁊ vult. ¶ H Iuste etiā papa dat indulgentias illis qui
vadūt ad defendendū ⁊ occupandā terrā sanctā ⁊ aphri-
cā quā incolunt saraceni/q̄ nr̄a fuit:sicut apparet in con-
cilijs ibi celebratis. ⁊ quia saraceni aut nocent: aut semꝑ
nobis parati sunt nocere sicut nostre fidei inimici.ad hoc
xxiij.q.viij.dispar.⁊.q.v.omniū.⁊ infidelib⁹ terrā posside-
tibus iustū bellū indicit/quia iustam habet causam:quū
illa terra sit consecrata natiuitate cōuersatione et morte
iesu christi:⁊ in qua non colitur christus/sed machomet⁹.
Unde ⁊ q̄uis infideles saraceni ipsam possideant: iuste
tamen exinde depelluntur vt colatur a christianis: et ad
ipsorum dominiū reuocetur.nam ⁊ predicatione aposto-
lorum:⁊ iusto bello victa fuit et acquisita ab imperatore
romano post mortem christi.⁊ ideo papa ratione imperij
romani quod obtinet:potest et debet ipsam ad suam iu-
risdictionem reuocare: qua iniuste ab illis qui de iure
hoc non poterāt facere: noscitur spoliatus ex interuallo

Oues christi.

Papa punit iudeos.

Causa crucis p̄dicande cōtra infideles.

Universidad de Deusto Biblioteca

etiá qñcūqз potuerit.ex̃ de resti.spo.olim.j.collectis ami-
cis.ff.de acqui.pos.qđ meo.§.vlti.⁊.l. clam possidere.§. q
ad nundinas.⁊ no.ex̃ de homici.significasti.ij.in glo.ma-
gna.⁊ hec ratio sufficit in oībus aliјs terris in q̇bus nūq
romani imperatores iurisdictionē habuerūt. Nec obstat
si dicat q ecclesia nō habet imperiū nisi in occidēte.xcvj.
di.Cōstantinus.j.q: illud loquit quoad ꝓprietatē: secus
quoad tuitionē ⁊ defensionē.hoc em̄ certū est:q: vn⁹ gla-
dius alteri adsistere pōt.vt d: ex̃ de sentē.excō.dilectio.li.
vj.ꝑcellit tñ spūalis:vt pater ⁊ magister. vñ pōt supplere
Papa h3 iurisdictionē super infideles.
⁊ punire tēporalē negligentiā ⁊ delictū.xcvj.di. q̇s dubi-
tet.c.duo sunt.c.si imperator. ¶ J Quinimmo ⁊ contra
alios infideles:etsi nō teneāt terrā in q̄ iurisdictionē ha-
buerunt principes christiani:pōt tñ papa iuste facere ꝑce
ptū ⁊ constitutionē q nō molestent iniuste christianos q̄
corū iurisdictioni subsunt.arti.j.de iude.c.de iudeis.⁊.c.
quū sit.⁊.c.ex speciali.⁊.c.si.liiij.di.mancipia.⁊.c.seq. imo
et si male tractēt christianos:pōt eos priuare p sententiā iu-
risdictiōe ⁊ dominio qđ sup eos habēt:sed nō nisi ex ma-
gna causa.debet em̄ eos quātū pōt tolerare: dūmodo nō
Nemo cogend⁹ ad fidē.
sit periculū christianis:nec exinde graue scandalū gene-
retur. Licet em̄ infideles ad fidē ꝓcise non cogant:q: oēs
sunt libero arbitrio reliquēdi:quia sola gratia dei in hac
reuocatione valз.xlv.di.de iudeis.⁊.xxiij.q.v.ad fideз.de
con.di.iiij.gratia.pōt tñ papa mandare infidelibus q in
terrenis sue iurisdictiōis euāgelij ꝑdicatores admittāt.
nam quū omnis creatura rationalis facta sit ad deū lau-
dādum iuxta illud psalmiste.cxvj. Laudate dn̄m omnes
gentes.⁊ iterum ps.cl. Omnis spiritus laudet dominū.
Certum est q si omnes pagani predicatores prohibeant
ꝑdicare: peccāt.ar.ex̃ de iudeis .quā sit.⁊ ideo a papa sūt
puniendi. In omnibus autem predictis casibus ⁊ in om
nibus aliјs/in quib⁹ licet pape aliquid mandare infide-
libus: ⁊ cōpellere siue punire eos si nō obediāt: papa pōt
solus ⁊ non alius de iure suo contendere:bellum eis indi-
cere:⁊ contra eos seculare brachiū inuocare. ¶ L Nec
est cōtra quod dicit apostolus: Nihil ad nos qui foris sūt
j.ad Corin.v.ij.q.j.multi.quia illud verum est excommu-
nicando vel precise ad fidem compellendo:quuз sola dei
gr̃a vocandi sint.vt pre.c.de iudeis.xlv.di.al's autē si nos
vel nostros perturbent siue inquietent:seu bona nostra
occupent:multum ad nos.de quo dic vt legitur et no. ex̃
de diuor. gaudemus.ꝟ.⁊ in premissis casibus/ibi: Qui
ꝯstitutiōib⁹canonicis nō arctant.verū est q̇ad m̄rimonia
vel q̇ad hoc vt excōicari possint: vt sequit.arceātur tñ si
alicui christiano iniuriosi existant.multo forti⁹ si fidei vel
cultui diuino contumeliosi inueniātur.in talib⁹ enim per
subtractionem participationis ⁊ societatis omnium chri
stianorū satisfacere cōpelluntur. ex̃ de iude. ⁊ si iudeos.
⁊ quasi per totū.xvij.q.iiij. ꝯstituit.sed ⁊ legib⁹ humanis
imperatorū sub imperio degētes/subiacēt:cuiuscūqз sint
secte:⁊ ip̄am necesse habēt seruare: alias gladio:si res exe
gerit : ferient. C.de iude.l.ij.⁊.l.ne quis.⁊.l.iudei.et.C.de
paga.l.si. ¶ L Videtur etiam dño ostiensi qui hoc etiā
no.p̄.c.q super his.q in aduentu christi oīs honor ⁊ prin-
cipatus:⁊ omne dñium: ⁊ omnis iurisdictio de iure et de
In aduētu christi oīs p̄latio ē trāslata ad fideles.
iusta causa:⁊ per illū qui supremam manū habet: nec er-
rare potest:omni infideli subtractus fuerit: ⁊ ad fideles
translatus:quia hec iusta causa fuit.ꝓbatur Eccli.x. Re-
gnū a gente in gentē trāsfert ꝓpter iniustitias/iniurias
⁊ cōtumelias ⁊ diuersos dolos. facit.xxiij.q.vij.c.j.ij.⁊.iij.
⁊ q hoc factū sit cōprobat ex̃ de cōsti.trāslato.⁊ hoc in ꝑso
nā christi filij dei viui:q̇ nō solum sacerdos fuit/sed ⁊ rex.
Luc.j.Ecce ꝯcipies ⁊c.vsqз ibi:et regni eius nō erit finis
vñ ⁊ ipse dixit Matth.xxj.Auferet a vobis regnū:⁊ dabi
tur genti faciēti fructus eius. ¶ M Huius aūt regni ⁊
sacerdotij principatū ꝑpetuū cōmisit fili⁹ dei petro ⁊ suc-
cessoribus eius:vt patet in eo qđ legit ⁊ no.ex̃ li.vi.de ho-
mici.pro humani.ex̃ qui fi. sint legi.per venerabilē.§.ra-
tionibus.per totū.maxime in.ꝟ.fi.vñ cōstanter asserim⁹/
q ifideles de iure debēt subijci fidelib⁹. nō ecōtra: vt pз
in eo qđ legitur et no.ex̃ de iude.c.j.in fi.⁊.c.multorū.⁊.c.
et si iudeos. ¶ N Concedim⁹ tñ q infideles q̄ dominiū
ecclesie recognoscunt:sunt ab ecclesia tolerandi:quia nec
ad fidem sunt precise cogendi: vt dictū est.tales enim pos
sunt habere possessiōes ⁊ colere christianos ⁊ iurisdictio-
nē ex tolerantia ecclesie.⁊ in talibus ab ecclesia toleratis
dicim⁹ locū habere illud petri ap̄li in canonica sua.j.c.ij.
Subditi estote in omī timore dn̄is:nō tm̄ bonis ⁊ mode-
stis/sed etiā dyscolis. ⁊.j.ad Timo.vj. in prin. Quicūqз
sunt serui:dños suos omī honore dignos arbitrent. ⁊ oēs
infideles qui nec potestatē ecclesie romane: nec dominiū
recognoscunt/nec ei obediūt:indignos regno principa
tu iurisdictione ⁊ omni dominio iudicamus. ⁊ illos q̄ ter
ram sanctā:vel alias partes quas christiani acquisierūt:
occupāt vel occupatas detinēt:debere authoritate eccl'ie
impugnari.sup quo vide qđ no. Ostien.in summa de iu-
deis ⁊ paga.§.fi.⁊ in summa de hereti.§.qualiter deuitet
ſm Ostien. qđ etiā no.ex̃ qui fi. sint legi.p venerabilē.§.
rationibus.ꝟ.sunt autē.ibi: Paulus etiā vt potestatis ple
nitudinē exponeret ad Corin.scribēs ait.j.ad Cor.vj.di-
cēs: Nescitis q̄m āgelos iudicabim⁹. ¶ O Et sic loq̄ns
de papa: hāc maioritatē potestatē ⁊ authoritatē summā
⁊ excellentē in omnibus: ⁊ per oīa:pre oībus:⁊ super om-
nibus totius mūdi christianis indistincte sibi datā conce
do:ſm ea que no.s̄.de conces.ꝓben.ꝓposuit. Habuit em̄
papa plenitudinē potestatis:vt hic.⁊.s̄.de elec.illa. de vsu
pal.ad honorē.⁊ maior ⁊ superior est omibus christianis:
Probat pluribus rōnibus papa esse sum⁹ et in tpalib⁹ ⁊ spūalib⁹
multo potius infidelibus.qđ pōt ꝓbari multis rationib⁹
nimis dilucidis ⁊ efficacib⁹. Primo ratione ordinis scri-
pture etiā legis humane. in aut.quō oportet ep̄os.in p̄n.
coll'.j.C.de sac.⁊.l.fi.C.de ve.iur.cū.l.ij.§. sed diuine. prio-
res em̄ ⁊ maiores inferioribus preponunt.C.de no.C.fa
br.l.vnica.post med.facit ex̃ de maio.⁊ obe.c.j.vbi de hoc
no.⁊.c.statuim⁹.⁊.c.quū iferior. ¶ P Est aūt multiplex
Maioritas multiplex.
maioritas:scз dignitatis.ex̃ de elec.dudū.§.gestis igitur.
ex̃ de offi.del.pastoralis. Tēporis.ex̃ de ma.⁊ obe.c.j. Se-
necturis.ff.de iur.immu.semp.ex̃ de transla.quāto. Prela
tionis siue dispēsatiōis.ex̃ de elec. trāsmissam.ex̃ de iudi.
at si clerici. Consecratiōis.ex̃ de cōse.ec.vel al.aqua.ex̃ de
maio.⁊ obe.c.p tuas.⁊.c.quū inferior. Ordinatiōis.ex̃ de
maio.⁊ obe.statuim⁹.hic adde qđ scripsi.j.in art.lxviij.ꝟ.
ad horū suppletionē. Scđo rōne subiecti.s.aīe que oībus Rō scda
reb⁹ hūanis ꝑponēda est. C.de sacrosctis eccl'ijs.sancim⁹.
j.xij.q.j.ꝑcipim⁹.xxxviij.di.sedulo.⁊ quanto q̄s melior ib⁹
⁊ maiorib⁹ ꝑest:tanto ipse maior ⁊ honestior est.in aut.de
defenso.ciui.§.nos igit. Immo ⁊ ex hoc sequit q oīa tēpo
ralia subsint ei.nā aīa facta est ad seruitiū dei: cetera aūt
ad seruitiū anime.⁊ consueuit dici q q̄ habet rusticū: ha-
bet ⁊ bouē.⁊ hoc etiā probat per pal'.c.p venerabilē.ibi.
in prin.⁊ probabilius reputat vt eos ad actus legitima-
re valeat seculares. vnde ꝓpterea creata est aīa ad ima-
ginem dei.xxxiij.q.v.hec imago.hominē em̄ creauit deus
ꝓpter se cognoscendū ⁊ diligendū: alia ꝟo ab hoie fecit
ꝓpter hoiem.j.ad ei⁹ vtilitatē.⁊ iō vltimo creatus est hō:
q: qđ vltimū est i opatiōe:pmū est i intētiōe ſm pħm. Ps.
viij. Oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. Gen.j.ad fi.ibi: Cresci-
te ⁊ multiplicami:⁊ replete terrā:⁊ subijcite eā:⁊ dñami-
ni piscibus maris/⁊ volatilib⁹ celi/et vniuersis animāti-
bus que mouent sup terrā. Itē Paulus.j.ad Cor.iij.c.in
fi. Omia aūt vestra sunt:siue paulus:siue apollo:siue ce-
phas:siue mūdus:siue vita:siue mors:siue ꝑsentia:siue fu
tura.omia em̄ vestra sunt:vos aut christi: christ⁹ aūt dei.
xxiij.q.vij.q aūt . in fi. Sic ergo p quādā cōsequētiā:q̄ ha
bet regere animas:non est exclusus ab his que sunt subie
cta animabus.⁊ qui habet quod maius est: habз ⁊ quod
minus.vt predi.c.precipimus.ex̃.de dona.inter vi. et vxo.
per vestras.§.fina.ibi:quū ergo satis ei possit modicū cre
di dotis: cui creditū est corpus vxoris.ex̃ q̄ fi. sint legi.per
venerabilē.j.rn̄so.ibi; Sic ad actus spirituales illos legi-

mans vt possint in ep̄os ꝓmoueri: ex quo verisimili⁹ cre-
ditur ⁊ probabilius reputat ⁊c.sic ecōuerso vt q̄ tēporalia
habet habeat spūalia.nā tēporalia accidūt anime:nō ecō
tra.ff.de redhibi.ac iustissime.arg.j.q.iij.si quis obiecerit.
vnde dn̄s Matth.vj.loquēs de tēporalib⁹.dicit ⁊ hec oia
scз tēporalia adijcient vobis.vbi expositor: nō ait dabunt
ne putent eē termin⁹ vie/sed adijcient: q̄si adiectiuo mō/
nō substātiuo. Vñ Chrys.nō dixit dabunt: quia quasi ni-
hil sunt.⁊ ita quere futura: et accipies ꝑsentia. sed quidā
de adiectiuo faciūt substantiuū:⁊ ecōuerso.s.de substanti-
Eximia snīa Augustini.
uo faciūt adiectiuū.de q̇bus Aug. Ve eis q̄ derelinquūt
te dñe:⁊ oberrāt in vestigijs tuis:⁊ nut⁹ tuos ꝓ te amāt.
⁊ obliuiscunt quid innuāt. Nutus tui sunt omē creatura
rū genus. In typo isto merito pōt dici terra vacua ⁊ ina-
nis.Gen.j.in prin. Sūt aūt tēporalia ad solatiū ⁊ corpo-
Finis tēporaliū et spūalium.
ris sustentationē:vt in peregrinatiōe viaticū. In seruitio
dei spiritualia sunt ad decorē aīe vt digna sit visione dei.
Eterna sunt ad ꝯsummationē vtriusqз: vt beatificemur
in regno dei. Bona ergo tēporalia dant in solatiū:spūa-
Rō.iij.
lia in meritū:eterna in pmiū. ¶ Tertio ratiōe ꝓbabili cō
grua:quia sicut christus est deus ⁊ homo:vtramqз perfe-
ctissime naturā participās. Athanasius.de⁹ et homo vn⁹
est christus. Et iterū.ꝑfectus deus ꝑfect⁹hō.xxiij.di.q̄ ep̄s.
ex̃ de summa trini.c.j. ex̃ de here.quū christ⁹. de cele.mis.i
Papa pticipat vtramqз naturā cū christo.
quādā. Sic eius vicari⁹ generalis ⁊ singularis papa par
ticipat cū christo quodāmodo naturā diuinitatis: quoad
spūalia:⁊ humanitatis quoad tēporalia. Nā quoad spūa
lia dicunt hoies dij. Ps.lxxxj. Ego dixi dij estis:quoad tē-
poralia hoies q̄ de terra sunt ⁊ terrena querunt q̄ dicunt
cor.vñ Phil.ij. Omes q̄ sua sunt querunt.i.tēporalia. sic
exponit.viij.q.j.sunt in ecclesia.⁊ vere:q: de terra sumus ꝑ
Rō.iiij.
desideria ⁊ cogitationes in terram reuertimur. Gen.iij.
¶ Quarto rōne fortitudinis: q: spūalia fortiora sunt tē-
poralibus.s̄.de transla.inter corporalia.quia temporalia
transeūt. Sap.v. Quid nobis profuit supbia:aut q̄d diui
tiarū iactātia cōtulit nob:trāsierūt oia illa tamq̄ vmbra.
spūalia nō trāseūt. Luc.xxj. Celū et terra transibunt:ꝟba
Ratio.v Imperatores et reges subijciūtur ep̄is.
aūt mea nō trāsibūt.xxxv.q.x.fraternitatis. ¶ Q Quin-
to/q: q̄liber princeps ⁊ imperator:medū pape subest/sed
etiā alijs ep̄is:⁊ suo etiā simplici sacerdoti. q̄ ipsum soluit
et ligat ⁊ iudicat.ad hoc.lxiij.di.valētinian⁹.xcvj.di. quis
dubitet.cū duobus.c.seq.ex̃ de maio.⁊ obe.solite.§.verū.
⁊.§.potuisses.ex̃ de iudicijs.nouit.§.nō igit.ex̃ de peni.et
re.omnis. Quū tñ nullus clericus quātūcūqз minim⁹
existens clericus ⁊ vtens priuilegio clericali alicui laico
possit subesse personaliter i aliquo casu.xj.q.j.clyta.c.pla-
cuit.xcvj.di.satis euidēter.ex̃ de iudi.at si clerici.et hoc ho
Rō.vj
die sanxit noua cōstitutio Frederici secūdi:q̄ incipit hac
Rō.vij.
editali. ¶ Sexto hoc fulcit infinitis authoritatib⁹.xcvj.
di.quū ad verū.c.duo sunt.⁊ p.c.solite. ¶ Septimo diui-
Rō.viij.
no oraculo:⁊ antiq̇tate/seu diuturna cōsuetudine appro
bata.s̄.ex̃ de transla.ep̄o.c.j.⁊.c.quāto. ¶ Octauo ex vi si
dei orthodoxe.sicut em̄ ponere duo principia hereticū est
xxiiij.q.si.quedā.ꝟ. cerdoniani. sic ponere duos vicarios
generales ⁊ sibi eq̄les in terris hereticū videtur:q̄ad ius
ꝑtinet. Ne igitur videaris heresiarcha iure: hec sit fides
tua catholica:q sicut vnus est deus incōmutabilis.s̄. de
sum.trini.c.j.primo rn̄.sic est vnus vicarius suus in terris
generalis:cui omnes angeli.i.hoies debent esse subiecti:
⁊ in oīb⁹ obedire:cuius nauis stabilis est ⁊ immutabilis.
nā etsi q̄nqз fluctuet.xxiij.di.in noie dñi.in ꝑma pte.⁊.j.q.
iiij.turbat nauicula. nō merget.xxiiij.q.j. nō turbat. Sic
etiā superiori cōuenit inferior hierarchia:q̄n omes hoies
vicario dei in terris:sicut in celis deo oēs angeli seruiunt
⁊ intendūt.q̄n ꝟo superbiūt ⁊ resistūt:turbat inferior:et
Rō.ix.
offendit superior hierarchia.xj.q.iij.qui resistit. ⁊ melius
lxxxix.di.ad hoc. ¶ Nono ratione vnitatis:que diuisionē
no recipit.xxiiij.q.j.loquit.ergo quū vna sit tm̄ ecclesia ge
neraliter simul collecta.de conse.disti.j.ecclesia.vnum ba-
ptisma:vnus de⁹; vna fides/vt ibi Eph.iiij.vij.q.j.noua-
tianus.nō potest habere vna spōsa generalis/nisi vnum
sponsum generalē:nec alium sibi parē et equalem.ar.ad
hoc.ex̃ de preben.quū nō ignores.faciunt.vij.q.j.scire.⁊.c.
sicut. aliud est dicere opinio monstrosa. ex̃ de offi.ord.
q̄m.⁊ in superioribus primis articulis de hoc satis dictū
est.hac etiā ratione nullus sapiens rex ordinat regnū suū
ad diuisionem/sed ad vnitatē:quia omne regnū in seipso
diuisum desolabit. Matth.xij. Luc.xj.⁊.xxv.q.ij.si ea. Sed
deus est rex sapientissim⁹a quo est omnis sapiētia. Sap.j.
⁊ cui dicitur in Ps.ciij. Omnia in sapiētia fecisti:ergo re-
gnum suū quod est ecclesia.de quo alibi dicitur Matth.
xiij. Mittet fili⁹ hominis angelos suos ⁊ colligent de re-
gno eius omnia scandala:quod Grego.in homilia de cō
muni virginū intelligit de ecclesia militanti:vbi sunt scan
dala facta tota die. Sic cōgregationē fideliū nō ordinat
de⁹ ad diuisionē/sз ad vnitatē:ordinaret autē ad diuisio
nē/siue schisma:si in eccl'ia duo capita ordinasset:q̄rū vnū
alteri nō subesset. q: tūc eēt occasio q aliq̄ ex subditis ad
hererēt vni:alio ꝯtēpto:alij ecōuerso:vel qđ eēt iurgiū in-
ter eos sicut inter pastores abraā ⁊ loth q̄ eq̄les in potē-
tia videbant. Gen.xiij. Igit nō nisi vnū caput i vna vni-
uersali ecclesia ordinauit loco sui qui est caput ecclesie.ad
Ephe.j.et Col'.j.⁊.ij. Et ipsum loquor de christo:dedit ca-
put super omnē ecclesiā que est corpus ipsi⁹.xxiiij.q.j.ad-
uocauit. Et ipse ascēsurus in celum corporaliter a nobis
recedēs/ne sine capite corporali et visibili remaneret:de-
dit loco sui Petrū:⁊ post eū successores suos/dicēs Joā.
vlti. Pasce oues meas.vt.s̄.sepe dictū est.et est expressum
in illo.c.pro humani.de homici.lib.vj. Nec valet dicere q
romani vel alij ad quos deuenit imperiū/eligebāt impe
ratores.quia sicut ex sola violentia competebat eis:vt to
tius orbis vicē gererent:ita ⁊ imperatori electo ab eis cō
petebat toti orbi ex eadē violentia imperare. ¶ R Deo
autē qui ex malo scit eligere bonum.placuit ſm Augusti.
xviij.de ciui.dei.c.xxij.per romanos orbem debellare ter-
rarum:vt in vnā societatē reipublice legemqз perductū/
longe lateqз pacaret:que pacatio valuit postea ad fidem
christi liberius predicandā:⁊ dei cultum amplius dilatā-
dum.et propterea christus tēpore pacis nasci voluit. Luc.
ij. Exijt edictū. ¶ Itē decimo omis potestas q̄ in ecclesia Ratio.x.
est a deo est: nō est potestas nisi a deo. Roma.xiij.xj.q.iij.
qui resistit. ⁊ Joan.xix. Nō haberes in me potestatē vllā/
nisi tibi datuз esset desuper.facit.xxiij.q.j.quod culpatur.
sed que a deo sunt/ordinata sunt.vt d: ibidem. Rom.xiij.
Ergo iste due potestates spirituales ⁊ tēporalis:que sunt
in ecclesia ordinate sunt: nō autē essent ordinate/sed po-
tius dissipate:si vna alteri minime subderet.facit.lxxxix.
dist.ad hoc.igitur vna alteri subiecta est: sed nō spiritua-
lis temporali.vt.xcvij.disti.quis dubitet.cum seq.ergo tē-
poralis spirituali tamq̄ dignori.xcvj.di.duo sunt. ¶ Itē Rō.xj.
vndecimo omis potestas dependēs in esse ab alia:sicut a
totali causa est illi subiecta:sз potestas tēporalis est hmōi
respectu spūalis: igit est illi subiecta. Minor ꝓbat: q: qđ
est causa totalis tēporalis potestatis est in eadē ecclesia.
Sз causa totalis ecclesie qđ est eccl'ia/est gratia spūssan-
cti q̄ spūaliter regeneramur:dicēte ap̄lo.j.ad Cor.xij. In
vno spū omes nos baptizati/siue gētiles/siue iudei/siue
serui/siue liberi/in vnū corpus sumus: ⁊ omnes vno spū
potati sumus.vbi glo.dicit q hic fideles omes sunt vnuз
corpus:q: oēs sunt baptizati in vno spiritu quo efficiunt
vnanimes:sicut totum corpus hominis vna anima vege
tatur.et Augu.ibi dicit:q ita spiritussanctus facit omnia
in mēbris corporis christi: sicut vna anima videt i oculo.
audit in aure:⁊ i ceteris oībus oia facit.ğ ptās baptizādi
⁊ administrādi sacramēta alia q̄b⁹regeneramur spūal'r:
⁊ gratiā spūsscti recipim⁹:q̄ sic vnū corp⁹ efficimur:est cā
ptātis tpalis i eccl'ia existētis. ¶ Itē.xij.sic videm⁹ in ma Rō.xij.
iori ⁊ minori mūdo naturali:sic ⁊ i mūdo mystico.i.in cō-
gregatiōe hoim:⁊ maxie fideliū debem⁹ arguere esse:sз
in maiori mūdo naturali videm⁹ q corpa inferiora regu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lantur ꝛ subijciunt corporibus celestibus: ꝛ corpora celestia spiritibus:scꝫ intelligētijs ꝛ mouētibus. Ita similiter ꝛ in minori mūdo.i.in hoie corpus regulat ꝛ subijcit aie naturaliter:ꝛ ab ea vitam recipit.ad hoc.lxxxix.di.ad hoc de peni.di.j.resuscitatus.sub.§.hoc idē.fm Aug.x.de ciui. dei.c.vj.aia vrit corpore sicut stimulo ꝛ instrumento.igit sic erit in mūdo mystico qui est vniuersalis ecclesia ꝙ potestas tēporalis regulabit ꝛ subijciet spūali:ꝛ ꝑ cōsequēs

xiij.rō. imperator pape. ¶ Itē.xiij.phs.ij.physicorum.pbat ꝙ materia est ꝑpter formā per hoc ꝙ ars inductiua forme principat ꝛ imperat arti pparatiue materie:ꝛ hec preparatiua materia/ac etiā operatiuū ordinat sicut ad finem ad operatiuū ꝑ partē inductiuā forme. Exēplū ars edificatiua q̄ est inductiua forme dom⁹ imparat dolatiue ligno:ū vt pparet ligna fm exigentiā forme domus inducende ad quā ligna dolata ordinant: sicut ad finē. sicut ergo est in actibus:sic pōt argui in potestatibus ꝙ illa potestas principatur ꝛ imperat alteri potestati: ad cuius actū tamꝙ̄ ad finē ordinat actus alteri⁹ potestatis. Sed ad actus ꝑprios potestatis spūalis:qui sunt deū colere in sacrificijs/quibus vult ab hoie coli: ꝛ regenerare hoies sacramētis eos ordinātibus ad vitā eternā:immediate ordinat potestas spūalis siue imperialis:ꝛ eius actio sicut ad finē/dicente Augu.v.de ciui.dei.c.xxiiij. Nec em̄ nos christianos quosdā imperatores ideo felices dicimus/q: vel diutius imperarūt/vel q: imperantes filios morte reliquerunt. ꝛ infra. Sed si iuste imperant ꝛ potestatē suā ad dei cultum maxime dilatādū ordināt. Adde hic qđ scripsi in.lxij.art. ℟.qm̄ igitur.vñ et Isido. Cognoscāt principes seculi deo se debere esse reddituros ratione: ꝑpter ecclesiā quā christo tuendā suscipiunt ꝛc.xxiij.q.v.principes.igit potestas

xiiij.rō. spūalis imperat tēporali ꝛ papa imperatori. ¶ xiiij.confirmat etiā hoc q: illa potestas q̄ immediatius ꝛ directi⁹ ordinatur ad finē simpliciter vltimū cōsequendū est simpliciter sublimior: illa que nō nisi mediāte illa ordinat ad consequēdū illū.ita ꝙ sicut finis est sub fine: sic ꝛ potestas sub potestate.xj.q.iij.q̄ resistit. Sed potestas spūalis immediate ac directe ordinatur ad finē simpliciter vltimū cōsequendū:scꝫ vitā eternā.ar.bo.xcv.dis.esto.℟. recordemur. potestas ℟o tēporalis nō nisi mediāte spūali: ꝑ quāto scꝫ ordinatur ad cultum dei dilatandū ꝛ defendendū.vt per cap.principes.qui cult⁹ est actus potestatis spūalis:ergo

xv.rō. potestas spūalis est simpliciter sublimior tēporali. ¶ xv. Itē papa est verus vicari⁹ christi:cui d: Ioan.vlti. Pasce oues ꝛc.sicut sepe.s̄.dictum est.sed christo:vt hoi data est omnis potestas in celo ꝛ in terra. Matth.vlti.dicēte ibi Rabano in glo.nō de coeterna pri diuinitate:sꝫ de assumpta loquit humanitate. Illi aūt potestas data est q̄ paulo antea fuerat crucifixus sepultus in tumulo q̄ et resurrexit. Igitur ꝛ pape data est omis potestas in terra ꝛ spiritualis ꝛ tēporalis. de hoc etiā.s̄.dixi. ¶ Itē.xvj.sicut.s̄.

xvj.rō. dixi melchisedech sacerdos ꝛ rex assimilat⁹ filio dei fuit: cui christus succedit fm aplm ad Heb.vij.cui et papa in vtraqꝫ dignitate succedit sicut homini: q: Apoca.xix.d: ꝙ christ⁹ habet scriptū in vestimēto.i.in humanitate assumpta ꝛ in femore suo.de quo femore Geñ.xxiiij.in prin.pone manū tuā subt⁹ femur meū:q: christus ex abraā nascitur. Matth.j. Liber generatiōis ꝛc.rex regū ꝛ dñs dominantiū:igitur ꝛ papa eius vicarius est ꝛ rex. Hoc est etiā qđ dicit apls ad Eph.j.ꝙ deus omia subiecit sub pedib⁹ christi.i.sub humanitate eius fm glo.q: sicut pes est inferior pars corporis:ita humanitas est inferior natura in christo:ꝛ ipsum dedit caput sup oēm ecclesiā q̄ est corpus ipsius.vbi glo.dicit ꝙ ꝑprie d: caput ecclesie fm humanitatē fm qđ cōiungitur ei natura ꝛ gratia. Sed papa solus est eius vicarius: vt sepe dictū est.igitur ipse solus est caput ecclesie militantis/vel tenet capitis christi locū:cui omnia membra ecclesie sunt subiecta vt christo:q̄ fuit rex ꝛ sacerdos.ad hec.xix.dist.ita dñs.ex lib.vj.de elec.fundamenta.vnde ꝛ petro vicario suo dixit Ioan.j. Tu vocaberis cephas: qđ latine sonat caput:eo ꝙ pro capite sit cōstitutus aplorum.vt dicit papias.xxj.di.in nouo.xxij.dist.c.j. vnde ꝛ clerici qui sub nullius disciplina/vel ꝑuidētia epi viuunt acephali vocant.xciij.di.nulla ratiōe. ¶ Itē.xvij.

Rō.xvij. apud illū residet regalis siue imperialis dignitatis plenitudo: cui de iure cōpetit imperiū trāsferre:qđ est vni auferre ꝛ alteri cōferre ius ꝛ potestatē eligendi imperatorē/tribuere/electū examinare/inungere/cōsecrare/ꝛ coronare:ꝛ ꝑ consequens approbare vel reprobare:sed hec omnia de iure cōpetunt pape.vt dicit ex de elec.venerabilem.ex in clemē.de iureiu.romani principes.ꝛ in clemē.de re iudi.pastoralis cura.ꝛ ex lib.vj.de re iudi.ad apl'ice.ex de hoc.s̄.dixi in.xiij.art.℟.item tenet.facit ad hoc.q: papa priuat etiā reges regnis ꝛ substituit alios ꝛ absoluit fideles a fidelitate eorum. Pōt etiā nedū ipse:sed etiā q̄libꝫ eps reges ꝛ imperatores excōmunicare.ad hec.xv.q.iij.alius ꝛ.c.nos iuratos.ex lib.vj.de sup.negli.p̄.grādi.xcvj.disti. duo. ¶ Itē.xviij.apud illū residet potestatis plenitudo: Rō.xviij. ad cuius iudiciū referri debet omne arduū vel ambiguū vel difficile tā in spūalibus ꝙ̄ in tēporalibus: sed talis est papa.vt per.c.per venerabilē.ex qui fi.sint legi.ꝛc. ¶ Itē Rō.xix. xix.ille est simpliciter p̄latus omniū ꝛ monarcha: ex cui⁹ iudicio pendēt oēs:ꝛ q̄ pro omibus est redditurus in diuino iudicio/seu examine ratione. hi em̄ sunt actus p̄lati:sed papa est hmōi.vt.xcvj.dist.duo sunt.ꝛ.ix.q.iij.aliorū ergo ꝛc. Et si dicatur ꝙ est monarcha in spūalibus:ꝛ non in tēporalibus:nō est verū:q: ꝑpter cōtemptū in spūalib⁹ papa punit imperatorē in tēporalib⁹.lxiij.di.hadrianus. ¶ Itē.xx.ille est maior alio qui ipsum iudicare:ꝛ a q̄ iudicari nō pōt:sed papa pōt imperatorē iudicare/ꝛ oēm hominē:ꝛ a nemine iudicari.xl.dis.si papa.ꝛ.ix.q.iij.nemo.s̄ Rō.xx. ꝛc.ꝛ de hoc.s̄.dixi. ¶ Itē.xxj. Luna a sole recipit luminis Rō.xxj. dignitatē:ꝛ imperator luna a papa sole culminis dignitatē:sic arguit per.c.solite.ex de ma.ꝛ obe. ¶ Itē.xxij. Hugo de sacramētis lib.ij.par.ij.c.iiij.dicit ꝙ quantū vita spiritualis dignior est ꝙ̄ terrena:ꝛ spūs ꝙ̄ corp⁹:tantū spiritualis potestas terrenā potestatē siue secularē honore ac dignitate p̄cellit. Rō.xxij. Nā spūalis potestas terrenā potestatē ꝛ instituere habet vt sit: ꝛ iudicare habet si bona non fuerit:ipsa ℟o a deo instituta est primū: et cū declinat a solo deo iudicari pōt:sicut scriptū est.j.Cor.ij. Spūalis iudicat omia ꝛ ipse a nemine.ꝛ hoc declaratū est expresse in populo israelitico vbi primū a deo sacerdotiū institutum est. Postea ℟o ꝑ sacerdotiū iubente deo regalis est potestas ordinata. Audi vocē ppl'i in oib⁹ que loquunt.j.Reg. viij. dedit eis regē saulē. ¶ Itē.xxiij.Amb.ostēdit in suis Rō.xxiij. scriptis: ꝙ aurū nō tam p̄ciosius sit plūbo ꝙ̄ regia potestate sit altior ordo sacerdotalis. Itē idē. sublimitas epalis nullis poterit cōparationibus adequari. si reguꝫ fulgori compares:ꝛ principū diademati: longe erit inferi⁹ ꝙ̄ si plumbi metallū ad auri fulgorē cōpares: q̄ppe quū videas regū colla ꝛ principū submitti genibus sacerdotū:ꝛ osculata eorū dextera orationib⁹ eorū credant se cōmuniri.xcvj.di.duo sūt. ¶ Itē.xxiiij. Ioānes papa. impe- Ratio xxiiij. ratores christiani subdere debēt executiōes suas ecclesiasticis p̄sulib⁹ nō p̄ferre.xcvj.di.si imperator.in fi. Dicēdū est ergo ꝙ apud papā residet vere ꝛ originaliter vtriusqꝫ potestatis ꝛ iurisdictionis plenitudo. Sed potestatē temporalē regulariter ꝯcedit imperatori ꝛ alijs regibus qui sub imperio debēt esse. vij.q.j.in apibus.vbi de hoc.ff.ad l.rho. de iac.de pcatio.l.q̄ leuāde.lxiij.di.hadrian⁹. vbi de hoc.ꝛ mediante ipso ipsi exercēt sibiipsi nō auferēdo:sed ipsam iniūgere/ac eius executionē certis casib⁹ reseruādo.ex q̄ fi.sint legi.ꝑ venerabilē.§.rationib⁹.hinc est etiā ꝙ imperator dño pape fidelitatē iurat et eius fidelis est. lxiij.dist.tibi dño.ex in clemē.de iureiu.romani principes. vbi de hoc expssius. ¶ S. Casus aūt in q̄bus se ecclesia de tēporalib⁹ intromittit sunt. Primus qñ imperator vel princeps donat ecclesie iurisdictionē in castro vel villa vel ꝑuincia:sicut habet ecclesia in patrimonio beati Petri: vt p̄.§.

Ponunt casus in qb⁹ ecclesia se intromittit de tēporalib⁹.

rationibus.in marchia anchonitana:in romandiola:in ducatu spoletano:in comitatu cāpanie/ꝛ in multis alijs terris. Regnū etiā sicilie patrimoniū est ecclesie. xciiij.di.valde.ex de re iudi.ad apl'ice.vj.li.ꝛ totū imperiū occidentis ex donatione cōstantini.xcvj.dist.constantin⁹. Unde vere ꝛ ꝑprie papa monarcha est occidētis: vñ necesse est etiā per hanc rationē/ꝙ ab eo in occidente imperiū teneatur.ꝛ reuera dict⁹ est dñs ꝛ imperator legitim⁹ vtilis. Secundus est qñ occurrit aliquid difficile vel ambiguū.vt p̄.§.rationibus. Tertius est ratione delicti.ex de iudi.nouit. Quartus est quū iudex secularis est negligens vel iniustus: p̄sertim vacante imperio:quo vacāte/papa imperatori succedit:vt est hodie declaratū.ex in clementi.de re iudi.pastoralis.§.finali. ex de fo. compe.licet. vbi de hoc ꝑ glo.ꝛ docto.post.j.no.ꝛ in alijs casibus ibi in glo.adde hic qđ no.j.in.lvj.ar.§.ex his aūt.℟.de q̄b⁹ autē. Et ex hoc clare patet ꝙ papa ex se iurisdictionē habeat temporalē:q: alias eius executionē in p̄dictis casibus nō

Euaginatio gladij qd significet. haberet:nisi ei cōcederet imperator. Hoc etiā ꝓꝫ ꝑ illud Luc.xxij.superius allegatū: Ecce duo gladij ꝛc.quorum vn⁹ fm glo.fuit euaginatus:ꝛ alter nō.per quos intelligitur dicta duplex potestas. Per euaginatū spūalis: vnde ꝛ ꝑcussionē petri:q̄ abscidit auriculā malchi serui pōtificis. Ioan.xviij.euaginatio spūaliter moralizat.xxiij.q.j.si petrus. Per nō euaginatū tēporalis:vt ꝑ euaginationē intelligat potestatis executio:vt sic apud christū ꝛ eius vicarios sit vtraqꝫ potestas:sed tēporalis quātū ad iurisdictionē/nō quantū ad executionē vniuersaliter loquēdo. nō quia nō possit:sed q: vt d:.ij.Timoth.ij.x.di.qm̄.decuit vt spūalis actio a carnalib⁹ distaret incursibus:ꝛ deo militans minime se negotijs secularib⁹ implicaret.idē.xcvj. di.quū ad verū.facit opti.xj.q.j.te q̄dē.cū.c.seq.ꝛ.§.ex his oibus.ij.ibi:secularia igit iudicia.adde ad istum arti.ꝛ.§. alias obiectiones ꝛ solutiones quas posui.j.in.lix.arti.in §.restat. ¶ T.

Tēporalis iurisdictio pape subest. Ad illa que possunt dici vtraqꝫ potestatē/scꝫ temporalē ad papā nō ptinere:ꝛ iurisdictiones esse distinctas:respōdendū est.ꝛ primo ad id: Reddite q̄ sunt cesaris cesari:ꝛ q̄ sunt dei deo.in ar. xij.ꝛ Matth.xxij. Marc.xij.ꝛ Luc.xx.ꝛ.xxiij.q.viij.conueniorcū.§.pre.ecce ꝙ.xvj.q.vij.maiores.dico ꝙ sicut a deo nō excludit dñatio in tēporalibus:q: dñi est terra ꝛc.Ps. xxiij.ꝛ Ps.lxxxviij.viij.di.quo iure.ex de deci.tua.ij. ꝙuis appropriatius attribuat sibi dñatio in spūalibus/ꝑpter excellentiā spūaliū respectu tēporaliū. ex de maio.ꝛ obe. solite.ita nec a dei vicario excludet. Unde licet ista respōsio fuerit cauta:ne interrogantiū neq̄tia posset ipsum capere in sermone:fuit tñ verissima/ꝛ ad ꝑpositū nostrum dicta.quū em̄ dei sunt omia:et ei⁹ imperiū ꝛ regnū. Dañ. ij.ad fi.ibi:in diebus aūt.qđ iubet christus cesari esse reddendū/debet ꝛ dicit etiā ꝛ deo reddi:q: cesari est reddendū ꝑpter deū/q̄ imperiū ordinauit vt instrumentū suū ꝛ sui vicarij/ad defensionē fideliū ꝛ eorum ꝯuersationē pacificā cōseruandā.xxiij.q.v.principes.ꝛ.c.administratores.ꝛ sic intelligit qđ dicit.l.ꝙ summa nobis dona a deo concessa/sunt sacerdotiū ꝛ imperiū.in autē. quō oportet epis.in prin.col.j.ꝛ tamē vtrumqꝫ exercuit christus:vt legit ꝛ no. x.di.qm̄.ꝛ.xcvj.di.quū ad verū. Sicut ergo diuisio eorū q̄ sunt cesaris:est diuisio nō disparatorum/sed superioris ꝛ inferioris:q: omia que sunt cesaris/sunt etiā dei: ꝛ nō econuerso.sic dominatio imperatoris est pape suo modo:ꝛ nō ecōuerso:ꝛ sicut dominatio imperatoris est dei principaliter ꝛ sicut cōferētis ꝛ cōmunicantis eā: cesaris autē est sicut ministri ꝛ cui cōmunicat.sic etiā principaliter est pape eā conferentis ꝛ imperatori cōmunicantis. Preterea nullus negat quin comes sit subdit⁹ regi vt in libro feudorū:quia comitatus intra terminos alicui⁹ regni sunt: ergo de eius iurisdictiōe sunt.vide quod legit ꝛ no.ex de offi.archi.c.si.maxime per Innocē.dicit: ꝛ tamen subditi comitis aliud debēt regi ꝛ aliud comiti.ꝛ dicet eis a vero iudice reddite que sunt comitis comiti:que sunt regis regi. Ex hoc tamē nō pōt argui ꝙ dominiū comitis non sit regis tamꝙ̄ principalis et directi dñi: licet comes vtilis dñs sit. Papa etiā in imperio superior dñs est. ex in clem̄. de re iudi.pastoralis cura.§.si.ibi: Ex superioritate quam ad imperiū nō est dubiū nos habere:ꝛ fidelitatē iurat pape imperator pro imperio:ergo ab eo tenet illud.vt p̄.c. pastoralis.ꝛ in clem̄.de iureiur.romani p̄ncipes. Itē ideo dixit dñs dictū ℟bū: Reddite que sunt cesaris ꝛc.vt ostendat ꝙ iperatori/ꝛ cuilibet potestati ius suū ꝛ cēsus soluēdus sit:vt sit probatio subiectionis.x.q.iij.illud.C.de epis. ꝛ clericis.nulli.ex de cēn.omis. Ceterū nullus negat q̄n imperatori iura debita sint soluēda:nec i hoc nec in alijs iuribus papa intendit imperatori in aliquo derogare.ex de iudi.nouit.q̄ si.sint legi.causam q̄.ij. Quia si cuiqꝫ sua iurisdictio nō seruat:ordo ecclesiasticus cōfundit.xj.q.iij. ꝑuenit.sed nō ꝑpterea in imperio ius habere papā negatur:vt plene superius est ꝓbatū. ¶ V Secūdo ad id qđ opponit de Ioan.vj.c. Jesus ergo quū cognouisset quia venturi erant vt raperēt ꝛ facerēt eū regē: fugit iterū in montē ipse solus.ꝛ ad illud Ioan.xviij. Regnū meū non est de hoc mūdo.ꝛ qđ sequit:nūc aūt regnū meum nō est hinc:respōdeo ꝙ quantū ad literā exponēdo fecit hoc: quia quū esset rex regū/ꝛ vniuersalis dñs oim/nō oportebat Regnuꝫ mundi christus ꝯtēpsit. ꝙ amplius rex fieret illius parue regionis. vñ Ioā.xviij. Pilato dicēte sibi: Ergo rex es tu/nō negauit se regē:sed dixit: Tu dicis/q: rex sum ego. Moraliter vt dicit glo.fecit hoc docens prospera mūdi fugere:ꝛ ꝯtra ea orare.refert se ad illud ꝙ solus erat in mōte vbi est locus oratiōis vnde Greg.ait: Rex fieri noluit:ad crucis ℟o patibulum sponte venit:oblatā gloriā culminis fugit:penā probrose mortis appetijt:vt membra eius discerent fauores mūdi fugere:errores minime timere. Quanto inquā ergo christus esset dñs mūdi in temporalibus ꝛ spiritualibus:pro quanto erat summus pontifex:subditos conabat trahere ad regnū celeste cōsequendū:quia ad hoc venerat: qđ nullus bene consequit:nisi cōtēnendo terrenū. vnde Leo papa in sermone de epbia dicit de ipso: Dñs tēporale nō querit regnū/qui prestat eternū:ꝛ tamen in hoc ꝙ vocat eū dominū/scꝫ mundi:tribuit sibi temporale regnū. Uel potest exponi: Regnū meū/scꝫ quod corde gero ꝑ amorē ꝛ fidelibus meis opto:nō est de hoc mundo. Uel regnuꝫ meum scilꝫ celeste/de quo Matth.v.in prin.ꝛ.vj.ꝛ Lu.xj. ibi: Adueniat regnum tuū.quod specialiter dicit esse christi:quia ibi regnat ꝛ regnaturus est in sanctis.nō de hoc mundo.i.non concordat cū regno mundi. Adde etiā hic qđ scripsi in.lix.ar.§.restat.℟.ad illud quod obijcit. infra. et in.ij.parte.ar.lvij.in.§. item questionem istam.q: illud vnicū ꝛ pacificū:istud diuisum et seditiosum: vt ꝓbat experientia. Matth.xij.ꝛ Luc.xj. Oē regnū in se diuisuꝫ ꝛc. Item illud perpetuū. Ps.cxliiij. Regnū tuū regnuꝫ oim seculorū. Dañ.ij.ꝛ.vij. Istud momētaneū ꝛ fragile. Eccl'i. x. Omnis potentatus vita breuis.j.Mach.xj. Rex ptolemeus imposuit sibi duo diademata vna die: et tertia die mortuus est. Hiero. Principatus vt ingredit/deseritur: dū tenetur labitur: ꝛ incertū est qua die finiat. Eccl'i.xxj. Stupa collecta synagoga peccantiū:ꝛ consummatio ei⁹ fauilla ignis. quasi diceret: potestas peccatorū deficit vt stupa ad ignē. Itē regnū celeste amplissimū. Baruch.iij. Quam magna est domus dei:ꝛ ingens locus possessiōis eius.ꝛ econtra regnū terrenū est angustū. vnde Boeti⁹: Omnis terre ambitus/ad celi spatiū puncti obtinet rationem. Idem ostendit Seneca dicens/ꝙ paucis diebus posset nauis a litoribus hispanie vsqꝫ ad indiā ꝑmeare: sed velocissimus planeta vix triginta annis potest explere circulū firmamenti: quod tamē paruissimum est respectu vltimi corporis/scꝫ celi empyrei:vbi sunt angeli:ꝛ sancte anime dei faciem contemplantur. Itē ꝑpter tranquillitatem ꝛ pacem. Esa.xxxij. Sedebit populus me⁹ in pulchritudine pacis ꝛc. Sed regnū terrenū in turbatiōe est.

Universidad de Deusto Biblioteca

vnde herodes rex turbat⁹ est ⁊ oís hierosolyma cū illo/
christo nato. Matth.ij. Itē propter securitatē. Esa.xxxij.
Securitas erit vsq̧ in sempiternū. sʒ regnū terrenū semp
est cū timore. Job.xv. ibi: Cunctis diebus suis impius su/
perbit: ⁊ numerus annorū incertus est tyrannidis eius.
Sonitus terroris semp in auribus illius: ⁊ quū pax sit: il/
le insidias suspicaẗ. Seneca: Nō est liber q̄ seruos suos ti
met. Itē ꝓpter affluentiā. Prouerb.viij. Mecū sunt diui
tie ⁊ gloria. Ps.lxiiij. Replebimur in bonis domus tue.
item Ps.xvj. Satiabor: quū apparuerit gloria tua. Exo.
xxxiij. Ego ostendā tibi omē bonū.i. summū bonū. in quo
solo sunt omnia bona. Aug. Si bona singula creata dele
ctabilia sunt: cogita in mente q̄ delectabile est illud bo/
¶ T Per hoc autem ꝙ ecclesie regnum dicitur apostolicum:datur intelligi alia conditio huius regni:sc3 ꝙ rite sit institutum. Nam institutor huius regni christus est principaliter:⁊ consequenter apostoli.ipsi enim institutores eius qui ⁊ fundatores ⁊ propagatores. Non potest autem ecclesiastici regni institutio esse nisi recta atq3 legitima.que tam sanctos/tam perfectos habet institutores.

Aplorū laudes memoratu digne

apostolos dico populorum principes/deos terre quodāmodo/fortes fidei testes/vicarios christi/amicos dei/domesticos eius/vasa spiritussancti/luminaria mundi/sal terre/bases ecclesie militantis/milites christi/iudices seculi/adsessores christi/duodecim lapides preciosi/claues celi. ¶ V Apostoli autem sunt duodecim filij iacob. Gen.xxxv.Apoc.xij.Duodecim fontes deserti:quos israel reperit in Elym.Exod.xv. Duodecim lapides altaris.iij. Reg.xviij. Duodecim virge. Nume.xvij. Duodecim lapides in Jordane leuati. Josue.iiij.Duodecim boues in mari.Et duodecim in holocaustū. Nume.vij.ad finem. Duodecim stelle in corona sponse.Apoc.xij.Duodecim fundamenta ciuitatis.Apoca.xxj.Duodecim hore diei. Joan.xj. Duodecim porte ciuitatis Hierusalem.Apocal.xxj. Duodecim menses anni.Apoca.vlti.Fructus duodecim ligni vite.Apoc.vlti.glos.Actuū.xiij. Qui vt ecclesiam instituerent atq3 propagarent:acceperunt plenitudinē charismatum:locutionem omniū linguarum:ad omnium nationū eruditionem.Actuū.ij.de conse.dist.iij.ca.si. Potestatē miraculorum ad confirmationem doctrine:⁊ cōuersionem non credentium. Actuū.iij. Luc.x.Authoritatem dimittēdi peccata.introducēdi ad vitam. Joā.vlti.de peni.dist.j. quem penitet. Ligandi homines atq3 soluendi. fortitudinem animi contra tyrannos.Heb.x.⁊ contra queq3 mundi aduersa vel prospera. Sapientiam spiritualem.contra mundi sapientes/⁊ legisperitos/⁊ demonum fallacias.j. ad Cor.ij. ¶ X Per hoc etiam ꝙ regnum dicitur apostolicum:intelligitur ⁊ alia eius cōditio:scilicet firmitas. Ipsi enim apostoli/qui sunt ecclesie duces ⁊ principes: ipsi sunt ei⁹ patroni ⁊ intercessores: custodes ⁊ defensores: ipsi ⁊ fundamenta.vt dictum est. Et ideo firmum ⁊ forte et bene fundatum est ecclesie regnum:qđ talibus gubernaculis regitur:talibus fundamentis innititur; talibus patronis protegitur. ¶ Y

Illud autem non est omittendum ꝙ licet ab omnibus apostolis ecclesia denominetur apostolica:specialiter tamen a vertice apostolorum Petro scilicet: quia etsi fundata sit supra omnes apostolos:tamen precipue supra Petrum: qui post christum.immo ⁊ vice christi est ecclesie caput ⁊ fundamentum.xxij.dist.ca.ij.xix.distin.ita dominus.⁊.xxj.dist.in nouo.xxiiij.q.j.loquitur. vn̄ Matth.xvj. ei a christo dictum est.Tu es Petrus: ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meā.id est super te.vt Augu. exponit ſm vnū modum.licet aliter exponatur super hanc petram:id est super hunc quem confessus es. Hanc expositionem innuit Leo papa in preal.cap.ita ⁊ Nicolaus. ex de elec.fundamenta.li.vj.quia petra erat christus.j. Cor.x.de conse.dist.ij.re vera.Uel super hāc fidem ⁊ confessionem quam de me fecisti.Et in quodam sermone de cathedra beati Petri ait Aug. pertractās verbum predictum/ Petrum itaq3 fundamentū ecclesie dominus nominauit: et ideo digne hoc fundamentū colit ecclesia/supra quod ecclesiastici edificij altitudo consurgit. Item Aug. de verbis domini sermone septimo. Hoc nomen Petrus a domino impositum est.⁊ hoc in ea figura vt figuraret ecclesiam.quia enim christus petra: petrus populus christianus vocatur. Tu es(inquit)petrus: ⁊ super hāc petram edificabo ecclesiam meam:quam confessus es:⁊ quā cognouisti:dicens.Tu es christus filius dei viui.id est super meipsum filium edificabo te:non me super te. Item glos. super predicto loco Matth.xvj.Tu es petrus. Non dico vocaberis.sed tu es Petrus ob fortitudinem fidei:⁊ confessionis constantiā. Et ibi.ego dico tibi.glos. qui credis in me.Et ibi.hanc petram.glos.interli.christum quem credis. Item glos.ibi.Tu es petrus.a me petra.ita tamen vt mihi retineam fundamenti dignitatem. Tu super me ordinabis lapides mūdos.⁊ insuper omnia abijcies leprosos.Et ibi.Et tibi dabo claues.i.tribuam presentis iudicij potestatem regni ecclesie. Itē glos.⁊ tibi.vt omnibus constaret ꝙ absq3 ea confessione ac fide petri/nullus regnum celorum posset intrare. Item alia glos.qui pre ceteris confessus est:illi pre ceteris donantur claues. Claues sunt discernendi scientia:⁊ potentia.xx.distin.§.j. quia dignos recipere:⁊ indignos debet excludere a regno. Unde subdit.Et quodcūq3 ligaueris:id est quem in peccatis persistentem/eternis penis adiudicaueris:vel quem humilem ⁊ vere penitentem/absolueris: sic et erit in celis. ¶ Item ibi glos.alia interlinearis. Quēcumq3 indignū remissione iudicaueris/dum viuit:apud deum indignus iudicabitur.⁊ quemcūq3 soluendum iudicaueris/dum viuit:remissionem peccatorum consequetur a deo. Item ibi glos. Hiero.Et quemcūq3 ⁊c̄. habent quidem cādem iudiciariam potestatem alij apostoli:quibus post resurrectionem ait Joan.vlti. Accipite spiritum sanctum:quorum remiseritis ⁊c̄. Habet etiam omnis ecclesia in presbyteris et episcopis.sed ideo Petrus eam specialiter accepit:vt omnes intelligant ꝙ quicumq3 ab vnitate fidei ⁊ societate eius se separauerit:nec a peccatis solui/nec celū potest ingredi. Hunc locum quidam non intelligentes/aliquid sibi adsumunt de supercilio phariseorum:vt dānare innoxios:vel soluere noxios se putent.quum apud deum non sententia sacerdotum/sed reorum vita queratur. Unde etiam vt dicitur in Leuitico/ostēdere se sacerdotibus iubentur leprosi:quos illi non faciunt leprosos: sed discernunt qui mundi vel immundi sint.xj.q.iij.quomodo ita.⁊ de ista materia.xj.q.iij.§.de his inquam. cum oībus duodecim capitulis vsq3 ad.§. hoc etiam.⁊ ab illo.§.vsq3 ad §.ex his. ¶ Item predicto loco. et porte inferi ⁊c̄. De his portis supra eodem articulo. §.j.ꝟ. de fortitudine. Porte inferi sunt peccata mine blanditie hereses quibus infirmi ruunt in mortem:qui non vere supra petram/sed super arenam domum professionis sue credendi sunt edi

Tu es Petr⁹ sup hāc pe.

Petri claues.

ficauisse.i.non simplici ⁊ vera intentione christum sequi: sed ob terrenam quālibet causam habitum pretendisse.q enim in intimo cordis amore fidē christi percipit: quicqđ ingruit/facile vincit. Item supra pre.locum Matth.xvj. Quem dicunt homines esse filium hominis: subiecit. Uos autē quē me esse dicitis: Hiero. Quasi diceret illis/ quia hoīes sunt/humana opinātibus:vos q dij estis quē me esse existimatis: Rabanus. Non aūt quasi nesciēs sententiā de se discipulorū vel extraneorū/inquirit. Sed ideo discipulos quid de se sentiāt interrogat:vt confessionē recte fidei digna mercede remuneret. Ideo qđ alij de se sentiant interrogat seu inquirit:vt expositis primo sentētijs errantiū:discipuli probarentur veritatē sue confessionis non de opinione vulgata sed de ipso percepisse dominice reuelationis arcano.

petr⁹ os aplorū.

¶ Item Chrys. Quando vero dn̄s de plebis opinione interrogat:oēs respondent.sed oībus discipulis interrogatis: Petrus tanq3 os apostolorum ⁊ caput/pro omnibus respondet. Unde sequit. Respondēs Simon Petrus.dixit. Tu es christus fili⁹ dei viui. Orig. Denegauit quidē Petrus aliquē eorū esse iesum/quē arbitrantur iudei. Confessus est aūt. Tu es christus. qđ nesciebant iudei.sed etiā(quod maius est) filius dei viui.q et per prophetas dixerat. Uiuo ego dicit dn̄s.

Uiu⁹ cur dr deus.

Et ideo dicebatur viuus secundū supereminentiam qua supereminet oibus habentibus vitā:quoniā solus habet immortalitatem.j.ad Timo.ij. Et est fons vite.quod ppie dicitur deus pater. Uita aūt est quasi de fonte procedēs.qui dixit Jo.xiiij. Ego sum vita ⁊c̄. Unde Joā.j. Quod factū est in ipso/vita erat:⁊ vita erat lux hominū:⁊ lux in tenebris lucet:⁊ tenebre eū non cōprehenderūt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Joānes.hic venit in testimoniū:vt testimonium perhiberet de lumine:vt omēs crederent per illum. Non erat ille lux:sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. In mundo erat:⁊ mūdus per ipsum factus est:et mundus eum non cognouit. In propria venit:et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum :dedit eis potestatem filios dei fieri: ijs qui credūt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus/neq3 ex volūtate carnis/neq3 ex voluntate viri/sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est:⁊ habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius:gloriā quasi vnigeniti a patre: plenū gratie ⁊ veritatis. ¶ Hiero. Etiam deū viuum appellat ad cōparationem eorū deorum/qui putantur dij:sed mortui sunt. Saturnū dico: Jouē: Venerem: Herculem:⁊ cetera idolorum portenta. ¶ Hilarius. Est autē hec vera ⁊ inuiolabilis fides.ex deo deum filiū perfectū fuisse:cui sit ex eternitate parētis eternitas. Hunc igit assumpsisse corpus:⁊ hominē factum esse:perfecta cōfessione cognouit. Complexus est igitur omnia/q ⁊ virū ⁊ nomen expressit: in quo summa virtutū est. ¶ Rabanus. Mira autem distinctione factū est/vt dn̄s ipse humilitatem assumpte humanitatis profiteatur:vocās se filiū hominis.quū dixerit ibi. Quem dicūt homines esse filiū hominis: discipulus vero Petrus excellentiā diuine eternitatis ostendit. Hilarius. Dignū autem cōfessio Petri premiū consecuta est: quia dei filiū in homine vidisset. Unde sequitur. Respondens autē Jesus dixit ei. Beat⁹ es Simon bariona:quia caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi:sed pater meus:qui est in celis. ¶ Hiero. Reddit enim christus apostolo vicem pro testimonio de se. Petrus dixerat. Tu es christus fili⁹ dei viui. Dn̄s aūt dixit ei. Beatus es Simon bariona.quare: quia non reuelauit tibi caro ⁊ sanguis:sed reuelauit pater.qđ caro ⁊ sanguis reuelare non potuit:spūssancti gratia reuelatū est. Ergo ex confessione sortitur vocabulum. ꝙ reuelationē ex spiritusancto habebat.cuius ⁊ filius appellandus sit. Siquidem bariona in lingua nostra sonat filius colūbe:id est spiritussancti. ¶ Chrys. Uanum autē esset. Jo.j. Tu es filius iohanna.nisi vt ostendat/quoniā ita naturaliter est christus filius dei:sicut Petrus fili⁹ iohanna:eiusdem substantie cum eo qui genuit. ¶ Hiero. Illud autē quod ait.quia caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi.apostolice narrationi cōpara: in qua ait.ad Gal.j. Cōtinuo non acquieui carni ⁊ sanguini:neq3 veni hierosolymā ad antecessores meos apostolos:sed abij in arabiā:⁊ iterū reuersus sum damascū. Deinde post ānos tres veni hierosolymā videre Petrū.⁊ mansi apud eū dieb⁹ qndecim.aliū aūt apostolorū vidi neminē.nisi Jacobū fratrē dn̄i. Que autem scribo vobis/ecce corā deo quia nō mentior. Deinde veni in partes Syrie ⁊ Cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesijs iudee que erant in christo.tantum autē auditum habebant: quoniā qui persequebatur nos aliquādo:nunc euāgelizat fidem:quam aliquando expugnabat:⁊ in me clarificabāt deum. Carnem ibi ⁊ sanguinem iudeos signans.vt hic quoq3 sub alio sensu demōstretur/ꝙ ei nō per doctrinā phariseorum: sed per dei gratiā: christus dei fili⁹ reuelatus sit ⁊c̄. ¶ Hilarius. Uel aliter beatus Petrus hic vltra humanos oculos ⁊ intendisse ⁊ vidisse laudatus est:nō id qđ ex carne ⁊ sanguine est contuens:sed dei filiū celestis patris reuelatione cōspiciens. dignusq3 iudicat⁹ est/vt primus agnosceret ꝙ diuinitas esset in christo. ¶ Item super predicto verbo. Filius dei viui. Chrys. Nimirū autem si non cōfessus esset Petrus christū proprie ex patre natum:non esset hoc reuelationis opus.nec existimare christū vnum ex multis filijs adoptiuis:beatitudine dignum esset. Nam ⁊ ante hoc illi q erāt in naui dixerunt. Uere fili⁹ dei es. Et quū transfretassent: venerunt in terram genesar.⁊ quū cognouissent eum viri loci illius:miserunt in vniuersam regionem illā:⁊ obtulerunt ei omnes male habētes.⁊ rogabant eū vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicūq3 tetigerunt: salui facti sunt. Matth.xiiij.sed ⁊ Nathanael Joā.j. dixit. Rabi tu es fili⁹ dei. Non tamen beati dicti sunt. quia non talem confessionem qualem Petrus. Sed vnū ex multis eum existimabant:non vere dei filium:vel etsi precipuum quidē pre multis:non tamen ex substantia patris. Uides autem qualiter ⁊ filiū reuelat pater:⁊ patrem filius. non enim ab alio est dicere filium ꝙ a patre:nec ab alio patrē ꝙ a filio. Matth.xj. Et nemo nouit filium:nisi pater.neq3 patrem quis nouit:nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omēs qui laboratis ⁊ onerati estis: ego reficiam vos.tollite iugum meū super vos:⁊ discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde:⁊ inuenietis requiē animabus vestris. Jugū enim meum suaue est: ⁊ onus meū leue ⁊c̄. Quare ⁊ hinc manifestum est/ꝙ filius est cōsubstantialis ⁊ coadorandus patri. ¶ Ostendit autem christus ex hinc iam multos credituros quod fuerat Petrus confessus.vnde ⁊ subdit. Et ego dico tibi. quia tu es Petrus:⁊ super hanc petram edificabo ecclesiā meam.id est in hac fide ⁊ confessione ecclesiam meam. Hinc dicit iam multos credituros quod Petr⁹ confessus fuerat:⁊ erigit eius sensum:⁊ pastorem ipsum facit. Adde hic quod scripsi de Petro ⁊ eius prerogatiua supra.liiij.⁊.lv.articulis. ¶ Uere igitur est ecclesie regnum gloriose magnificum: et magnifice gloriosum. Quod ⁊ vnum/⁊ catholicū/sanctum/⁊ apostolicum/rectissime nuncupatur ⁊c̄.

¶ Articulus.lxiiij. A

Triplex ecclesie status.

Habuit insuper regnum ecclesie triplicem statū. ¶ Primo in lege nature: i quo nullū signum distinctiuū fidelium ab infidelibus habuit:licet habuit primitias/oblationes/decimas/⁊ sacrificia de munerib⁹ et oblationibus. Gen.iiij.xiiij.q.v.scriptum.de sacrificijs. Gen.viij.⁊.xiiij.de conse.dist.iiij.quod apud. de decimis. Gen.xxviij.⁊.xiiij. ¶ Secundo habuit statum in tempore legis scripte: in quo habuit circūcisionem datam ipsi Abrae. Genes. xvij.de cōsecra.distin.iiij.quod apud nos. per quam distinguebantur qui non erant de lege dei ab alijs. ¶ Habuit etiam statum in lege vel tempore

gratie:in quo habuit baptisma ꝛ alia sacramēta.vt p̄:e.c. qđ apud.ꝛ ex de bap.maiores.in q̄bus confertur grā ꝛ remissio pctoꝝ.j.q.j.multi.ꝛ.c.q̄cq̄d.ex in clemē.de fi.catho. sacrosancte.§.fi. Sacrificia aūt legis nature ꝛ legis scripte iustificabāt ratione fidei:cui⁹ ꝓfessio in illis fiebat.vt p̄:e.c.qđ apud.¶Habuit ergo eccl'ia initiū ab ipso Abel post Adā:in quo primo cepit ecclesia.vt.s.in pncipio ꝓbaui.xxxvj.ar.ꝛ hic adde qđ ibi notaui:sicut christus innuit

Initiū ecclesie.

Mat.xxiij.vt veniat sup vos(inquit)ois sanguis iustus qui effusus est super terrā a sanguine Abel iusti. ꝛ Luc.xj. ibi.a sanguine Abel ꝛc.ad Heb.xij.ꝛ.j.Joā.iij. ꝛ apl's ad Heb.xj.sic ait.Fide.plurimā hostiā Abel ꝙ Cayn obtulit deo:per quā testimoniū consecutus est esse iustus:testimoniū perhibente munerib⁹ eius deo:ꝛ per illā defunct⁹ adhuc loquit.ꝛ ordinare descēdens apl's per notabiles sanctos scꝫ Enoch:Noe:Abraam:Saram:Isaac:Jacob:Joseph:Moysen:filios israel in Exo.xiiij.qui trāsierunt mare rubrū:ad quorū fidē muri hiericho corruerūt.in Josue vj.Raab meretricē:Gedeō:Barach:Samson:Jepte:Dauid:Samuel:narrat ꝟtutes ecclesie: ꝛ passiones quas sustinuit a pncipio mūdi vsqꝫ ad christū:qui est lapis angularis.Ps.cxvij.Innuēs fidem patrū veteris testamenti/cū fide patrū noui testamēti:cōcludens in.xij.ca.ad Heb. Ideoqꝫ ꝛ nos tantā habētes nobis impositā nubē testiū/deponētes omne pōdus ꝛ circūdans nos pctm̄ per patiētiam curramus ad ꝓpositū nobis certamē: aspiciētes in authorē fidei ꝛ cōsummatorē iesum.Eadē ergo fides fuit ꝛ est in ecclesia ab Abel vsqꝫ ad vltimū iustū/q̄ erit in fine mūdi:q: idem est creditū.vñ ꝛ Paulus enumeratis multis sanctis testamenti veteris ad Heb.xj.in fine sic ait.Et hi oēs testimonio fidei ꝓbati/nō acceperūt repromissionē:deo ꝓ nobis melius aliq̄d prouidēte: vt nō sine nobis cōsummarētur.Et Judas in canonica.j.ca.Qm̄ iesus populū de terra egypti saluās/secūdo eos q̄ non crediderūt perdidit.Sed quantū ad mysteriū incarnatiōis ꝛ nostre redēptionis/patres q̄ precesserunt aduentū christi in carne credebāt futurū.nos aūt credimus esse factū.ꝛ ꝓpter hoc dicit apl's in authorem fidei/quantū ad illos qui sunt in nouo testamēto:quātum ꝟo ad illos q̄ fuerūt in veteri testamēto/dicit cōsummatorē iesum:q̄ consummauit oēs figuras veteris testamēti/adimplēdo veritatē in semetipso.¶Erat em̄ status testamēti veteris habens vmbrā futurorū bonorū:non ipsam imaginē rerū.i.veritatem.j.ad Coꝝ.x.ibi.patres nostri sub nube fuerūt.de cōse.di.ij.revera.ꝓpter hoc Joā.xix.dicit:cōsummatū est.i.oia figuralia ꝛ ꝓphetica sunt verificata:ꝛ eorū veritas ꝑ me adimpleta. Vñ super ꝟbo predicto/cōsummatū est.Aug. Quid/nisi qđ ꝓphetia tāto ante predixerat:Itē glos.ibi.oia que oportebat fieri ante ꝙ acciperet acetū:ꝛ traderet spiritū. vt etiā hec scriptura cōsummaret.In siti mea potauerūt me aceto.ps.lxxxvj.Unde ꝛ ipse đ: lapis angularis Mat.

Lapis angularis.

xxj.ibi.lapidem quē reprobauerūt edificātes hic fact⁹ est in caput anguli.Ubi Chrys.Lapidem aūt Christū vocat. edificatores aūt doctores iudeoꝝ: qui christū reprobauerūt/dicentes.Hic non est a deo.Item ibi Rabanus.Sed illis nolētibus idē lapis caput anguli firmauit.Eph.ij.q: de vtroqꝫ populo quotquot ipse voluit sua fide coiunxit. Item Hilarius.est em̄ caput anguli factus:q: est inter legem atqꝫ gētes lateris vtriusqꝫ coniunctio ꝛ.j.Per.ij.ibi. Ad quē accedētes lapidem viuū ꝛc.ꝛ ibi etiā. Ecce ponā in syon lapidē summū angularē electū preciosum.ꝛ Eph. ij.Ipse em̄ est pax nostra:qui fecit vtraqꝫ vnum.ꝛ ibi post. Ipso summo angulari lapide christo iesu.Oia em̄ opera patrū veteris testamēti que ex fide ꝓcedebāt:figura erāt. sicut đ:.j.ad Coꝝ.x.Omnia in figura cōtingebant illis.ꝛ Osee.xij.đ:.In manibus ꝓphetarū assimilatus sum.i.in

Caput ecclesie christus.

operibus ꝛ verbis figuratiuis expressus.¶ B Dicitur etiā ipse christus caput ecclesie q̄ incepit ab Abel iusto: vt dictū est:vsqꝫ ad vltimū iustū:qui erit in fine mundi. sicut dicit ad Col.j.Omnia per ipsum/ꝛ in ipso creata sunt;et ipse est ante oēs: ꝛ oia in ipo constant:ꝛ ipse est caput corporis ecclesie. dicit glos. Quum ecclesia ab Abel ceperit: qm̄ est christus caput eorū qui tūc fuerunt:bene:quia ipse principiū ecclesie est ꝯm diuinitatē.i.fundator ecclesie.q: oēs iustos qui ab Abel vsqꝫ ad vltimū iustū generantur: virtute diuinitatis ꝛ misericordie sue dono illuminauit. ¶Scđm etiam humanitatē etiā pōt dici principiū ecclesie: q: super fidē humanitatis ei⁹ fundata est ecclesia. Et bene ipse est caput ꝛ principiū.i.rector ꝛ fundator:q: ipse est primogenit⁹ ex mortuis.i.primus mortuorū ab immortalitate resurgēs.sicut etiā exponitur primogenitus mortuorū.Apoc.j.sicut em̄ natus est ante oia de deo : vt omia crearet:sic iterū de virgine nat⁹ est homo: q̄ primo a mortuis resurrexit:vt oia q̄ creauerat/restauraret.vt sit sem primus ꝛ princeps.Vñ subdit ibi apl's Col.j. Ut per hoc sit in oibus tam prioribus ꝙ sequentibus tenēs primatū id est dominiū:q: pōt alios suscitare.Caput est etiam ipse christus;q: vna ꝑsona est de⁹ ꝛ homo:scꝫ dn̄s iesus christ⁹. xxiij.di.qui ep̄s.ex de sum.trini.c.j.ex de hereti.cū christus. Omnia etiā sacramēta in patrū antiquoꝝ operibus figurata sunt.Vñ.j.ad Coꝝ.x.Et oēs mare transierūt:ꝛ omes in moyse baptizati sunt ꝛ in nube ꝛ in mari ꝛc.de cōse.di. ij.re vera.ꝛ melius de cōse.di.iiij.nec queꝙ.futuram vero glorificationē in futura resurrectione ipsi patres veteris testamēti expectauerūt:ꝛ nos expectamus . Job dicente Job.xix. Credo ꝙ redēptor meus viuit.ꝛ Heb.xj. Deo ꝑ nobis melius aliq̄d prouidēte vt nō sine nobis cōsummarent.Ex dictis cōcludi pōt ꝙ qui ecclesiā negaret nō esse vnā ab ipso Abel vsqꝫ ad vltimū iustū/qui erit in fine mūdi:cōsequenter negaret christū nō esse caput ecclesie: nec esse lapidē angularē:q̄ fecit vtraqꝫ vnū. ꝛ impinget in articulū fidei/Unā sanctā catholicam ꝛ apostolicā ecclesiā. Sic em̄ nos docuit dn̄s noster iesus christus ꝛ sancti apl'i ꝛ doctores.Si ergo ponamus initiū regni a dn̄o iesu christo/q̄ est rex regū:ꝛ dn̄s dominantiū:ꝛ princeps regū terre.Apoc.j.xvij.ꝛ.xix.ca.ꝛ.j.ad Tim̄.vj.quē suis tēporibus ostendet dn̄s:ꝛ solus potens:rex regū:ꝛ dn̄s dn̄antiū ꝛc. sicut ipse est ante ecclesiā:ꝛ caput ꝛ fundamentū ecclesie: ita ꝛ regnū eius est ante ecclesiā:ꝛ ipsa ecclesia regnū ei⁹: ꝛ ab eo omne regnū ꝛ potestas. Prouer.viij. ꝑ me reges regnant.xxiiij.q.iij.quesitum.ꝛ Dan̄.iiij.ibi.Donec cognoscant viuentes qm̄ dominatur excelsus in regno hoim:ꝛ cuicūqꝫ voluerit dabit illud:ꝛ humillimū hoiem cōstituet super illud.Et q: persona christi vna est in duab⁹ naturis: qđ in scripturis legit de ꝑsona filij dei/totū vere asseritur de ipso deo ꝛ hoie. Vñ Joā.viij. Ante ꝙ Abraā fieret ego sum.¶ E Et ꝙ ecclesia patrū antiquorū ꝛ ista vna sit:ꝛ vnū caput eius christ⁹. facit qđ dicit Pe. Act.xv.ibi. Sed per gratiā dn̄i nostri iesu christi credimus saluari: quēadmodū ꝛ illi.premiserat em̄.nunc ergo q̄d tentatis deū imponere iugum super ceruicē discipuloꝝ qđ neqꝫ nos neqꝫ patres nostri portare potuim⁹.¶ D De regno terreno si loquimur:ꝛ qn̄ habuit ortū : dicim⁹ ꝯm historiographos ꝙ ab Abel vsqꝫ ad diluuiū/fuerunt cōpleti mille q̄ngenti centū quinquagintasex anni:in q̄bus null⁹ homo habuit dominiū super hoies.xxxv.dist.sexto. Nisi vir super vxorē propriā.xxxiij.q.ij.placuit.ꝛ.q.v.satis. xxiij.q.iiij. duo ista. quāꝙ etiam tūc potētes a seculo viri famosi dicerētur: vt dicit Gen̄.vj.tamen nullus legit regnasse.¶ E Regnū vero hoim incepit sicut.s.dixi post pn̄.istius operis.xxxvj. ar.ꝛ.xlj.ꝟ.post diluuiū.a Nēroth:q̄ fuit de genere Canaā qui fuit addictus seruituti.Gen̄.ix.maledict⁹ puer canaā: seruus seruoꝝ erat fratribus suis.xxxv.di. sexto.j.q.iiij.§. his ita.ꝟ.itē cham.cui⁹ nepos fuit Nemroth. ipse em̄ fuit interfector hoim ꝛ oppressor.ꝛ per istū modū fecit se regē Gen̄.x.Unde dicit ibi ꝙ erat robustus venator corā dn̄o. glos.i.interfector ꝛ oppressor ꝛ extinctor/quos allexit ad edificandā turrim:vt cōtra deū constitueretur.vj.di.§.fi. ¶Qui Nemroth ꝯm Josephū noua regni cupiditate tyrannidē exercuit;ꝛ fuit author edificāde turris q̄ tāgeret celum.

celum.Gen̄.x.Fuit autē principiū regni eius Babylon et Arach:ꝛ Archar:ꝛ Chalāne i terra Sennaar.vt prealleg.c. x.đ:.De terra illa egressus est Assur:et edificauit Niniuē: et Chale: que est ciuitas magna: vt dicit ibi. Et ita regna mūdi inceperūt a Babylonia et Niniue/ꝑ oppressiones hoim ꝛ violētias:et sic profecerūt regna in terra:sicut apparet tꝑe Abrae.Gen̄.xiiij.vbi đ:.Factū est aūt in illo tempore:vt Amraphel rex Sēnaar ꝛc. vbi apparet ꝙ qui potentior erat viribus:ꝛ alios poterat opprimere: eis dn̄abatur.¶Ab his aūt ortū habuit idololatria. sicut habetur Sap.xiiij.Deinde interueniēte tꝑe: cōualescēte iniqua cōsuetudine:hic error tāꝙ lex custoditus est:ꝛ tyrannoꝝ imperio colebātur figmēta ꝛc.ꝛ infra.qm̄ aut affectui aut regib⁹ deseruiētes hoies/incōmunicabile nomē lapidibus et lignis imposuerūt ꝛc. vnde recte cōsiderātibus/oia regna

Sordida regni temporalis initia.

magna mūdi profecerūt in dominiū: ꝑ oppressiones/violētias/ꝛ inuasiones alioꝝ. Sic em̄ regnū Chaldeorum et Assyrioꝝ profecit in monarchiā. Sic regnum Medoꝝ et Persarū per viā bellicā profecit in monarchiā.sicut apparet Judith.j.ꝛ.ij.c. Sic etiā regnū Grecoꝝ in Alexādro.j. Machab.j.¶Similiter via bellica/occisione multarum gentiū et oppressione/profecit monarchia Romanoꝝ.vt habet.j.Machab.viij.per totū.Et quādiu non regnauit inter eos ambitio: ꝓfecerunt.vt habet ibi.Et qn̄ ambitio dominādi succreuit inter eos:habuerūt bella ciuilia.Unde ꝛ regnū Romanoꝝ a latrūculis cōgregatis incepit.vt narrat eoꝝ historia.Sic etiā ꝓfecerunt regna Ptolemeorum:Syroꝝ:et Egyptioꝝ.j. Machab. Deus aūt oipotēs qui malas hoim volūtates ꝛ demonū conuertit in bonū. ꝯm Aug.vt.s.dixi.xxxvj.arti.ver.et si dicatur.oia regna ordinauit ad profectū virtutū:et exterminationē vitiorū:q: humanū genus erat per idololatriā deformatū. sicut dicitur Sap.xiiij.Initiū em̄ fornicationis.i.oim vitiorum/est exquisitio idoloꝝ: et adinuētio illoꝝ/corruptio vite est. et infra.Infandoꝝ enim idoloꝝ cultus ois mali causa est/et initiū ꝛ finis. Or aūt in correctionē vitioꝝ ꝛ laudē bonoꝝ regna ꝛ dn̄ia sint a deo instituta:patet.j. Pet.ij. Subiecti estote.ex de maio.ꝛ obe.solite. omni humane creature ꝓpter deū:siue regi quasi precellēti:siue ducibus tāꝙ ab eo missis ad vindictā malefactoꝝ/laudē vero bonoꝝ. Unde et per malos de⁹ punit malos. Esa.x. Ue assur. Uirga furoris mei ꝛ baculus ipe est. In manu ei⁹ indignatio mea. xxiij.q.v.§.hinc notandū.ꝛ Roma.xiij. Ois aia potestatibus sublimioribus subdita sit: nō est potestas nisi a deo: que aūt sunt a deo:ordinata sunt. ex de censi.ois aia. xxiij. q.j.quid culpat.xxij.q.ij. mouet te. vltra mediū.ibi. Sicut Joseph qui per Pharaonē iurando hoc in eo veneratus est qđ dei iudicio posit⁹ erat in infimis(al's Mēphis/ꝯm glos.que erat caput regni) Vñ apl's. Ois potestas a dn̄o deo est.Itē xp̄s Pilato.Nō haberes potestatē aduersum me vllā:nisi tibi datū esset desuper. Joā.xix.Unde ipsi reges mūdi nō sequētes diuinā ordinationē: sed libidinem dominādi ꝯtra deū:ꝛ fideles suos cōflauerūt vires suas. sicut patꝫ.s.in Nemroth ꝛ alijs:et post in Pharaone/qui afflixit populū dei:et seruituti subiecit. sicut patet Exo.ij. et.iij.ꝛ in seq.c.ꝛ.xxiij.q.iiij.nabuchodonosor.immo ad tātam deuenit insaniā Pharao: vt diceret Exo.v. Quis est dn̄s:vt audiā vocem eius:et dimittā israel? nescio dn̄m:et israel nō dimittā.et tandē ꝓpter eius superbiā perijt cum suo exercitu in mari rubro: put patet in Exo. vsqꝫ ad.xiiij. c.ꝛ postea hāc eius superbiā sequētes/ ausi sunt dicere sicut dicit Ezechiel. xxix. Ecce ego ad te Pharao rex egypti draco magne/qui cubas in medio fluminū tuoꝝ: et dicis/meus est fluuius:et ego feci memetipm. ¶Pharao autē fuit nomē oim regū egypti ante Alexādrū.Sed post mortem Alexandri egyptus cepit habere reges Ptolemeos; sicut dicit Aug.lib.iiij.de ciui.dei.¶Similiter successores regū Assyrioꝝ in tantā excreuerūt superbiā cōtra deum et eius populū: vt eēnt ausi dicere sicut đ: Esa. xxxvj. Quis est ex oibus dijs terrarū q̄ eruerit terrā suā de manu mea; vt eruat dn̄s hierl'm de manu mea?Et post. Cui exprobrasti:et quē blasphemasti:et sup quē exaltasti vocē tuam?ꝛc. ¶Similiter reges Chaldeoꝝ eleuauerūt cor suū contra deū in superbia.sicut ptꝫ in Nabuchodonosor Dan̄.quasi per totū.maxime.c.iiij.qui punitus est donec cognouit potestatē ois regni esse a deo. vt p̄alleg.c.nabuchodonosor. xxiij.q.iiij.ꝛ.c.quādo.ꝛ.xj.q.iij.imperatores.de peni.dist.j. §.ex his itaqꝫ. vltra mediū.ver. nabuchodonosor. De eo etiā ꝛ de supbia eius Judith.iij.iiij.ꝛ.v.c. Patet etiam in lib.Machab.j.ꝛ.ij.quō illi qui erāt de posteritate Alexādri/et deū cōtēpserunt:et eius populū ꝑsecuti sunt:ꝛ fidē dei exterminare voluerūt:ꝛ se deo adequare voluerūt.sicut Antiochus ꝛ alij. Hoc autē certū ꝛ regulare est/ꝙ oia regna paganoꝝ idololatriā nutriuerūt:ꝛ fidem dei impugnauerūt.et hoc etiā fuit in imperio Romano vsqꝫ ad tēpora Cōstantini magni.Et multi etiā imperatoꝝ post conuersionē fuerunt fautores hereticoꝝ:ꝛ ꝓmotores:fidei et ecclesie impugnatores. Et hec de regnis gentiliū perscripta sufficiant. ¶F

Regum catholicorum primi.

Inter reges aūt catholicos prim⁹ fuit Melchisedech.sicut.s.nota.in ar.xxxvj.ver.istius ergo. rex Salem tꝑe Abraam. de quo Gen̄. xiiij.ꝛ Heb.vij.in quibus đ: ꝙ etiā fuit sacerdos.¶ G Et sic primus rex catholicus sacerdos fuit q̄ credit fuisse Sem : q̄ fuit primogenit⁹ Noe: supuixit autē Melchisedech Abrae. xxxv.annis. Deinde fuit Job de cui⁹ ꝑfectione habet lib. Job.ꝑ totū.Et ꝙ fuerit rex hr̄ Job.xxix.Quūqꝫ sederē tāꝙ rex ꝛc. Or fuerit sacerdos habet Job.j.ibi. Consurgēsqꝫ diluculo/offerebat holocausta.ꝛ Job.xlij. Job aūt seruus me⁹ orabit pro vobis ꝛc. Et postmodū in populo israel liberato de seruitute egyptiaca/fuerunt reges post Saul primū regē/fere ꝑ cccclxxij. annos. Ex quib⁹ tres boni.vnde Eccl'i.xlix. Preter dauid et Ezechiā et Josiam/oēs reges pctm̄ commiserūt.s. vel ꝙ fuerūt idololatre: vel fautores idololatrarū. Fuit igit ecclesia sine regib⁹ catholicis/exceptis trib⁹ predictis/postꝙ filij israel exiuerūt de egypto fere ꝑ.ccccxvij. annos. Antea peregrinati sunt fideles ab initio mūdi in mūdo isto/aliqn̄ oppssi sub ipis regib⁹ ꝑ duo milia.ccliij. annos. ¶ H Post exitū autē filioꝝ isrl' de egypto rexerūt sacerdotes populū:sicut apparet in Moyse ꝛ Aaron vsqꝫ ad Samuel.vt colligit ex libris Exo. Leuit. Numeri. Deutero.ꝛ Judicū.ꝛ.j.lib. Reg.vsqꝫ ad.iiij.c. Postmodū sicut patꝫ in prealleg.c.iiij.popul⁹ dei aspernātes regnū Samuel/petierūt sibi regē dari.sicut habetur.j. Reg.viij. de quo fuit dn̄s indignatus.vt ibi habet.vñ dedit eis regem permissiue/nō preceptiue.vt habet Osee.xiij.ibi. Ubi est rex tu⁹? Maxime nūc saluet te in oib⁹ vrbibus tuis ꝛc. et sequit. Dabo tibi regē in furore meo ꝛc.viij.q.j.audacter. Dn̄iū em̄ datū summo sacerdoti ꝛ tp̄ale ꝛ sp̄uale. vt habetur in Deutero.xvij.si difficile et ambiguū ꝛc.vbi ponunt tria genera causarū:criminaliū/ciuiliū/ꝛ sp̄ualiū: vt exponunt ex q̄ fi.sint legi.per venerabilē.§.rōnib⁹.¶ Or autē

Iudiciaria ptās ecclesiasticorum est.

idē iudiciū ꝛ ptās sit ecclesie post aduētū xp̄i:habet Luc. xxij.ibi.Et q̄ nō habet:vēdat tunicā suā:et emat gladiū.et sequit.Ecce duo gladij hic.Tractaui de hoc late in superioribus:maxime in ar.xiij.xxvij.ꝛ.lx.vñ nō repeto. De potestate ecclesie ꝛ regno Dan̄.vij. vbi loquēs Daniel de quatuor monarchijs/ait. Et iudiciū sedebit/vt auferat potētia ꝛ cōterat:ꝛ dispereat vsqꝫ in finē. Regnū aūt et potestas ꝛ magnitudo regni que est subter oē celū/det populo sanctoꝝ altissimi:cuius regnū/regnū sempiternū est:et oēs gētes seruiēt ei/atqꝫ obediēt ꝛc. Caput aūt isti⁹ regni xp̄s est:ꝛ viri ecclesiastici sunt ei⁹ vicarij. Sꝫ quare oēs nō obediāt vicario dei p̄cipuo ꝛ alijs:assignat rō quodāmodo ab aplo ad Heb. ij. ibi. Oia subiecisti sub pedib⁹ eius. In eo em̄ ꝙ oia subiecit: nihil dimisit nō subiectū ei. Nūc aūt necdū videmus oia subiecta esse: nō ergo mirandū si nō subijciātur etiā multi vicarijs eius:quum nō subijciantur ipsi regi principali. iuxta illud Jo.xv. Si me persecuti

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt: ⁊ vos persequētur. Et magna rō huius inobediētie est vanitas ⁊ sup̄bia. iuxta illud Job. xi. Et vanus in sup̄biā erigit̄: ⁊ quasi pullū onagri se liberū natū putat. et in canonica Jo. iij. c. j. Scripsissem forsitan ecclesie: sȝ is qui amat primatū gerere in eis Diotrepes nō recipit vos ⁊c. xlij. di. §. hinc etiā. Diotrepes interpretat̄ decor insanies. Inter oia que faciūt insanire est sup̄bia. vt hr̄ de Sennacherib. iiij. Reg. xix. Insanisti in me: et sup̄bia tua ascēdit in aures meas ⁊c. ¶ Sācti aūt patres quū ipsi essent mie ministri: vsum gladij tēporalis cōmiserūt secularib⁹/ et cōmittūt. Unde quum reges ꝓmouētur ad regis fastigiū: de manu ꝯsecrātis recipiūt diadema regale/ sceptrū/ et nudū gladiū. Adde hic quod scripsi. s. in. xiij. ⁊. xxxvj. et xxxvij. ar. Un̄ et Hiere. de sacerdotibus Anathot Hiere. j. et ex̄ de maio. ⁊ obe. solite. dixit. Jude. ij. Macha. vlti. Accipe sanctū gladiū munus a deo: in quo deijcies aduersarios populi mei israel. ¶ J Si aūt querat̄ quō sacerdotes ⁊ leuite in veteri lege poterant iurisdictionē tpalē habere: quū nihil possent possidere de tēporalib⁹. vt habet̄ Numeri. xviij. ibi. Dixit dn̄s ad Aaron. In terra eoꝝ nihil possidebitis: nec habebitis ptē inter eos ⁊c. ⁊ Deut. xviij. Nō habebūt sacerdotes et leuite ⁊ oēs qui de eadē tribu sunt/ partē ⁊ hereditatē cū reliquo israel. xiij. q. j. §. his ita. Respōsio est ꝙ etsi nō haberēt possessiones: habebāt tamē vrbes et oppida ⁊ suburbana ad habitandū pro se et suis pecoribus. vt habet̄ Nume. xxxv. Josue. xiiij. et. xxj. et prealle. §. his ita. ¶ L Sic ⁊ clerici certe approbate regule nō subiecti/ ppriū ⁊ iurisdictionē tēporalē pn̄t habere. xxiij. q. viij. §. ecce. ⁊. §. hinc dat̄ intelligi. xxij. q. iij. per totū. et. xij. q. j. p totū. ⁊. q. iiij. p totū. et legit̄ ⁊ not̄. ex̄ de rap. in archiepatu. in glos. vlt. ⁊ ex̄ ne cle. vel mo. clericis. glos. ij. eo. ti. si eps. li. vj. xcv. di. c. j. in glos. j. i fi. ⁊ de appel. romana. §. debet. li. vj. et ex̄ de delic. pue. c. ij. vbi de hoc. ⁊ de maio. ⁊ obe. solite. vbi de hoc. in glos. nūquid. ¶ L Mo autē vna dicat̄ ecclesia ante christū et post: faciūt. ff. de leg. j. ꝙ in rerū. ff. de iudi. ꝓponebat̄. ff. de ver. obli. inter stipulantē. §. sacramēta. qd̄ legit̄ ⁊ not̄. de cōse. dist. j. de fabrica. glos. hoc intelligit. xvj. di. habes librū. glos. nō quod eadē. vij. q. j. deniq̄. glos. ar. ꝙ idē est ppl's. ⁊ xxxj. q. ij. lothari⁹. in glos. ar. ꝙ idē est ppl's. ij. q. vj. §. post secūdā. ⁊ i glos. ar. cōtra. ⁊. c. si eps. ibi: renouet̄ examē. ex̄ de iudi. cōsuluit. ex̄ de feu. c. ij. §. fi. xij. dist. p̄ceptis. in glos. ar. ꝙ nō. xxxiiij. q. j. nō satis. i glos. j. nō de nouo. ex̄ de dona. p tuas. glos. q: forte.

An leuite q̄d tēporale possederint.

¶ Articulus. lxv. A

Ceterū q: in p̄missis late ꝓsecutus sum quare ecclesia dicatur vna/ sancta/ catholica/ et ap̄lica. Nūc dicendū est de schismaticis se ab ista sancta et vna ecclesia separātib⁹. ¶ Et p̄mo sciēdū est q̄d sit schisma. Scd̄o vnde dicat̄. Tertio qua pena schismatici feriantur. Quarto q̄d iuris de ordinatiōibus ab eisdē factis. ¶ Quid sit schisma. Est quidē illicita discessio eoꝝ inter quos vera ⁊ legitima vnitas debet esse. Seu illicit⁹ ab vnitate vel vniuersitate discessus. fm̄ Gof. Uel dic ꝙ schisma est illicita diuisio p inobediētiā ab vnitate eccl'ie sancte. xxiij. q. iij. inter schisma. vij. q. j. nouatianus. Ideoq̄ schismatici volētes ecclesiā dei scindere/ peccāt in fide quoad articulū illū: Credo in spiritū sanctū: et vnā sanctā catholicā ecclesiā. ad hec. xxiiij. q. j. aduocauit. et. iiij. c. p̄cedē. Sed nō est intelligēdū ꝙ ita credat̄ in vnā sanctā ecclesiā: sicut in deū. Unde Aug. ad neophitos. et ponit̄ de cōse. dist. iiij. prima igit̄. ad fi. ibi: Itē. Qd̄ aūt interrogauimus: credis in sanctā ecclesiā: et remissionē peccatoꝝ: carnis resurrectionē: non eo modo interrogauim⁹: vt quō in deū creditur/ sic in ecclesiā sanctā catholicā: que ꝓpterea ⁊ sancta et catholica est: q: recte credit in deum. nō ergo diximus vt in ecclesiā quasi in deū crederetis: sed intelligite nos dicere ⁊ dixisse vt in ecclesia sancta ⁊ catholica cōuersantes/ in deū crederetis. Et vnde dicatur certe

Schismat(is) definitio.

hoc nomen schisma grecum est: et dicit̄ a scissura. xxiiij. q. j. schisma. in prin. Quū em̄ fides catholica vna sit: et vnionē designet: q: christus nō duas: sed vnā tm̄ ecclesiam sibi copulauit. xxvj. dist. acutius. Unde fm̄ Aug. Uir vni⁹ vxoris eps̄ significat vnitatē ex oibus gētibus collectā/ ⁊ vni viro christo subditā: hec vnitas diuisionē nō recipit. xxiiij. q. j. loquit̄. patet ꝙ si quis ab hac vnitate recedit: diuisus est: et sic schismaticus. xxiij. q. vij. queadmodū. Uestimētū dn̄i ideo scissum non fuit: sed de eo sortiti sunt: q: ecclesia scindi nō debet: sed tota in vnitate cōsistit. xvj. q. vlti. fin. dn̄i. de hoc no. ex̄ de elec. q: diligentia. ¶ Differt aūt schisma ab heresi in p̄ncipio. Nā heresis in sui p̄ncipio hȝ peruersum dogma: qd̄ nō habet schisma. sed si permanet: cadet i heresim: q: fingit se ab ecclesia recte recessisse: ⁊ ideo censetur hereticus. xxiiij. q. iij. inter schisma. et sic peccat in illū articulū: Credo in spiritū sanctū: per quē ecclesia sancta vnit̄. xxiiij. q. j. §. si aūt. Uel est inter hec duo talis differētia/ qualis inter genus et speciē: q: omnis hereticus est schismaticus: si est publicus. sed nō conuertit̄ nisi schisma durauerit. Uel est differētia que inter dispositionē ⁊ habitum. Primo em̄ dicit̄ schisma: sed quū post tps ptinaciter adheserit sue secte: dicitur heresis. vt hec no. in prealleg. c. inter schisma. ¶ Qua pena schismatici puniunt̄. Et certe puniūtur a deo et hoibus. Ut em̄ scirēt hoies ꝙ graue/ et ꝙ detestabile sit hoc crimē: ostēdit dn̄s in Chore Datan ⁊ Abiron: quos terra viuos absorbuit cū tabernaculis suis et vniuersa substātia: descēderūtq̄ viui in infernū operti humo. Nume. xvj. Sed et ignis egressus a dn̄o interfecit ccl. viros qui offerebāt incēsum. vt ibi dicitur. qui ducēti. l. cum Chore Datan ⁊ Abiron schisma fecerāt cōtra Moysen. vt in prin. illius. c. cōtinetur. ponit̄ historia. j. q. j. si q̄s inquit. xxiiij. q. j. didicimus. Sed ⁊ exēplo alio ostēdit. quū em̄ decē tribus scisse essent a tribu Juda et Beniamin: et relicto rege suo/ aliū sibi foris cōstituissent: tanta indignatio dn̄i extitit aduersus illos qui schisma fecerūt: vt etiam quū homo dei ad Hieroboam missus esset/ qui ei pctā sua exprobraret: panē apud illos edere/ et aquā bibere vetaret: qd̄ quū nō custodisset: ⁊ cōtra preceptū dn̄i prādisset: statim diuina cēsura ꝑcussus est: vt inde regrediens impetu ac morsu leonis in itinere necaret̄. iij. Reg. iiij. et. xij. iij. Reg. xiij. vij. q. j. deniq̄. ex̄ de elec. licet. Unde nec dubium est scelerarius esse delictū/ qd̄ est grauius vindicatū. xxiiij. q. j. nō afferam⁹. ¶ Nec obstat ꝙ alibi d: heresim esse maximū inter crimina. ar. vj. q. j. quero. xxij. q. j. primū. in prin. et eo ꝙ primū locum tenet in criminibus. xxxij. q. vij. quid in oibus. xxij. q. ij. primū. Nam etsi crimē heresis maius sit nouo schismate: tm̄ ex quo schisma radicatū ⁊ confirmatū fuerit: idem est crimen: et vtriq̄ est pena eadē infligenda. xxiiij. q. iij. inter schisma. de hoc nota. in prealle. c. nō afferamus. ¶ Ab hoibus etiā puniūtur. nam excōmunicantur. et si nō resipuerint: deponūtur. xxiij. dist. in noie. ⁊ si aliter nō pn̄t distingui: inuocandū cōtra eos est brachiū seculare. xj. q. j. petimus. ex̄ de offi. ordi. qm̄ in plerisq̄. §. penult. et fi. et expressum de schismaticis. xxiij. q. v. nō nos. ¶ Itē dicit̄ ꝓprie schismaticus qui nō recognoscit potestatē romane ecclesie. ex̄ de maio. et obe. solite. §. pe. vnde si aliter occupet cathedrā ꝙ debeat: puta si min⁹ canonice est electus: fur est ⁊ latro. vij. q. j. nō furem. xxiij. q. iiij. tres personas. ex̄ de iure patro. relatū. Etiā si de pastore sedis ap̄lice queras: etiā ibi multo forti⁹ locū debet habere. ex̄ de elec. licet de vitāda. xxiij. di. in noie dn̄i. lxxix. dist. c. j. ⁊. c. si quis pecunia. Ideo Octauian⁹ filius Joānis maledicti/ q vocatus fuit Uictor: iniuste cathedrā occupauit. Uixit autē in cathedra vsurpata annis. viij. ⁊ mensibus. vij. huic successit Guido: qui ⁊ Pascalis vocat⁹ fuit: sed canones hoꝝ facta damnant. ex̄ de schis. c. j. Octauianus etiā contra papam Alexandrū schisma mouit/ et fouit. vt legitur et no. ex̄ de elec. quia. Reprobus etiam Ualdemarus schismaticus fuit. ex̄ de sacra. nō iterā. c. a nobis. ¶ Fredericus etiā auus. iij. Frederici depositi ab Inno. iiij. cōtra Innoc. iij.

Schismatici et heretici differentia.

Schismaticorum supplicia.

Aliquorum schismaticorum nomina.

schisma mouit. Et Otho impator similiter. quē tm̄ Inno. idē excōicauit. Fredericus. iij. contra Grego. ix. schisma fecit. et tādē per Inno. iiij. deposit⁹ fuit in cōcilio Lugdun. ex̄ de reg. iur. ad ap̄lice. lib. vj. Philippus de bauaria dux quōdā gerēs se p imperatore cōtra Joannē xxij. dictum. Jacobus de carbureo schisma fecit: ⁊ Petrū de Corbaria pseudo fratrē minorē inthronizauit Rome in sede beati Petri. qui tandē Petrus/ qui Nicolaū. v. fecerat se vocari: ad veniā predicti dn̄i Joānis pape venit in Auinione: resignās de facto quicq̄d de facto obtinuerat in suo papatu: ⁊ schisma abiurās. de hoc scripsi. s. in. xxxvij. ar. ver. contra aūt. ⁊. xxxix. ar. ver. pōt. Deberet igit̄ quilibet schismaticus timere et aiaduertere/ ꝙ licet aliq̄n nauicula Petri fluctuet: submergi tm̄ nō pōt. xxiiij. q. j. nō turbatur. Schismatici em̄ semp inter initia feruēt: incremēta vero habere nō pn̄t. vij. q. j. nouatian⁹. ⁊ no. i. xxxix. ar. s. ¶ B Quid iuris de ordinationibus factis a schismaticis: sic est dicendū: ꝙ carēt executione taliter ordinati: ⁊ bn̄ficia eis collata vacāt: q: nō tenet collatio. de hoc. ix. q. j. ordinationes. et. c. a nobis. vbi de hoc no. ⁊ ex̄ de schis. c. j. Alienationes etiā rerū ecclesiasticarum ab eisdē facte/ irrite sunt. xij. q. ij. alienationes. ⁊. c. si qua de rebus. Nec em̄ talis prelat⁹ regere potest. Ideo tpe talis prelati ecclesia d: vacare. ex̄ de prescrip. c. j. si quis cōtra hoc venit: ordinationib⁹ vel alienationib⁹ innitēs/ excōicatus est: et ij qui de tenēdo schismate spōte sacramentū prebuerūt: sacris ordinibus ⁊ dignitatibus suspēsi manēt. ex̄ de schis. c. j. ¶ Nedū aūt ordinatiōes a schismaticis irrite sunt facte: inmo etsi ab excōmunicatis vel ab ijs qui renūtiauerūt epatui: ij tamē oēs characterē recipiūt: sicut etsi ab hereticis ordinati forent: dūmodo ordines in forma ecclesie cōferantur. vt. j. q. j. §. opponitur. ver. q̄uis. ⁊. c. ꝙ quidā. xxiiij. q. j. §. his authoritatib⁹. Et hoc siue sciēter siue ignorāter quis recepit. Pro tāto igit̄ dicūtur irrite/ q: executione carēt. vt prealle. c. ꝙ quidā. Et de hoc. ix. q. j. c. ij. ⁊. iij. ex̄ de eo qui renū. epa. c. ij. et. j. q. j. dn̄s declarauit. ⁊ p Inno. ex̄ de schis. c. j. ¶ Potest aūt eps dispēsare cū illis qui ignorāter nō crassa ignorantia ordines ⁊ bn̄ficia a schismaticis receperūt. l. dist. vt constitueret̄. et no. ex̄ de iudi. at si clerici. in glos. magna. Sec⁹ si sciēter fm̄ Osti. et hoc ꝓbatur ex̄ de ordi. ab epi. c. ij. In epatu aūt semp papa dispēsat: siue sciēter siue ignoranter quis recepit. ex̄ de elec. quia. Sed mirū videt̄ quō ordinatus a schismatico recipiat characterē. Nā depositus nō videt̄ ꝙ dare possit qd̄ nō habet. Quō ergo dabit schismaticus hereticus vel excōicatus characterē contra iura illa: j. q. vij. daibertū. ex̄ de iur. patro. ꝙ aūt. ex̄ de cōsue. quanto. in fi. ff. de offi. ꝓcō. l. iiij. Respondeo quātūcūq̄ deponat̄ vel excōicetur/ vel etiā renūtiet dignitati ⁊ ordini: characteri tm̄ ordinis ep̄alis semel impresso renūtiare non pōt. arg. ff. de offi. presi. legatus. et de pac. ius agnationis. C. de pa. po. abdicatio. de cōse. dist. iiij. ostēditur. ⁊. c. quomodo. ibi. et dn̄icū characterē foris accipiebat. c. nullus autē. ⁊. c. nō in vobis. j. q. j. ꝙ quidā. xxxij. q. vij. licite. ex̄ de diuor. quanto. §. si vero. ibi. Quia sacramentū fidei qd̄ semel est admissum/ nūq̄ amittit̄. ⁊. xxiij. q. iiij. displicet. ibi. Characterē dn̄icū portatis in sacramēto qd̄ accepistis. Et loquit̄ ibi Augu. ad Donatū hereticū. ⁊. xxiij. q. vij. quēadmodū. ibi. Respōdeo q: nō facio iniuriā characteri imperatoris: quum errorē corrigo desertoris. ¶ Et ideo cū illo charactere semp remanēt aliquę reliquie ordinis. sicut dicit̄ de illo qui cedit actiones. ff. de pecu. quis ergo. et. ff. p socio. l. ij. et. iij. C. de noua. l. iij. Hec em̄ incorporalia talis nature sunt: ꝙ pn̄t in aliū trāsferri: et nihilomin⁹ retineri: sicut doctor trāsfert scientiā in scholasticū: et eā nihilomin⁹ retinet. Unde nō dat talis ordinans qd̄ nō habet. s. characterem: nō tm̄ efficacem trāsfert: q: nec efficacē habet: et ideo quoad executionē necessaria est dispēsatio. ex̄ de schis. c. ij. q: nudus character trāsfertur: sed per dispensationē calorē sumit: et viuificatur: et sic electio nuda vestit̄ per publicationē. ex̄ de elec. publicato. Iste enim character sp̄ualis

An valida sint q̄ schismatici sanciuere.

Character spiritualis.

est et inuisibilis: et inuisibiliter a sp̄usancto confertur per impositionē manuū factā iuxta ritū ab ap̄lis introductū/ scȝ Petro: Jacobo: Joāne: q̄n miserunt Paulū ⁊ Barnabam ad predicādū. Act. xiij. lxv. dist. porro. lxxv. dist. quod die. ex̄ de sacra vnc. c. j. §. j. ⁊ de sacra. nō ite. c. vlti. ⁊ de bap. maiores. §. itē queritur. et. §. vlti. ⁊. c. debitū. ¶ C Est et alius character corporeus et visibilis. s. coctura ferri cādētis/ que furū faciei imprimitur. ex̄ ne cleri. vel mona. sentētiam. de cri. fal. ad audientiā. ¶ Est et alius character corporeus: qui ⁊ stigma vocat̄: qui fabricēsibus imprimebat̄. Est autē fabricensis/ qui publica arma facit: et in publicis fabricis/ ⁊ nō alibi: et dat primicerio qui reponat in publicis armamentis. Et est stigma insigne quo eoꝝ brachia figurabātur: cui impressum nomē imperatoris erat. Uocat̄ etiā annotatio quidā alius character qui imprimit̄ manibus quorūdā qui vocātur hydrophylati. i. custodes aquarū: dicti ab hydor/ quod est aqua. et inde hydria/ vas quo aqua defertur. Jo. ij. et phylare qd̄ est seruare vel custodire. inde hydrophylati. ⁊ imprimebat̄ nomen imperatoris in eoꝝ manibus. de his. C. de fabricē. l. stigmata. lib. xj. C. de aqueductu. l. de criminibus. ad fi. ⁊ legit̄ ⁊ no. ex̄ de sentē. excō. si iudex. lib. vj. ⁊. xxxiij. q. ij. hoc ip̄m. Sed quum isti characteres corporei admissi semel/ nūq̄ amittātur: multominus sp̄ualis character impressus i aia deleri poterit. vt iurib⁹ preal. ⁊ ar. ex̄ de trāsla. inter corporalia. j. rn̄. Per predicta patet ꝙ schismaticus ecclesiastica sacramēta cōfert. Unde hec sit fides tua/ ꝙ heretici/ ⁊ schismatici/ excōmunicati/ simoniaci in ordine/ depositi/ suspēsi/ vel interdicti/ vera cōferunt sacramēta: et verū corpus christi conficiūt: dūmodo in forma ecclesie conferant. xix. dist. serui. j. q. j. dn̄s declarauit. et. c. ꝙ quidā. de conse. dist. iiij. quomodo. ⁊. c. ostēditur. c. nullus aūt. c. ab antiqua. c. ecclesia. c. satis. c. siue hereticus. ¶ Ceterū si in ijs forma ecclesie non seruetur: nihil agit̄: q: extra ecclesiā. i. extra formā ecclesie nō est locus veri sacrificij. j. q. j. extra catholicā. de cōse. dis. iiij. hi vero heretici. ⁊. c. si reuera. Et tales ordinatiōes seruantium formā ecclesie irrite esse dicūtur quoad executionē: sed rate quoad characterē. vt. j. q. j. si qui a simoniacis. et ex̄ de schis. c. j. vt etiā. s. dixi. et. j. q. j. qui perfectionē. et. c. ventū. ⁊. c. sacramēta. c. sicut ficti. c. nōne est. xxiiij. q. j. audiuimus. et de hoc p Osti. in summa. ex̄ de tēpo. ordi. §. et a quo. ¶ Itē sciendum ꝙ licet schismatici cuȝ vestimentis sacerdotalibus benedictis ⁊ in altaribus cōsecratis celebrauerint: nō ꝓpter hoc erit bn̄dictio vel cōsecratio iterāda. ex̄ de sacra. nō iteran. c. ij. ¶ Itē notandum ꝙ ecclesia schismatica ex quo cōuersa est ⁊ recōciliata: oia iura sua recuperare debet. s. de elec. q: diligētia. et ex̄ de maio. ⁊ obe. inter quatuor. in fine. xv. q. vj. iuratos. ⁊. c. nos sanctorum. ¶ Schismaticus aūt volēs redire ad vnitatē ecclesie/ admittit̄: sed ad mandatū epi satisfacere tenet̄: et debet recipi cū man⁹ impositione: vt accipiat sp̄m sctm̄: qui extra ecclesiā nō est nec dari pōt. xxiiij. q. j. didicim⁹. ⁊. c. pudēda. et c. schisma. de cōse. dist. iiij. hi de quibus. ⁊. c. ab antiqua.

Character corporeus.

Ceterū oēs schismatici/ vt dictū est/ ecclesiā dei diuidūt: in partē se dāt: ⁊ ab ecclesia vnica ⁊ catholica recedunt. xxiij. q. iiij. si q̄s a catholica. xxiiij. q. j. aduocauit. Contra sanctā dei ecclesiā faciūt cōuenticula: que nō concilia sed cōciliabula sunt appellāda. xxiiij. q. iij. clericus. Tunicam dn̄i incōsutilem quā milites Pilati nō fuerunt ausi scindere: scindūt. xvj. q. vij. sicut. xxiiij. q. j. qm̄. Uestem nuptialem que est vnitas et charitas non habēt. Mat. xxij. Unde super illo verbo non vestitū veste nuptiali. Orige. Quid autem debemus intelligere per nuptialē vestē: nisi charitatem: quia hanc in se dn̄s habuit: quum ad sociāde ecclesie nuptias venit. Intrat ergo ad nuptias: sȝ sine veste nuptiali: qui in ecclesia fidem habet: sed charitatē non habet: quā schismaticus habere non pōt: q: spiritū sanctū non habet: qui charitas est. xxiiij. q. j. §. si autē. induti sunt schismatici sacco scisso et sordido non contexto ⁊ mundo:

q: separati ab ecclesia vna ⁊ mūda nō habente maculam
neq; rugam.xxxij.q.iiij.recurrat. Nō cōicant cū columba
q: cū ea pacem nō habent.j.q.j.remissionem. Extra hor-
tum cōclusum spinas colligunt.xxiiij.q.j.oibus. Extra ar
cam naufragio pereunt.xxiiij.q.j.qm. Extra domū agnū
nō comedūt.Exo.xij.ad finē.xxiiij.q.j.q:. Nō sunt filij spō
se christi. Jo.iij.q: ab vna sponsa ei9 legitima eccl'ia sc3/ se
secernūt.xxxvj.di.acutius. Nō est cū eis spūssctūs: q: non
sunt cōgregati in vnū locū catholicū. Jo.xx.xxiiij.q.j.§.ei
aūt.sed aduersus dñm iesum christū caput eccl'ie.ex̄ de sa
cra vnc.c.j. ⁊ aduersus christū ei9.i.vicariū suū in terris.
ex̄ de elec. vbi.li.vj. Schismatici fures ⁊ latrones sunt.vij.
q.j.nouatianus.⁊.c.nō furem. Tales prelati nō intrant p
ostiū. Lupi rapaces sunt. Oues dispergūt ⁊ occidūt. Jo.
x.xxiij.q.iiij.tres psonas. Oues aliene tales sequunt̄. Er-
rant post eos in montib9 Gelboe.ij.Re.j. Gelboe decur-
sus interpretatur: q: schismatici extra ecclesiā decurrunt.
Oues legitime nō recedūt ab ouili.i.ecclesia vna: q: vn9
pastor ⁊ vnū ouile. Jo.x.ex̄ de bap.licet. Norunt voce3 pa
storis.ipm sequunt̄. Jo.x.xxiij.q.iiij.tres. In vnū se colli-
gunt: q: nō se diuidūt: sed dicūt/ stem9 simul. Esa.l.xliij.di.
sit rector.ver. hinc in exodo. Pastoris baculo in canibus
predicatorib9/ vt pre.c.sit rector. latrantib9 predicantib9/
cōtra lupū diabolū.vij.q.j.§.hic aūt.fiducialiter se cōmit-
tunt.v.q.v.nō ois.in fi. Inuente oues ex̄ mandriā ⁊ custo
diam opilionis sanguinolēte ⁊ dilacerate ⁊ interfecte in
montibus sunt repte: q: lupus vorax diabolus eas cruen
tauit: q: prim9 schismaticus qui ecclesiā psequit̄ ⁊ spūali-
ter occidit: lucifer est: qui ⁊ draco dicit̄: qui tertiam partē
stellarū angelorū cauda traxit. Apocal'.xij. ¶ E Inter
alios principales schismaticos fuit dictus Bauarus in-
trusus in imperio: ⁊ caput schismaticorꝫ tam seculariū ꝙ
clericorꝫ ꝙ religiosorꝫ. qui tpe meo/ sicut dixi in principio
istius opis/ cū romanis dñm papā Joan.xxij.de facto de-
posuit: ⁊ Petrū sepe dictū de coruaria sibi in sede Petri
substituit. vere ventus frigidus aquilonis absq; haustro.
Cāti.vj.i.calore spūssancti: qui ausus fuit mittere manū
in christū dñi papā sc3. otra illud.ij.q.vij.§.de his. Nā etsi
dñs papa Joan. a dño esset reprobatus vt Saul (quod
absit) nunꝙ tñ manū depositionis potuit mittere in chri
stū dñi vicariū sc3 christi papā predictus Bauarus: vt ple
ne probaui in prin.istius operis.xxxvij.ar.ver. cōtra aūt.
Quis em̄ delirus ⁊ infidelis amplius crederet dicto ba-
uaro schismatico seculi quodāmodo: ꝙ dño pape Joan.
predicto ipm cōdemnanti cū eccl'ie catholice cōsilio ⁊ as-
sensu? Sed esto ꝙ a papa (qd̄ nō est verisimile in suo iure
si qd̄ bauar9 haberet) grauaret̄: nūquid ꝓpterea schisma
cōtra papā ⁊ eccl'am debuit cōcitare: ⁊ antipseudopapā
aliū subrogare? Quis dubitat quin hoc bauarus fecerit
indignatus ⁊ cōtra suū dñm recalcitrans ⁊ vindictā fa-
ciens? Nūquid q: papa Joā.negauit ei iustissime vel (qd̄
absit) iniuste qd̄ petebat: hereticus factus est: sicut eū ba-
uarus infidelis appellat? Quis tantā iniquitatē ⁊ infide
¶ G Dic mihi ⁊ respōdeas mihi. Vbi sunt brachia tua: quatuor sedes patriarchales: quaꝝ caput romana est: xxij.dist.renouātes.ex de primi.antiqua. Quis te colit in oriēte vbi sol oritur: xxiiij.q.j.qm.maior pars tenet a Tartaris idololatris. Alia a Saracenis machometanis. Reliqua ab hereticis ⁊ schismaticis. Quis de aphrica hodie reuerentiā tibi facit: Machometus ꝑfidus ⁊ magus habitat ibi: nō christi fides. Vbi est Grecia plantula tua: reuersa fuit: sed et nūc peruersa facta. ex de bap. licet. Vbi Armenia maior discipula ⁊ filia tua ⁊ pedissequa tua: Nestorius cū suis duplicē in christo ꝑsonā asserens.xcv.di.c.j. Vbi tertia: vbi ⁊ quarta: ⁊c. sicut ibi regnat nō christi vicarius. Vbi est terra sancta: terra promissionis: quā christus suis pedibus consecrauit: lōge est a fide sancta. Soldan⁹ Machometi cultor ibi habitat. Ibi nomē dei blasphematur: facta est hierusalē cū tota ista terra que erat dña gentiū post passionē christi sub tributo Soldani. Threñ.j. Sz et illi christiani qui ibi conueniūt tributarij: vt Greci: Armeni: et Vbiani: schismatici et heretici sunt: ⁊ apostatauerunt a te: quia apostatasti a vita mea. Sed quid de occidēte/vbi caput habes: ⁊ hodie habitas: remanet tibi: vnam partē cultores Machometi obtinēt: reliquā schismatici ⁊ heretici: alteram rebelles cui falsi christiani numero non re/fide nō vita/quasi residuū vendicauerūt. Vere vix hodie habeo christus caput tuū/vbi caput meū sacrosanctū in fide pura que per dilectionē operat. de peni. dist.ij. firmum.⁊.c.circūcisio.reclinem. Mat.viij. Luc.ix. Hoc fecit maxime auaritia ⁊ supbia illoꝝ qui presuntvite: ⁊ occidūt te filij tui ⁊ patres tui.lxviij.dist.quoꝝ. Ipsi ⁊ inimici tui ⁊ persecutores tui. Vñ et doctor tuus minis bene te terrēs et pungens/dicebat. Qui aias regere susceperunt: christi opprobria/sputa/flagella/clauos/lanceā/et mortem/hec oia in fornace auaritie conflāt: ⁊ profligāt in acquisitione turpis questus. Et idem. Heu dñe deus: q: ipsi sunt in psecutione tua primi: qui videnē in ecclesia tua primatū dilligere: ⁊ regere principatū. ad hec.xxiij.q.iij.trāsferunt.

Auaritia ⁊ superbia ecclesie plurimus detrimentose.

In paruo angulo occidētis vix pure coleris pauper: ⁊ tamen diuitem te vocas. Auxisti aurū: minorasti gētem: implesti bursam: defalcasti latriā: cōgregasti equos ⁊ arma: ⁊ occidisti filios: cogitasti stolide ꝑ pecunias ⁊ potentiā carnis mūdū tibi subijcere: nō lachrymis ⁊ oratione/que sunt arma tua.xxiij.q.viij.cōuenior. ⁊ continētia/que est cingulū lumboꝝ tuoꝝ. et iustitia/que est lorica tua. et exēplis sanctoꝝ/que sunt calciamēta tua. et fide/que est scutū tuū. et spe/que est galea tua. et verbo meo/qđ est gladius tuus. Ephe.vj.

Arma ecclesiastica.

Sed ꝑpter eas ipse te mūdus cōculcat: q: minus danā te aspicit. Remansit tibi solū armatura gladij verbi mei: sed ipso teipsam cōfodis: q: dicis/⁊ non facis: pharisea quodāmodo effecta. j.q.j.nō quales.xl.di.multi. Predicatio tua cōtēnitur: q: vita tua despicitur. iij.q.vij.§.idē testatur. Quomodo em̄ presides ⁊ ꝑdicatores tui de medio tui auferre malū poterūt: q̄ in delictū simile corruūt: Aut qualiter a te corripere peccantē poterūt: quum taciti ipsi sibi respondeāt eadē se admisisse que corripiunt: xxv. dist.primū. Quō oratores esse poterūt castitatis: immūdicie patratores: xxvj.dist.vna.j.q.j.ꝓpheta.xlix.dis.c.vlt. Sed et necesse est vt mūda sit manus/que diluere sordes curat: ne tacta quecq; deterius inquinet: si sordida sequēs lutū tenet.j.q.j.necesse.xlvij.dis.§.necesse. Quō ſm Amb. clerici ⁊ religiosi pñt in predicationibus ⁊ alibi laicos arguere: quum ipsis negligētiores/vtinā nō celebratiores/existāt: viij.q.j.quid aūt ego. Sed dicēdum ibi cum Amb. Ego aūt fratres nō de oībus loquor. sunt certe quidā deuoti: sunt ⁊ alij negligētes. ego neminē nomino. conscientia sua vnūquēq; coueniat. Prelati tui lapidādi/alios lapidāt.iij.q.vij.qui sine. Agūt illa que in alijs iudicant punienda.iij.q.vij. iudicet. In grauib⁹ peccatis positi/aliena nituntur diluere. ea. causa ⁊.q.in grauibus. Roma.ij. In quo aliū iudicas/teipsum cōdēnas: eadē em̄ agis que iudicas. Vnde ⁊ Exo.xxxij. Aaron ait ad Moysen. Aurum dederunt mihi ⁊ proieci in ignem: ⁊ egressus est vitulus. vbi dicit expositor. Audi sacerdos q: aurū tibi datum est: nō enim ex tuo thesauro habes illud: vel patrimonio/vel labore: sz oblatione fideliū. Sz acceptū aurū in ignē mittere/est in ipsius ꝯcupiscentiā corda hoīm inflāmare. Inde vitulus terre cultor sic colitur. Inde studiū hoc ⁊ cura vehemētius terrena colēdi ⁊ immoderatius incumbendi hmōi lucris: nā etsi magna de cōtēptu mūdi dicant: plus tñ attēdāt hoies quid agatur. hucusq; expositor. In modico angulo occidētis vix coleris: et tñ diuitē te vocas. vt dixi tibi.s.eo.ver.in paruo. quum etiā in iurisdictione terre minorata sis. Quā longe iādiu vie tue a vijs meis fuerūt: Esa.lv. In ligno ⁊ a ligno: vt legisti i ps. regnaui. vbi Augu. doctor tuus. De cruce sua in qua fixus erat diabolum occidit: ⁊ inde rex noster est in pauꝑtate ⁊ humilitate et cruce. Meū imperiū dilataui: et tu semitis ꝯtrijs meos labores cassasti: possessione me filioꝝ meoꝝ ⁊ tuoꝝ ꝑ maiori parte priuasti: ⁊ fidē meā ⁊ tuā quasi ad nihilū reduxisti: et in fabulā ⁊ derisum eam apud exteros conduxisti: et apud laicos ꝑpter malū exinde datū graue scādalum posuisti: dicētes. Vbi est deus clericoꝝ sic viuentiū: Quia qđ agit a prelatis/facile trahitur a subditis in exēplū: ⁊ si sacerdos qui vnctus est/peccauerit: faciet delinquere populum. Leuit.iiij. ex de vo. et vo. re. magne. §. preterea. Et cōponitur

ponitur orbis ad regis exemplum. Et ſm iudicem populi sic ⁊ ministri ei⁹: Et qualis est rector ciuitatis/tales ⁊ inhabitantes in ea. Eccli.x. Sed expecta paulisper: quia tu syon ecclesia speculatiua renouaberis. Ephe.iiij.ij. Coꝛ.iiij. Ad pugnandū contra bestiam: non armis carnalibus ⁊ coronis aureis: non equitibus ⁊ militibus: sed paupertate apostolica ⁊ humilitate.

Fratres minores in Antichristum dimicaturi.

¶ H Nam rursus quiscōtra illum. Antichristū presumptuosum ⁊ elatū/qui extollitur supra omne quod dicit deus/aut colitur: ⁊ qui sedebit in tēplo ostendens se tanq̄ ipe sit de⁹. ij.Thes.ij. Dan. ix. pugnare posset precipue: nisi tuū germen apostolicum fratrū minorū humiliū ⁊ pauperum: quorū professio vltima humilitas et paupertas est: Qui in quā principaliter pugnare possent contra crucis ꝑuersissimū inimicū Antichristum: nisi filij patris cruciferi ⁊ cruce signati intus et extra almi Francisci: propter qđ in principio cōuersionis sue ego ostēdi sibi palatiū armis militarib⁹ crucis signaculo insignitis: dixiq; ⁊ sibi fore illa arma sua: ⁊ militum suorum. Dimicabit ergo humilitas contra superbiam. de peni.di.ij.c.j.⁊.iij.di.sic achab. Corruet Golias q̄ robust⁹ interpretat coram humili Dauid. j.Reg.xvij. Angelus ascendens ab ortu solis signū dei viui hñs. ad literā Apoc. vij. Franciscus pugnans cū filijs suis pro ecclesia/psternet Sēnacherib. Esa.xxxvij. Humiliabit Pharao coram Moyse. Exo.xiiij. Funicul⁹ pauperis ligabit gigantem lux humilis cognoscet bestiam antichristū. Apoca.xiij. De quo supra in principio isti⁹. §. transfiguratā/q: humili pādetur mysteriū antichristi. Luce.x. Mat.xj.ibi. Reuelasti ea paruulis. Aug. de verbis dñi. Nomine sapientū ⁊ prudentum superbos intellige: quod ipse exposuit/quū ait. Reuelasti ea paruulis. qđ enim nō subest paruulis vt humilibus. Item Grego.xxvij.mora. Q enim nō subiunxit Reuelasti ea stultis: sed paruulis: tumorē se dānasse innotuit: nō acumen. Itē ibi Hilarius. Celestiū ergo verborū arcana atq; virtutes sapiētibus abscondunt: ⁊ paruulis reuelantur: paruulis malicia nō sensu. j.Coꝛ.xiiij. sapientibus vero/nō stulticie sue presumptione: non prudentia carnis. Alij obtenebrati a propria superbia (q: ſm Augu. tumor claudit oculos) nō cognoscēt eū: et adorabunt eū. Sponsa christi mater ecclesia victoriosa tandē in humilitate ⁊ paupertate quiescet: ⁊ finiet dies suos: q: quies in vera paupertate est. Vñ Hiero. Diuitias habuisti: requiem perdidisti/dū vigilas: augmentum diuitiarum cogitas: duz dormis: latronē somnias: in die solicitus/in nocte pauidus: et sic semper mendicus.

Pugnādi ſm bello modus.

¶ I Nos ergo in hoc bello durissimo ⁊ obscurissimo/vbi iā querit/vbi est christus Mat.xxv. certem⁹ viriliter ⁊ tamdiu capiti nostro lapidem supponam⁹ cum Jacob Geñ.xxviij. angularem. ps.xvij.j. Pet.ij. christū Jesum. cuius precipue character humilitas paupertas ⁊ charitas est. Et cum eodē Jacob glacie ⁊ gelu/nocte ⁊ die affligamur ⁊ estu. Geñ.xxxj. Et cum eo sim⁹ simplices: ⁊ in paupertatis ⁊ q̄etis ⁊ cōtemplationis tabernaculis habitem⁹. Geñ.xxv. Et frugales sim⁹ cū eo de rufa lenticula nō curātes. Geñ.xxv. xlj.di.c. j.vt ibi. Et circūueniem⁹ cū eo Esau dictum Edom. i. sanguineum germanū nostrum. pre.c.xxv. Carnem nostram sanguine immūdicie defluentē. Et Laban. Geñ.xxx. qui candidus interpretat. i. mundū: qui exterius cādidus apparet ⁊ speciosus. Sed dicit Prouer.vlti. Fallax est gratia. i. amicitia mundi: q: non est nisi proditio. quoniā sicut iudas/tradit in mortē quecūq; osculat osculo dignitatis ⁊ ꝓsperitatis. Et vana est pulchritudo scz mūdi q: scz cito euanescit ⁊ deficit vt fum⁹. Et Emor. Geñ.xxxiiij. q̄ interpretatur amaricans. i. diabolū amaricantem. i. peccatoribus amaritudinem pene ⁊ cōscientie inducentē. Vnde de egyptijs legit Exo.j. ꝙ amaritudine perducebant vitam filiorū israel operibus duris luti ⁊ lateris. Insuper tamdiu luctemur cum angelo magni consilij christo domino cum eodem Jacob. Geñ.xxxij. Esa.ix. precibus ⁊ fletibus ne deseramur ab eo. Vnde et super Esa.xlix. dicit glossa. Quia Jacob precibus pugnauit cum angelo: non manibus. Volebat em̄ angelus qui custodiebat eū in peregrinatione recedere/sz ipse detinuit eū ꝑ orationē. Vñ Osee xij. Inualuit contra angelum: ⁊ confortatus est. Fleuit ⁊ rogauit. his brachijs duobus/scz fletibus ⁊ precibus debemus cum domino luctari donec emarcescat/vt iacob femur nostre carnalitatis: ⁊ benedicat nobis. Mar.vlti. j.q.j.dominus. Et mutet nobis nomen Jacob supplantātis vitia/in nomen israel contemplatiui effecti celestium gaudiorum. Geñ.xxxij. Cōtemplemur etiam statum presentis ecclesie/⁊ q̄ sunt in ea: ⁊ que oportet fieri cito ꝑ angelum suum signatum Franciscum/habentem in manu euangeliū eternū: in ecclesia sancta dei ⁊ ordine suo prostratis: quam iussu dei doctrina fidelissima vita mundissima innouabit et renouabit: ⁊ se ergo tau T significabit Eze.ix. ⁊ armabit se ad pugnandum ⁊ expugnandū draconem magnū sathanā. Apocal.xx. flāmas igneas auaritie/zenodoxie/inuidie/⁊ immunditie in christi ecclesiam euomentem: ⁊ de abysso: idest populo infideli antichristū ascendentem. Apocal.xj. primā bestiam: ⁊ aliam bestiam ecclesiam infidelem que erit corpus eius/sequentē. Apocal.xiij. cuius caput ipse homo peccati. ij. Thessal.ij. erit: quam dñs illius in pugna illa interficiet spiritu oris sui. ij. Thes.ij. spiritu apostolico/a spiritu scto infuso: ex quo spiritu omnis virtus aploꝝ ⁊ virorum apostolicoꝝ/maxime fratrum minorū verorum nō fictorum: quia spiritus sanctus effugiet fictos. Sap.j. Deinde regnatura est sancta sponsa/vxore traducta/ecclesia renouata per secula infinita. Apocal.xix. Qua generali renouatione/nec puto longe existente/quia iam in mūdo videtur esse omnis malitia ⁊ immunditia consummata: quilibet se renouet in spiritu mentis sue. Ephe.iiij. ⁊ induat nouū hominem Ephe.iiij. qui ſm christum creatus est: vt quū venerit dominus ⁊ pulsauerit ianuam: confestim aperiat ei. Luc.xij. vbi Greg. in homil. Venit quippe dñs quum ad iudiciū properat: pulsat vero: quum iam per egritudinis molestias esse mortem vicinam denuntiat: cui confestim aperimus: si hunc cum amore suscipimus: ⁊ dicamus ei/Cupio dissolui: ⁊ esse tecum. ad Philip.j.c. Et te facie ad faciem nosse: ⁊ loqui tecum sicut amicus amico suo. Exo.xxxviij. j.Coꝛ.xiij. Etiam scire secreta tua ineffabilia: que omnia mihi nota facies: que nō licet homini loqui. ij.Corin.xij. Etiam edere in mensa tua pingui. Luc.xxij. vbi Amb. Nō victus ⁊ potus presentium loco spondetur: sed cōmunicatio glorie celestis. Vel ſm Bedam/mensa proposita ad fruendū omnib⁹ sanctis/celestis est gloria in qua te esuriunt ⁊ sitiunt iustitiam: ⁊ saturabuntur fruendo desiderio boni veri. Et bibere de cella tua vinaria. Cañ.j. Et recumbere supra pectus tuū. Joan.xiij. vbi Beda. Quod autem in sinu ⁊ supra pectus recubuit: nō solum fuit presentis amoris indiciū: sed etiam future rei signū. ꝙ scz inde vocem sumeret: quam postmodū cunctis seculis inauditam/scz In principio erat verbum. Joan.j. emitteret. Item ibi Aug. Per sinū em̄ quid aliud signatur: ꝙ secretum: hic est vtriq; pectoris sinus sapientie secretū. Et edere: ⁊ sitire. Joan.iiij.⁊.viij. ⁊ sumere de mero ⁊ musto: in quo non. Ephes.v. ex de iureiuran. ⁊ si christus. est luxuria. Actu.ij. Et accumbere in cubili tuo. Luc.xj. vbi cubas in meridie. Cant.j. ⁊ dormire somno suauissimo tecum: ⁊ requiescere. Mar.xiiij. Et recipere a te transeunte corā me ministrationem tuam. Luce.xij. Grego. in homil. Dominus coram nobis post iudicium transit: qui ab humanitatis forma in diuinitatis sue cōtemplationem nos eleuat. Et pasci in montibus tuis vberrimis et viridibus. Ezech.xxxiiij. Et cōmunicare tecum omnia bona ineffabilia. Luce.xv. Et ingredi ⁊ exire ad te: ⁊ pascua inuenire. Joan.x. Theoph. Que sunt autem hec pascua: nisi delectatio futura ⁊ requies: in quam nos dominus introducit: Et frui te: ⁊ absq; intercapedine tenere te: ⁊ intrinsecari in te: ⁊ intrare in te: ⁊ esse totus in te: ⁊ deificari in te;

Universidad de Deusto Biblioteca

τ regnare in te. Matth.vi. Cyprianus. Nostruз regnum petimus aduenire ab eo nobis repromissuз / τ christi sanguine acquisitū: vt qui in seculo ante seruiuim⁹: postmodum christo regnante regnemus. ¶ Item Aug. ad Probam. Regnum nāq; dei veniet siue velimus siue nolim⁹: sed desideriū nostrū ad illud excitamus: vt nobis veniat: atq; in eo regnemus. Et preterita τ presentia / q: futurū deficiet / cōtemplari in te: τ purissime τ syncerissime amare me propter te: τ te plus q̄ me: q: nō diligam me ꝑpter me: sed propter te: q: totus ero vnione gratie in te: τ tu in me: quantū pōt capere creatura. Quia etsi facie ad faciē videbo te. j. ad Cor.xiij. τ similis tibi ero: τ videbo te sicut es. j. Joā.iij. Nō tamen immensitatem tuā inuisibilem videre potero: q: finitus suз: q: creatura sum: nō creator. Unde etsi facie ad faciē videbo te sine aliquo medio pleno τ pfecto modo: nō tamen ſm illam plenitudinem: ſm quā tu vides te infinite infinitū: nam essentia tua infinita a nullo plene videbit: licet plene τ pfecte cognoscetur. Et tunc ero nō quidem essentialiter deus: sed nūcupatiue τ vnitiue: q: dixisti in ps̄.lxxxj. Ego dixi dij estis. Et Joan.x. Nam τ factus es homo ſm Aug. vt fierem deus in te deo: q: qui adheret tibi: vnus spiritus est tecū: vnione gratie / nō nature. j. ad Cor.vj. ex̄ de sum.tri.c.ij.§.verum. de con.dist.ij. in christo. Et tunc quicquid vis / volā: τ adimplebitur in me volūtas tua: nihil em̄ impurū erit in me q: purissimus ero in te: nullum meū desiderium erit nisi in te: q: desiderasti me. quid em̄ desiderare possem extra te qui ero totus in te: τ desideriū tuū in me: qui es desiderium collium eternoꝝ. Geñ.xlix. Et qui es desideriū animarū. ps̄.xlj. Sed quid est verum desideriū: nisi desiderare τ habere te: qui es om̄e bonū: Exo.xxxiij. τ in quē desiderant angeli prospicere. j. Pe.j. Anima mea imago tua. Gene.j. xxxiij.q.v. hec imago. refigurabit te. tota erit deiformis in te: q: reparata est in te / τ per te oēs partes eius fruentur te. ratio eius cognoscet te verissime: q: in te lumine / de patris lumine / i symbolo credo. certissime τ plenissime cognoscet te deum suū. memoria eius tenebit te. nec dimittet te. nec pdet te. Cañ.iij. nec cadet a te voluntas eius / amabit te / gultabit te / potabit te / satiabit̄ in te. τ vltra Apoc.vij. Nō esuriet nisi te / satiata de te / τ repleta te: sed τ caro mea et cor meū exultabit in te deo viuo. ps̄.lxxxiij. Non erit in carne mea languor nature: qui dicitur lex cōcupiscentie. de con.dist.iiij.c. nō ex quo. Et lex peccati. Ro.v.e.di.c.ij. Non dicetur vltra corpus peccati: nec corpus mortis: nec habebit legem contrariā spiritui suo. ad Rom.vij. xxxij.q.v. si paulus. τ pre.c.ij. Nec cupiet spiritus dissolui a corpore / τ esse cum christo. Phil.j. ex̄ de renun. nisi.§. porro. q: vtrūq; est cum te christo: τ q: facta est plenissima pax inter vtrumq; in te christo pace nostra. Eph.ij.c. fecit vtraq; vnū. vt dicant: Ecce q̄ bonū τ q̄ iocundū habitare fratres corpus τ animā in vnū. ps̄.cxxxij. τ.xij.q.j.c.j. spiritū τ carnem in vnū cōsensum visionem τ gustum cōcordissima vnitate videntes te: τ amantes te: indissolubili τ ꝑpetua charitate. Osee.xj. O patria beata. O beatissima trinitas consecrata. O sanctorum ciuium societas desiderata. O sanctoꝝ ecclesia christo spōso τ dño sempiternaliter copulata: τ cum ipo beatissimo beata. In te erit plenissime mea tota destitutio reformata: mea cōpago in tuo thalamo collocata: nuptiarū beatarum copula cōsummata. Apoc.xix. ¶ Cōfortemur igitur humiles christi serui in deo nostro fine nostro. satisfaciam⁹ sinterisi / superior pars rationis est nostre. succumbat coram ea totaliter sensualitas. ex̄ de sum.trini. fidei. Glossa Joan.an. de sen.fitā. in clemen. τ de here. ad nrm. §.ij. τ in glos. que est clemē. nostra possideat ratio regnuз nostrū. Purificemus intellectū τ affectum ad aspectum sponsi. Mat.v. Faciamus pacem nobiscum in diebus nostris. nō scandalizet̄ membro nostro: al's abscindatur / nō materiali gladio: sed rationis iudicio. Mat.xviij. Sensitiua nostra τ imaginatiua ante oculos nostre iaceat rationis: Ratio prospiciat intellectū. Intellectiua introeat in potentias dñi: vt sic affectione nostre potentie intellectuales ducant vitam angelicā sup terram: vt etiā in hoc tabernaculo sepe faciē dñi videam⁹ qui in celis est. Mat. xviij. de con.dist.ij. prima quidem. in fine.

¶ Articulus.lxviij. A

Dum autē superius lxv.ar. contra schismaticos late scripserim τ iurisdictionem generalem papalem dñi Jo.xxij. cuius tempore fuit schisma: fundauerim τ roborauerim declarando. Nūc cum stupore querendū est quō illi tot in Italia τ in Alemania se ab eius obedientia subtraxerunt: τ cum predicto Bauaro se pro imperatore gerente / τ Petro de corbaria predicto / Petri cathedrā viuente predicto papa Joanne legitimo vsurpante schisma fecerūt. ¶ Ad quod respōdeo q̄ quidam de predictis schismaticis affectati carnaliter / q: nō erant pedibus loti: q: ſm Aug. pedes anime affectus sunt. Jo. xiij. Quidā mundi concupiscentia τ lucris illecti. xj.q.iij. quatuor. Quidā indignati / τ ad iram prouocati. xj.q.iij. illa. τ.c. ira. τ.c. cum apud. Quidam timore seruili pculsi. xxiij.q.vj.§. ex his. Quidā crassa τ supina ignorātia occecati τ erronea. ex̄ de cle.exco. aplice. Quidā cauteriata cōscientia oppilati: dicētes se esse simplices: quum sint astutia diabolica repleti. xxiij.dis. in noie patris. Quidam sinteresina cōscientia infatuati. ex̄ de simo. per tuas.ij. Quidam (qđ scelestius est) fide corrupti: ter ab ipsius dñi pape Joan. obedientia recesserūt: paruipendentes sententias ei⁹: τ dictis Petro τ Bauaro adherentes: ligati em̄ amplius ligari nō formidant. xj.q.iij. excellentissim⁹. xij. q.ij. de viro. vt qui in sordibus est / sordescat adhuc. Apoc. vlti. xlvij.dist. quantūlibet. Peccatores em̄ quum in profundū maloꝝ venerint: cōtemnūt: ex̄ de iudi. cum non ab homine.§. fi. sequent̄ miseri tales patrem eoꝝ sathan diuidentem empyreā hierarchiam: cum quo nisi redierint / ad inferna descendent: qđ absit. de peni.dist.ij. si em̄. ad fi.
¶ B Sed nos cum sponso ecclesie dei vicario quicūq; fuerit bonus vel malus / immobiliter maneam⁹: quia in eius sede christus sedet: τ ei⁹ vicarius loco eius. ex̄ de trāsla. quanto. Qui superiorem iudicat / necesse est vt ab eo se diuidat: primo mente / deinde corpore: oēm em̄ diuisionem precedit cordis τ oris iudicium. Mater aūt iudicij priuari superbia est. Unde τ ſm Climacū doctorem grecum: Judicare est irreuerens rapina dei dignitatis. Preterea dicit dñs Luc.vj. Nolite iudicare. ¶ C Cōpatiamur ergo schismaticis: sed nō sequamur eos: nec supiores deseramus: maxime supremū papā scз iudicando / nec ab eo nos diuidendo. Nolo ponere os in celum. xj.distin. nunc aūt. nec bestia montem tangā. Exo.xix. Nō mittam manū in christū dñi: nec precidam per schisma oram chlamydis potestatз eius. chlamys em̄ potestas intelligitur. scissio schisma. ij. q.vij.§. his ita respondet̄. sub.§. de his. vbi ponitur historia libri Regum. j. xxiij. de hoc etiam. j. q.j. sacramenta. Nec cum Oza robusto. i. superbo arce inclinate. i. prelato criminoso / manus apponā ad erigendū idest corrigendum: ne a deo pcutiar. ij. Reg.vj. pre.§. his ita. Nō reprehendā seniorem meū / primū patrem senum omniū. j. ad Tim. v. ij.q.vij. paulus. Nō detegā cū Cham infrunito τ effronti verenda patris mei: sed cum filijs pudoratis cooperiā eū: ne videam verecundiā eius: τ nudū eum operiam ne maledicar. Geñ.ix. xcvj.di. in scripturis. Non persequar patrem meū cum Absalon: ne tribus sagittis inobedientie / ingratitudinis τ infidelitatis Joab qui interpretatur inimicus. i. diaboli inimici hois. Mat. xiij. confodiar. ij. Reguз.xviij. Non ero inobediens patri Heli: qui interpretat̄ deus meus. i. pape: qui stat loco dei. ex̄ de transla. inter. τ.c. quanto. ne bello interceam. i. in anima peream in hac vita que est militia super terram. Job vij. de peni.dist.ij. si em̄. historia. j. Reg.iiij. ex̄ de simo. licet

heli. xlvj.di.§. necesse. Nō ero de gnatione maledicenti pape τ matri ecclesie. Prouerb.xxx. ne morte moriar morte sempiterna. Leui.xx. Nō ero cōtumax imperio patris pape τ matris ecclesie: ne lapidib⁹ obruar populi demoniorum. Deut̄.xxj. Nō murmurabo cōtra Moysen qui tenuit typum pape regentis vniuersalem ecclesiā. de pe.disti.iij. inter hec. sicut ipse rexit israel. q: murmur cōtra papā maxime cōtra deum est: cuius ipse vicarius est. ad hoc Exo. xvj. Nec inquā murmurabo cōtra Moysen. i. papaз: q̄q; ducat ethiopissaз. i. deū offendat: ne lepra mortali suffundar. Num.xij. xxxiij.q.ij. hoc ipsum. ij.q.vij.§. de his. versi. his ita. l.di.§. ecōtra. Nolo absorberi a terra cū Datan et Abiron schismaticis. Num.xvj. j.q.j. si quis inquit. vij.q.j. denique. ex̄ de elec. licet. Nolo separari ab area vsq; ad vltimū ventilabrū: ne a coruis deuorer. ij.q.j. multi. ij.q.vij. nō ois. Nō exeat piscis de Petri sagena vsq; ad litus. Mat. xiij. xxvj.q.vij.c.j. Nō transmigramus in montez Gelboe: vbi nō est ros deuotionis: nec pluuia cōpunctionis τ plorationis. i. extra ecclesiā. ij. Reg.j. sicut passer impudicus. ps̄.x. Nō mutemus fidem in idolum: q: idolū nihil est. j. Cor.x. Nō simus corui extra arcam manentes: sed colūba / ad eam reuertentes. Geñ.viij. ex̄ de sacra vnc.c.j.§. penul. Simus in petri nauicula vsq; ad portum: nō nocebit nobis Judas ꝑditor: ibi nauigans / si nō fuerim⁹ ei similes. xxiij.q.j. nō turbat̄. j.q.iiij. homini. Nō separemur ab ouili quod est vnū. Jo.x. ex̄ de bap. licet. ne sicut ouis errabunda peream⁹. ps̄.cxviij. τ lupoꝝ esca fiamus. Moriamur in nidulo nostro. Job.xxix. τ cum turture ibi pullos nostros reponam⁹. ps̄.lxxxiij. cū lectulo nostro in infirmitate nostra eamus in domū nostrā / ecclesiā nostrā. Mat. ix. Non calefiet pullus nisi sub alis galline. Matth.xxiij. Nō resuscitatur lazarus a mortuis / pctō: a peccatis / que mortuum hoiem faciunt: a vita gratie. de pe.dist.j.§. hoc idez. ibi. resuscitatus: nisi in bethania ecclesia domo obedientie. Jo.xj. Nec extra eam vere τ ad salutem Martha ministrat: nec Maria cōtemplat̄. Luc.x. Arrius / Sabellius / Donatus / τ Macedo: et ceteri heretici de quibus xxiij.q.iij. quidam. ecclesiā diuidunt. Petrus vnit. xxiiij. q.j. loquitur. Non cōmunico Grecie: q: acephala est. xciij. dist. nulla. Nō Armenie: q: schismatica: quinpotius heretica est. Non orientalibus q: occidit eis sol. xxiiij.q.j. qm̄. Nō Guelfis τ Gebellinis italicis: q: eis sol i occasuз est.
¶ D Ecclesia nō habet partem. Ecclesia nō recipit diuisionem. pre.c. loquit̄. Uestita est ecclesia auro. ps̄. xliiij. Eructauit. Percutitur: sed dilatat̄. xj.q.j. futuram. in pn. Frangi nō potest nec rumpi. Igne tribulationis purgatur. de pe.dist.ij. si em̄ inquit. vltra tres colū. ver. sedet. ps̄. xvj. Igne me examinasti. Num.xxx. Omne quod potest transire per flammā: igne purgabit̄. j. Cor.iij. Un̄ Greg. Quisquis appetit plene vitia euitare: studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare: vt tanto post mūdior ad iudicem veniat / quanto nunc eius rubiginem ignis tribulatiōis purgat. ¶ E Impiū est τ infidele dicere pars ecclesie: sicut dicunt Guelfi: qui se dicūt de parte ecclesie. Donatus τ Arrius τ ceteri heretici partem faciūt. xxiij.q.vj. vides. Nam vnica sponsa christi. diuisionez vnitas nō capit. xxiiij.q.j. loquitur. τ.c. schisma. Unde qui de parte est / de ecclesia que vna est τ totum / nō est. In articulum fidei orthodoxe impingit / scз τ vnā sanctā catholicam ecclesiā / qui eam partialem facit. Quō potest corpus christi qđ est ecclesia / diuidi: xxiij.q.iij. pro membris. τ.q.v. de liguribus. Nec caput a corpore abscindēdū est. ex̄ de prescrip. cum nō liceat. nec membrū de corpore: al's exanime fieret: τ vita nō viueret. xxiij.q.vij. quēadmodū. in prin. ¶ Qui diuisit ecclesiā triumphantem / ille idem draco diuidit τ militantem. Apoc.xij. ibi. Et ecce draco q̄ vocatur diabolus τ sathanas qui seducit vniuersum orbem. vt.c.c. dicit̄. ibi. Et cauda eius trahebat tertiā partē stellarū celi. i. angeloꝝ. de quib⁹ etiaз dicitur Job. xxxviij. Quis dimisit lapidem quum me laudarent simul astra

Eccl'ia diuisionē ex pars.

matutina? Ut vnū christi ouile. Jo.x. disperdat: τ oues a pastore discedant: τ ipse draco eas diuisas deuoret. j. Pe. v. circuit / querens quem deuoret. Esa.lvj. Omnes bestie agri venite ad deuorandū: vniuerse bestie saltus. speculatores eius ceci oēs. Intueamur ergo oculo fidei vnam ecclesiā sedem eius / dignitatem eius / que nō peccat. peccare potest qui stat in ea: q: homo est. de pe.dist.ij. si enim. sed nō papa priuatur ea. vt in prin. istius operis late dixi. viij.ar. ¶ F Cōpatiamur ecclesie tribulate: sed adhereamus ei supra firmā petram christū solidate τ fundate. Matth.xvj. xix.di. ita. τ ex̄ de elec. fundamēta. in prin. lib.vj. Pro ea rogauit sponsus vt nō deficeret fides eius. xxj.dis.§.j. in fi. exaudita est oratio filij: q: semp pater eum exaudit. Joan.xj. vbi Chryso. sup verbo illo: Pater grās ago qm̄ audisti me. hoc est nihil mei contrariū ad te. Ut autem ostendat quoniā nō indiget oratione: subiungit. Ego aūt sciebam q̄ semp me audis. q.d. ad hoc q̄ fiat voluntas mea / nō indigeo orōne: ad hoc q̄ tibi suadeā: vna est em̄ volūtas nostra. Itez Hilarius.iij. de trini. Nō igit̄ prece eguit: nobis orauit: ne filius ignoraret̄. sed propter populū qui circūstat / dixi: vt credant q: tu me misisti: quū em̄ non proficeret sibi deprecationis sermo: ad profectū tamen nostre fidei loquebat̄: nō ergo inops auxilij est: sз sumus inopes doctrine. Titubare potest ecclesia: tempestatibus allidi. xxiij.dist. in noie. sed salua noie sponsi permanebit. Digne pcutit̄: q: plurimū extra amplexus sponsi graditur. Denigrata est eius facies sicut nigredo olle. Thre.vlti. Facies cōbuste vultus eius. Esa.xiij. q: nō respicit τ sequitur sponsum candidū τ rubicundū. Cañ.v. Inclinata est deorsum ad terrena: τ ideo non potest sursuз respicere graui infirmitate gibbosa. xlix.di. hinc etem̄ Lu.xiij. ibi. Basilius. Brutoꝝ siquidem caput humi deflexum est: terram cernit: caput hois erectū est in celū. oculi superna cōspiciunt. Conuenit em̄ eum querere superna: transcendere terrena intuitu. facit pre.c. hinc etem̄. versi. gibbosus. Gibbosus vo est quem terrene solicitudinis pōdus deprimit / ne vnq̄ ad supna respiciat: sed solum in ijs q̄ in infimis calcant̄ intendit τc. Post amatores suos vadit. Osee.ij. q: vnū sepe sponsuз legitimū derelinquit. Quinq; viros concupiscit. Joan.iiij. q: peculeos sensus carnaliter nutrit. Si legitimū virū vocaret: impudicos sensus / intellectus τ ratio superaret nimis. Terrenuз regnum querit: sed regnū sponsi sui non est de hoc mundo. Jo.xviij. qđ. s. xxxvij.ar.§. ad illa. ver.ij. diligēter exposui. Eleuauit se: τ indurauit se: humiliauit se. Lu.xiiij. τ.xviij. sed sponsus eius exinaniuit se: τ exaltauit se. Phil.ij. In magnis τ mirabilib⁹ sup se ambulat. ps̄.cxxx. sed sponsus eius se humiliat τ administrat. Luc.xxij. Mat.xx. Nimis gladio vtitur temporali. sed dicit spōsus vicario suo / mitte gladium in vaginā. Mat.xxvj. xxiij.q.j.§.j. hic.s.xxxvij. τ.xiij.ar. exposui. ij.q.vij.§. his ita respondet̄ miracula τc. Multas pecunias habet τ cōgregat. xij.q.vij. aurū. sed sponsus in pandochio nascit̄. Lu.ij. Pannis semicinctijs vtitur τ induit̄ vt ibi: τ spōsus nō habet vbi caput reclinet. Mat.viij. Luc.ix. nisi in cruce. Jo.xix. τ mendicus est τ famet. Mat.iiij. τ egenus factus est. ij. ad Cor.viij. τ sitit. Jo.xix. τ in alieno sepulcro quiescit. Matth.xxvij. ibi. Et posuit illud in monumento suo nouo. vbi Aug. Ideo aūt saluator in aliena sepultura ponitur: q: pro alioꝝ moriebatur salute. vt quid ergo propria sepultura egebat: q̄ in se mortem propriā nō habebat? Heb.viij. In zona non portat neq; pecuniā neq; peram. Mar.x. Lu.x. Non habз vnde soluat tributū: sed Petrū mittit ad mare vt de ore piscis tollat staterem. Matthei.xvij. xxiiij.q.j. est aliud.
¶ G Sed quātūcūq; ruge τ macule appareant in mēbris sponse: nunq̄ tamen ab ea sponsus separabit̄: q: in fide perpetua desponsauit eam. Osee.ij. xxvj.dist.c.ij. Sed q̄uis filij sint rugosi τ maculosi plurimi: ipsa tamen in se est sine macula τ ruga. Ephe.v. xxiiij.q.iiij. recurrat. quia sponsus ei⁹ in sancto habitat. ps̄.xxvj. quicūq; sit ille ideo

Universidad de Deusto Biblioteca

nõ debem⁹ ab eccl'ia separari: in qua sunt misti filij Agar
cum filijs Sare: vt pre.c.recurrat. Jebusei.i. cõculcantes
scil3 mali psequentes cum filijs suis israel.xi.q.iij. nolite.
¶ Et credamus veraciter q istius ecclesie militantis ca
put τ sponsus est christus.ad Col.i.Eph.i.Jo.iij.ex de sa
cra vnc.c.i.qui reprobata synagoga sc3 Vasthi que inter
pretatur definitio cõsummata: Hester ecclesiã que inter
pretatur eleuata sibi humilem copulauit.Hester.ij.supra
cuius ecclesie caput regni spualis τ tpalis posuit diade
ma.¶ Et si dicat nobis/christus est alibi: nolum⁹ crede
re.Mat.xxiiij.q: vere dies venient in quib⁹ spũs mendax
τ fictus spiritũ in ore habens τ cor impietate plenũ dicet
se spiritũ veritatis.iij.Reg.xxij.τ multos seducet.Et spi
ritus ɔtra spiritũ dimicabit: τ magis carnalis reuera spi
ritus aliũ carnalẽ spiritũ appellabit. τ q verũ dicat mul
tas pro se presumptiões habebit: vt possit diuidere. Sed
qui cum ecclesia que cõiter dicit ecclesia nõ colligit: spar
git.Mat.xij.Lu.xi.xxiiij.q.i.qm̃.τ.c.schisma.Et qui pape
qui cõiter habetur papa nõ obedit: nec de eccl'ia est. xciij.
dist.qui cathedrã. Qui etsi me pcutiat/me anathemati
zet/τ occidat: non separabor a charitate eius.Ro.viij. q:
dñs meus est: pater τ deus in terris: qui constitutus est a
deo in hac egypto deus Pharaonis. Exo.vij. in prin. Si
bene iudicat veniã petam.si enormiter τ male: sufferam.
xix.dist. in memoriã.c.di. contra morem.in prin.xi.q.iij.§.
cum ergo snia. Job.xxxvi. q: christus male iudicatus est.
i.Pe.ij.in fi.sed ab eo nõ recedã: q: aliam ecclesiã neq3 ca
put habeo ad quã cõfugiam.ix.q.iij.alioꝝ.in fi.Et in tem
pestate presentis diluuij aquarũ multarũ tribulationũ/
ad christi vicariũ τ eius ecclesiã approximabo: nec inue
niar extra arcam ne pereã abvndis τ fluctib⁹ tentationũ
Charybdi τ Scylla τ scopulis alijs itercept⁹.¶ H Igi
tur attendendũ est isto tpe fermentato etiam a fermento
quorũdam hereticoꝝ dicentiũ sicut.s. dixi nũc claues ec
clesiã non habere.Sacramenta nõ posse cõferre: q: excõ
municata τ priuata iurisdictione est.Et q papa põt iudi
cari ab imperatore: sicut christus a Pilato τ Cesare. Et
q presbyter tantã habeat potestatem quantã papa.Et q
vacante papatu imperator succedit iurisdictioni pape.
Et q ecclesia nõ potest habere tpalia.Et q christus quã
do ascendit celos/vicariũ nõ dimisit in terris. O autem
claues sint apud bonos τ malos ab ecclesia toleratos: et
q vera sacramenta etiã mali τ etiam heretici conferant:
quantũ ad characterem: late.s.lxv. art.§. ceterũ q:. vbi
predicta τ lucide disputaui. materia aũt tractat hic.i.q.i.
§.sed obijcitur.vsq3 ad.§.ecce si clericus. τ quasi p totam
illam questionem.τ p.xv.c.de con.dist.iiij.a.c.hi de quib⁹.

Nullus clericus põt ab ipatore iudicari

vsq3 ad.c.qs a paganis.iclusiue.τ.iij.q.vij.§.fi.¶ J O
dico papa vel ecclesia vel clericus quilibet ab imperatore
iudicari nõ valeat: sed ecõtra.s.v.ar.τ.xliiij.ar.ver. sed cõ
tra.similiter latius dixi.tum q: papa a deo nõ ab hoie iu
risdictionem recipit: τ ab eo solo iudicandus est.ix.q.iij.a
§.solo.vsq3 ad fi.q.Tum q: imperator inferior. xcvi.dist.si
imperator.τ.c.cum ad verũ.ex de ma.τ obe.solite.xxi.dist.
inferior.Tum q: est impator vicarius pape in temporali
bus.ex de elec.venerabilem. q: a papa recipit imperiu3 τ
tenet.vt.s.dixi.Et vicarius non iudicat illũ a quo iurisdi
ctionem habet: q: vna iurisdictio censet vtriusq3 τ cõsisto
rium.ex de ap.romana. Et nemo seipm in foro cõtentio
so τ sacramentali etiam iudicare põt.cõcor.ponunt ex de
iur.pa.p nostras.ex de iudi.cum venissent.xxi.di.nunc aũt.
glos.fi. Tum q: imperator filius est ecclesie: τ non pater.
xcvi.di.si imperator.pater no filiũ corrigit.nõ ecõtra. vn
de τ lex erubescit filios esse correctores patru3.in aut. de
nup.§.si vo.xxiij.q.iiij.displicet.ver.si volũtas.Parab.xiij.
xlv.di.§.salomon.xcvi.dist.quis dubitat. Tum q: impator
imperiũ tenet ab ecclesia sicut vasallus fidelis.lxiij.dis.ti
bi dño.ex in clem.de iureiu.romani principes. sed vasalli
respondent sub iudicio dñi: nõ ecõtra.ex de iudi.ceterũ.fa
cit qõ no.de fo.com.veru3.glos.fi.τ qõ legit.τ no.xxij.q.v.

de forma.Tum q: imperator aduocatus τ defensor eccl'ie.
ex de elec.venerabilem.xcvi.di.si imperator.τ.c.in scriptu
ris.xi.q.ij.sacerdotib⁹. Tum q: imperator gladiu3 recipit
ab ecclesia: vt.s.in prin.istius operis probaui.sed qui gla
dium ab alio recipit: nõ illum a quo recipit pcutit: aut iu
dicat cũ eodem.ad qõ bene facit qõ legitur τ no.xcvi. dis.
si imperator.ibi.Et ɔtra illius beneficia pugnare videat
a quo propriã cõsecutus est potestatem.facit etiã quod le
gitur τ no.ex de na.ex li.ven.c.i.τ optime qõ legit τ no. ex
de postu.c.vlti.in glos.vlti.Tum q: papa nõ homo simpli
citer s3 quasi deus in terris est.ps.lxxxi. Ego dixi dij estis.
ex de transla.c.ij.τ.c.quanto.τ vt ec.bñ.c.i.sed homo deu3
nõ dijudicat: sed econtra.ix.q.iij.alioꝝ. Tum q: moyses τ
Josue τ Samuel qui typum tenent pape: sicut rectores
populi generales iudicant populũ.Exo.τ Josue quasi p
totum.i.Reg.vij.nõ econtra. Tum q: papa nõ est de foro
imperatoris.nec ratione papatus/quem nõ tenet ab im
perio: sed a deo. Jo.vlti.xxi.dist.in nouo. nec ratione alicu
ius rei terrene quã ab imperatore teneat. Nam etsi impe
rator donatione3 fecit eccl'ie de multis temporalib⁹. xcvi.
dist.cõstantinus. Ipsam tñ donatione3 liberã fecit: nec fe
cit eum feudatariũ suũ: aut emphyteotã/aut vasallũ.lxiij.
di.ego lodoicus.xvi.q.i.§.nouarũ.τ.l.placet.xxiij.q.vlti.§.
quis.l.scimus.Que donatio valida τ ppetua est: vt no.
pre.c.ego lodoicus. Si ergo papa nõ est de foro eius: ad
iudicari non põt per eum. vt ex de fo.cõ.per totũ.τ.xi. q.i.
in primis.τ ex de re iu.c.pastoralis.in clem.ff.de iurisd.om.
iudi.l.vlt.ex de of.le.nouit. ex de cõsti. vt animarũ.§.fi.lib.
vi.Tum postremo q: nedũ nõ sup papam christũ dñi: sed
nec sup aliquem clericum potestas aut iurisdictio datur
cuicũq3 laico: q: sunt clericis inferiores laici τ eis infesti:
vt.ij.q.vij.in primis.xxij.c.vsq3 ad.§. ex his. ex de accu.cũ.
P.ex de cõsti.ecclesia sancte marie.ex de re.ec.nõ ali.cum
laicis.xcvi.di.bene quidem.xi.q.i.in primis.xxv.c. vsq3 ad
§.cũ ergo.Tum q: hoc qõ iuris erat de facto τ sancta cõ
suetudine τ debita reuerentia/ hoc oẽs reges τ romani
principes seruauerunt.xi.q.i.sacerdotib⁹.xcvi.dist. in scri
pturis.xvij.dist.§.hinc est.¶ L O aũt obijcit ab here
siarcha nouello Marsilio paduano q Pilatus iudica
uit christũ: sic τ impator papã iudicare põt. Respõdeo q
nõ iudicauit ipm tanq̃ psonam publicã aut preeminen
tem dignitate: sed tanq̃ psonam priuatã accusatã sibi a
principalib⁹ synagoge τ pplo iudeoꝝ tanq̃ malefactorẽ

Christus quõ a pilato iudicat⁹

qui in hoc erat de foro Cesaris τ suo/qui erat preses in iu
dea pro impatore. Unde idem Pilatus ait Luc.xxiij. Ob
tulistis mihi hunc hoiem quasi hoiem priuatũ: nõ pontifi
cem/nõ in dignitate cõstitutũ. τ ecce ego coram vobis in
terrogans/nullam causa3 inuenio in hoie isto. Tunc eñi
christus nõ tenebat personã pape: sed simplicis hois cora
suo iudice accusati. Unde nec in hoc papa christo succe
dit.succedit eñi christo in potentia: nõ in accusatione ma
ligna facta de deo. Immo existimo q si coram Pilato fuis
set vnus de templi pontificib⁹ accusatus: dixisset qõ dixit
de Christo. Accipite eum vos: τ sm legem vestrã iudica
te. Jo.xviij. Uersipellis ergo vulpecula Marsili⁹ padua
nus allegauit literã euangelij que ipm occidit.ij.Cor.iij.
nõ intellectũ verũ spũalem: τ etiã literale3 qui vtinã ipm
cõuersu3 viuificet. Sed nec accusatores christi iudei ipm
accusauerũt Pilato vt pontificem vel scribã: sed vt quẽ
dam ppl'i deceptorem.vnde dicũt. Hunc inuenimus sub
uertentem gentem nostrã.Lu.xxiij.Exemplũ ergo lupi ra
pacis nõ pcedit: q: si impator iudicaret papam nõ iudica
ret vt Titiũ vel Semproniũ vel priuatũ alium: sed vt pa
pam.τ ad hoc ille impius hoc exemplũ allegat. Et si ille
sciolus verus sciens esset in scripturis diuinis. vel si non
dissimularet se scire: sensum τ intellectũ verboꝝ euange
lij acciperet: τ nõ solũ.i.q.i.marchion. Preterea quõ non
erubescit tale exemplũ adducere: quum τ Pilatus fatea
tur se christũ pperam iudicasse: vnde τ dicit Luc.xxiij. Ni
hil inuenio cause in hoie. Et iterũ.ibi. Ecce ego corã vo

bis interrogans/nullã causam inuenio in hoie isto ex ijs
in quib⁹ eũ accusatis. sed neq3 Herodes. Unde ibi Amb.
Hic Pilatus christũ absoluit iudicio.crucifigit mysterio
duoꝝ ergo viroꝝ testimonio iesus insons ostedit. Et ite
rũ Jo.xix. Ego nullã inuenio in eo causam. Ubi Chryso.
Nõ dixit.q: peccauit τ dign⁹ est morte/donate eũ festo.s3
primũ eũ excusans tũc rogat ex abũdanti: vt si nollent eũ
innocentem dimittere: saltem obnoxiũ darent tẽpori. Nõ
ergo exẽplo pnicioso: sicut fecit iste hereticus: s3 legibus
est iudicãdũ. C.de sen.nemo.vide.xx.dist.c.fi.¶ L Rur

Nõ eq̃lis est pa pe et cũctoꝝ psbyteroꝝ ptãs.

sus ille tam impius dogmatizat q quilibet presbyter tan
tam sicut papa habeat ptãtem. Qõ falsu3 esse τ erroneũ
nullus sane fidei ignorat: q: nedũ papa/sed quilibet eps
maior est in iurisdictione τ administratiõe quolibet pre
sbytero.nam ipse est preordinator in cũctis.xxv.di.plect3.
ver.ad epm.ex de offi.archid.c.ij.de offi.archipres.officiũ.
in fi. Immo nedũ eps maior est in iurisdictione presbyte
ro: sed etiã archidiacon⁹ qui τ diacon⁹ est: maior est in ad
ministratione nedũ quolibet presbytero: s3 etiã archipre
sbytero: qui maior est i ordine archidiacono.vt pre.c. ple
ctis.ex de offi.archid.ad hec.§. archipresbyteri. Põt eñi
vnus esse maior in administratione: q̃uis minor sit in or
dine.vt no.xxi.dist.in nouo.in glos.ar. ¶ Item q̃q̃ olim
idem diceret presbyter τ eps.vt.xciij.di. legimus. τ papa
Petrus vocet se presbyterũ.ibi.ver. s3 τ Petr⁹. τ in glos.
ecce petrus.cõsuetudine tñ τ iure τ ordinatione decretũ
est: vt presbyteri subsint epis: τ maiores eis sint epi: nedũ
in ordinatione τ cõsecratione epali. vt pre.c. legim⁹. ver.
quid eñi.sed etiã administratione τ noie τ iurisdictione:
τ quãtũ ad qdã sacra appropriata epis.xcv.di.olim.τ.c.
ecce.τ de hoc plene notaui predicto.c.legim⁹. in glos.hic
respondet. ¶ Sũmus aũt põtifex nedũ maior est quoli
bet presbytero quantũ ad oia: sed etiã maior oibus epis:
excepto cõsecratione epali. nam τ Petro data est ptãs a
dño sup alios apl'os quib⁹ succedũt epi.lxviij.dist. quorũ
vices.vt hec materia expedit.xxi.di. in nouo. vbi de hoc.
lxx.dist.in illis.vbi de hoc.τ no.xxiiij.q.i.loquit.τ.ij.q.vij.
paulus.in glos.i.τ.c.q̃q̃.ibi. Epat⁹ sit presbytero maior.
τ facit qõ ibi no.in glos.Aug.hoc preterea si tantã presby
teri τ epi ptãtem haberent sicut papa: tot essent dei vica
rij generales in mũdo/quot presbyteri τ epi. Qõ falsum
τ hereticũ est: q: soli Petro dixit dñs Mat.xvi. Ego di
co tibi tu es petrus.Et iterũ. Tibi dabo claues singulari
ter.τ ibi. Quodcũq3 ligaueris. generaliter.loquens sibi
soli.ex de ma.τ obe.solite.§.nos aũt.Et iterũ pasce oues
meas.Jo.vlti.ex de elec.significasti. Iterũ sm hunc erro
rem Marsilij vna eccl'ia haberet multa capita sicut mõ
strũ.ex de offi.or.qm̃. Multi essent sponsi ecclesie vniuer
salis: qõ falsum est: q: vn⁹ fuit christus vnã ecclesiã despõ
sans: τ vnus eius vicarius generalis sponsus ecclesie.i.
ad Corꝫ.xi. Despondi vos vni viro virginem castã exhibe
re christo.xxvij.q.i. nuptiarũ. Et illud apl'i ad Eph.v. ex
ponẽs illud proplasti. Hoc nũc os ex ossib⁹ meis τc. Hoc
aũt dico magnũ sacrm̃ in christo τ eccl'ia.ex de biga.debi
tum.facit.xxvi.dis.c.ij. Item presbyteri tenent typũ.lxxij.
discipuloꝝ.xxi.di.in nouo.lxviij.di.corepi.papa vo christi.
sed illi.lxxij. discipuli nõ habuerũt tantã ptãtem/quantã
apl'i: qui soli mũdũ partiti sunt ad predicandũ τ couertẽ
dum: nedũ quantũ Petrus τ Paulus. Ite3 solus Mel
chisedech tenuit typũ christi.vñ dicit ps.cix. Tu es sacer
dos in eternũ τc. Alij presbyteri testamẽti veteris alioꝝ
sacerdotũ testamenti noui.xxi.di.§.i.vñ trãslato sacerdo
tio τc.ex de cõsti.translato. Item quũ a papa tanq̃ a pri

Nõ põt papa suã a se iurisdictione priuare.

mo fonte descẽdat ois iurisdictio τ epoꝝ τ presbyteroꝝ.
xxij.di.c.i.xxiiij.q.i.loquit.nõ põt papa sic ex toto iurisdi
ctionẽ suã alteri dare/q tantã habeat sicut ipe.al's posset
archipapã vel saltẽ papã aliũ sibi cõsortẽ facere.qõ falsu3
est.viij.q.i.si petrus.cũ.c.seq.q: nec aliũ papã põt facere:
nec se sua iurisdictione priuare.ad qõ facit qõ legit τ no.
ex de censi.cũ venerabilis.in glos.hic pt3 qõ legit τ no. ex

de dona.pastoralis.in glos.si ita.¶ M Ad hoꝝ supra
dictoꝝ declarationem sciendũ est q est quadruplex ma

Maioritas quadruplex.

ioritas in eccl'ia dei.adde hic qõ scripsi in.xxxvij.arti.ver.
primo.τ ver.est autem. Prima ex tpe.xvij.di.§.hoc q̃.τ.§.
verũ.τ.xcv .dist.bene quidẽ.lxxv.di.c.vlt.ex de ma.τ obe.
ca.i.Secũda ex prerogatiua ordinis.ex de ma. τ obe.sta
tuimus.Tertia ex prerogatiua ordinantis seu cõstituen
tis.ex de ma.τ obe.p tuas.ff.de albo scri.l.vlt.in aut.vt iu
di.sine quoquo suffra.§.eos.circa fi.col.ij.ff.de re iu. qui
dam.Quarta ratione dignitatis seu maioritatis officij.
Hac rõne d: archid.maior archipres. vt dictũ est. τ põt vn⁹
minor τ maior esse altero.ij.q.vij.q̃q̃.τ.c.querit. Ide3 in
abbate in minorib⁹ cõstituto.ex de eta.τ qua.tuã. sicut in
subdiacono electo τ confirmato.ex de elec. transmissam.
Item põt esse maior τ equalis. sicut Petrus fuit maior
apl'is in dignitate seu officio: s3 in apl'atu seu ordine epa
li par fuit τ equalis.ij.q.vij.puto.xxi.dist.in nouo.sm hoc
intellige.xvij.di.mult3.ff.qñ appel.sit.l.i.§. s3 si.C. de offi.
vica.l.i. In eo aũt q q̃s minor est/alij sc3 maiori debet re
uerentiã exhibere.ergo quũ archidiacon⁹ in missa minor
sit archipresbytero: tunc debet ei seruire. sed eo maior est
extra missam in voce/in loco/in iurisdictione τ alijs que
ei cõpetũt rõne dignitatis.sm hoc intellige.xxxiij.q.v.est
ordo.xciij.dis.a subdiacono.ex de of.archid.c.i.τ.c.ad hec.
sm Ostiẽ.qui.s.no.ex de of.archid.c.i. sic intellige.xxi.dis.
§.i his oib⁹.cũ.c.seq.¶ N Itẽ notãdũ q psona pest pso

prelatio q̃nq3 modis hri potest.

ne q̃nq3 modis.sc3 ex officio.xxi.di.i nouo. Uite merito.ij.
q.vij.c.i. Ordine.xciij.dist.a subdiacono. Administratiõe
vt archipres.ex de of.archipres.c.i. ɔsecratione.vt eps oib⁹.xxi
di.c.i.¶ O Hec plãtio cõsistit i trib⁹. In iudicijs.xxi.di.
inferior. In pcepti.xxi.di.nũc aũt. In sacris.xxi.di.deniq3.
sm Archid.q ita no.xxi.di.in pre.§.i his.¶ Itẽ notãdũ q
maior ptãs attẽdit q̃nq3 ex dignitate ordinis: q̃nq3 ex di
gnitate dispẽsatiõis siue administrationis. Petrus aũt
ex prerogatiua ordinis vel cõsecrationis nõ habebat: sed
rõne administrationis.sm Lau.q sic no.in pre.c.in nouo.
¶ Itẽ dicẽdo q q̃lib3 presbyter sit equalis pape in iuris
dictione/cõfundit ordo superior 3.c.lxxxix.di.ad hoc. ista
sunt addenda ijs q̃ de ista materia tetigi.s. in prin.istius
opis.¶ P Dicit etiã ille pfidus Marsilius q vacante

Papa succedit ipio/nõ contra.

papatu succedit impator. Sed vñ hoc habuit/τ quo mo
tu hoc dixit/ignoro: quũ nedũ ois scriptura/sed huic po
sitioni ois ratio contradicat. Papa eñi succedit impio. ex
de fo.com.licet.ex de re iud.pastoralis.in clemẽ. Nõ impa
tor in papatu. Que eñi cõicatio cani τ sancto? Ecci.xiij.ij.
Cor.vi.pfanis τ diuinis? ex de iude.ad hec.xij.q.ij. nulli.
Subdito τ dño.ex de elec.venerabile3. Quõ põt impera
tor in eccl'iasticis succedere: quũ inhabilis sit ad talia pos
sidenda τ tractãda? quũ etiã statutũ factũ ab eo in eccl'ie
fauorẽ nõ valeat/nisi expresse ab eccl'ia approbet.xcvi.di.
bene quidẽ.ex de cõstitu. ecclesia. Quia Balthasar vasa
templi cõtaminat a deo pcutit. Dañ.v.de con.di.i. vestimẽ
ta. Ite3 Ozias rex iuda q: sacerdotũ officia vsurpare vo
luit: a dño lepra pcussus est.ij.Paral' xxvi.ij.q.vij.§.itẽ cu3
Balaã.ver.sicut ergo. Itẽ Heliodorus missus a rege An
tiocho inuadere erariũ vbi erant in templo reposita de
posita: calcib⁹ equi mirabiliter apparentis pcussus/semi
uiuus relict⁹ est.ij.Macb.iij.¶ Item si impator succede
ret in papatu: iam solueret τ ligaret: sed nõ imperatoribus
sed piscatorib⁹ date sunt claues a deo.de pe.di.i.quẽ peni
tet.τ nõ laicis/sed presbyteris. Impator eñi a sacerdoti
bus eccl'ie anathematizat τ religat.xcvi.dist.duo.ad hec
faciũt.xcvi.di.satis euidenter.xvij.di.§. hinc etiam. Item
Amb.impatori volenti ecclesia3 occupare ait: quid tibi τ
adultere? adultera est q̃ nõ tibi est legitimo mrimonio co
pulata.cedat palatiũ impatori: eccl'ia antistiti.xxiij.q.viij.
cõuenior. Distincta aũt quantũ ad hoc sunt officia roma
noꝝ põtificũ τ impatoꝝ.x.di.qm̃. xcvi.di.cũ ad verũ.vñ in
fine ibi dicit de impatore: ac vicissim nõ ille rebus diuinis.
presidere videret: q esset negocijs spũalib⁹ implicatus.vi

An eccle/sia possit/ tpalia/ possidere.

An eccle de.s.ar.xl.ver.item error. ❡ O Insuper qd dicit ille im
pius subdolus & sophista q eccl'ia tpalia habere nõ põt.
falsum est.q: nedũ laici sed etiam clerici pñt hre tpalia et
propriũ.Sed ista de antiqua heresi traxit. hi sunt em he
retici qui cõdemnant ꝓpriũ habentes in hoc mũdo.xxiiij
q.iij.quidã.ver.apl'ici.Alij etiã sunt qui dicũt q a tpe Syl
uestri pape qui recepit donationẽ a Constantino.de qua
xcvj.di.cõstantin⁹.eccl'ia nõ fuit in statu salutis. Sed istis
mentita est iniquitas sibi.ps.xxvj. nã eccl'ia primitiua ha
bebat pecunias & ꝓpriũ in cõmuni.Actu.iiij.&.v.xij.q.j.di
lectissimis.&.c.scim⁹. Unde & vidẽtes summi sacerdotes
& alij fideles magis expedire ecclesijs habere possessiões
q pecunias que dabantur eis ex possessionibus venditis
dederunt eis possessiones que in ditione episcoporũ con
sistunt.xij.q.j.videntes.de predijs eccl'iarum.xij.q.ij.qua
si ꝑ totũ.ꝓpter hanc etiã causam christus aliquoties ha
buit loculos. Jo.xij.q: sua erat eccl'ia loculos habitura.
xij.q.j.habebat. &.c.exemplũ.xxiij.q.iiij.duo ista. Q2 aũt &
epi & alij clerici possint habere propriũ in speciali q reli
giosi nõ sunt clarũ est.xij.q.j.epi.cum.ij.c.seq.&.§. cum er
go.&.§.ostensum.&.c.illi.&.q.ij.monem⁹.ibi.reddere com
pellat.&.j.q.ij.clericus.&.c.pastor.xij.q.iij.c.j.&.q.iiij.c.vlti.
ex de testa.c.j.c.cũ in officijs.❡ Item si sancti martyres &
cõfessores prelati in eccl'ia dei sciuissent esse peccatũ eccle
siam bona tpalia possidere:nunq donationes taliũ rece
pissent & dispensassent.sic argumentat Prosper.xij.q.j.ex
pedit.sil'e ar.vij.q.j.oĩs qui gemebat.❡ Preterea filij le
ui qui clericos prefigurãt.xxj.di.§.j. terras & ciuitates ha
bebant:& aliqua alia ꝓpria possidebant.xiij.q.j.§. his ita.
nec ampli⁹ allego:q: ista est heresis manifesta.de hoc etiã
scripsi.s.xl.ar.ver.item error est. ❡ R Postremo qd di
cit dictus hereticus Marsilius q qũ christus ascẽdit ce
los:nõ dimisit vicariũ:falsum & hereticũ est:q: est eccl'iam
acephalare.i.sine capite dimittere/cõtra illud.xciij.di. nul
la.Et q: dimisit loco sui Petrum & successores cui dixerat
pasce oues meas.Jo.vl.Omẽs em romani põtifices succes
sores Petri sunt:& ꝑsonã eius tenent. Unde sicut Petro
sic & cuilibet eius successori dixit verba predicta christus.
vt est expressum ex de ma.& obe.solite.§.nos aũt. & de trãs
la.epi.quãto.ibi.soli btõ Pe.& ꝑ ipm successoribus suis.&
ibi.Ro.pon.qui non puri hoĩs: sed veri dei vicem gerit in
terris.&.c.licet.ibi.qui successor est Petri & vicarius Jesu
christi.& ex vt ec.bñ.vt nostrũ.ibi.qm etsi locum dei tenea
mus in terris.& ex de elec.vbi periculũ.§.ceterũ. li.vj.ibi.
cum agit de creatione vicarij Jesu christi successoris Pe
tri.&.c.fundamenta.§. decet. ibi. ipsoq vicarij dei roma
ni pontificis.lib.vj. Et expressissimum de homic. pro hu
mani.j.rñ.li.vj.ibi.Dei filius iesus christus ne gregem sui
precio sanguinis gloriosi redemptũ ascensurus post re
surrectionem ad patrez absq pastore desereret:ipsi⁹ curã
btõ Petro apl'o vt sue stabilitate fidei ceteros in christia
na religione firmaret: eorũq mentes ad salutis opa sue
accẽderet deuotionis ardore: cõmisit.&.j.ibi. Nos eiusdẽ
apl'i effecti disponente dño licz imeriti successores/& ipi⁹
redemptoris locũ in terris:q̃q indigne tenentes. Unde
ibi glos.Jo.an.sup verbo desereret/dicit.Per hanc lrãm
satis patet q ptãs Petri transiuit ad posteros: al's post
Petrũ sine pastore remansisset eccl'ia & sine capite: qd est
falsuz.ex de of.or.qm.ad h facit.xl.di.nõ nos.Nõ nos btm
Petrũ sicut dicit a dño cũ sedis puilegio vel successores
eius peccãdi licẽtiã iudicam⁹ suscepisse. Ille quippe pen
nem meritorũ dotem cũ hereditate innocentie transmisit
ad posteros &c. Jmmo vacante eccl'ia ꝑ mortez pape/nõ
est dicendũ q remaneat sine capite:q: hoc dictũ non esset
remotũ ab heresi:q: tunc corpus cardinaliũ & tota eccle
sia habet caput eccl'ie generale & verũ & ꝓpriũ/christũ scz
viuentem.de con.dis.ij.prima. in fi.ad hoc.xxij.dist.c.j.&.ij.
O ethiopissa prius nigerrima. O catula prius immūda. Mat.xv. O alienigena per samaritanā prefigurata. Jo. iiij. τ peregrina. O sanguiflua. Mat.ix. Marc.v. τ Luce viij. O chananea. Mat.xv. O prius ceca τ orphana τ vidua pri⁹ multos habēs amatores. Hiere.iij. Ingrata deo τ nature. Bestiarū socia. Plasmatoris ignara. Promissi messie nescia. Joā.iiij. Omni trāseunti pedes tuos. Esa. xlvij. diuaricans. xxxij.q.v.si paulus. O oleastrū syluestre. ad Rom.xj. Filia tenebrarū ad Roma.xiij. Expers lucis. Serua sensuū exteriorū. Socia reptiliū. Prius idolorum cultrix. Ignominia peccatorū plena. Quis te prouexit in hanc gloriā τ honorem: vt sanctorū sancto despōsareris? Deo viuo spūaliter vnireris? Osee.ij.j. ad Cor.vj. Et sacramētaliter. de cōse.di.ij. in christo pater. τ ex̄ de sum.tri. c.ij. ipsi⁹ sanguine mūdareris ab oibus immūditijs tuis? Ephe.v. Ab ipso luce illuminareris? Jo.j. Et synagoge τ filijs regis. Mat.viij. τ ouibus israel. Mat.xv. preponereris? Et regum vberibus lactareris? Esa.lx. Tantis gratijs tēporalibus τ spūalibus ditareris? Ab oriente in occidentē adorareris? xciij.di.legim⁹. Et deinde gens sancta, populus acq̄sitionis, regale sacerdotiū vocareris? j.Pe.ij. ex̄ de elec. fundamēta. §.j.lib.vj. Clauibus regni celestis ligādi τ soluendi in terra potestate vtereris? Mat.xviij. xxiiij.q.j.quodcūq3. de pe.di.j. quē penitet. Unde totū tibi hoc: nisi a crucis sancta ignominia? j.ad Cor.j.τ.ij. que est tua gloria. Gala.v. Nam a ligno tuus sponsus regnauit Phil.ij. τ in ps.q: ibi cōtra hostem tuū seuissimū triūphauit. Super lignū te portauit. j.Pet.ij. In ligno te multiplicauit granū frumēti qd in cruce caput inclinauit. Jo.xij. τ.xviij. In ligno te ad patriam transportauit. Sap.xvij. Ergo gloria tua τ filiorū tuorū maxime rectorū in cruce est, in fame, siti, nuditate, persecutionib⁹, τ tribulationibus. ij.Cor.xj. Ro.v. Gloria etiā tua testimoniū conscientie tue. ij.ad Cor.j. xj.q.iij. inter verba. τ.c.seq. τ.c.custodi. τ.c.in cunctis. τ ex̄ de sacra vnc.c.vnico.§.j. Gloria tua et pregustatio tua patrie facta est tibi persecutio sicut spōso tuo. Jo.xvj. Gloria tua gloria spōsi tui q̄ est carnis ingloria. Quis gloriabit̄ se mundū habere cor? Prouerb.xx. de pe.di.ij.si em̄.ad.ij.colū. Sed nūquid gloriabitur securis contra illū qui secat in ea. aut figmentū contra figulum. Esa.x.τ.xxix.τ.xlv.di.xxj.inferior sedes. Adde hic qd scripsi.s̄.in prima parte in.§.q: satis.per totū.in ar.lxvj. τ in §.firma colūna.in ar.lxvij. Qui pacē τ gloriam verā querit: inglorius habitat super terrā: querens hic τ tandē in dño gloriari. ij.ad Cor.x. participās gloriā recumbentiū cū Abraā, Isaac, τ Jacob. Mat.viij. Sede ergo in loco nouissimo humilis sponsa christi ecclesia, nihilitatem tuā τ miseriā τ offensiones cōtinuas recognoscēs: vt sit tibi gloria in celis coram simul discūbentibus: dicēte sponso. Amica ascēde superius. Luc.xiiij. vbi Basilius. Occupare ergo locum vltimū in conuiuijs iuxta mandatū conueniēs est. Sed rursus in hūc contētiose irruere reprobum: tamq̄ interemptoriū ordinis, τ causariuū tumultus. τ de eo mota cōtentio equiparabit nos litigātibus de primatu. ¶ Preter genera martyrij q̄.s̄.posui sunt τ alia multa martyria sancta: de q̄bus hodie nec vnū video superesse. Et primo quidē quū quis patitur pro iustitia sicut Abel. de quo Mat.xxiij. a sanguine Abel iusti. vbi dicit Aug. q̄ in Abel triplex pfectio fuit: virginitatis, sacerdotij τ martyrij. dixi in prima parte in.§.xxxvj.in.ṽ. Quid etiā. in ar. xxxvj. De isto martyrio Mat.v. Beati q̄ persecutionē patiūtur propter iustitiā. vbi Chrys. super Mat. hoc est ppter virtutē: propter defensionē aliorū: propter pietatem. iustitiā enim cōsueuit p virtute anime ponere. vt ibi. Nisi abundauerit iustitia vestra τc̄. Mat.v. τ ibi. Primū querite regnū dei τ iustitiam eius τc̄. Mat.vj. ¶ Item Aug. de sermone dñi in monte. Pace enim intrinsecus custodita ac firmata, quascūq3 persecutiones ille q̄ foras scilicet princeps huius mūdi. Jo.xij. missus est, forinsecus concitauit: auget gloriā que s̄m deum est. Item ibi Hiero. Significanter aūt addidit propter iustitiā. multi enim propter sua peccata persecutionem patiuntur: τ nō sunt iusti. Simulq3 cōsidera q̄ octaua vere circūcisionis. Luc.ij. beatitudo martyrio terminetur. Itē Chrys. Non aūt dixit beati qui a gentib⁹ persecutionē patiūtur. ne putes illum solum beatū qui persecutionē patitur ppter idola non colēda. Ideo τ qui ab hereticis persecutionē patitur propter veritatē non relinquēdam: beatus est. quia ppter iustitiā patitur. Sed τ si quis ex potētibus qui christiani videntur: forsitā propter peccata sua correctus a te, fuerit te persecutus: beatus es cū Joā. baptista Matth.xiiij. xxij.q.iiij. vnusquisq3. Si em̄ verum: est q̄ martyres sunt pphete q̄ a suis occisi sunt: sine dubio qui ppter causam dei quid patitur: τ si anus.i.vetula patitur: mercedē martyrij habet. Et ideo non posuit scriptura personas persequentiū: sed solā causam persecutionis vt nō aspicias q̄s te persequitur: sed ppter quid. Itē ibi Hilarius. Sic ergo ad postremū eos in beatitudine numerat: q̄bus oia pro christo pati, qui iustitia est, pronus affectus est. His igitur τ regnū seruatur: quia in cōtēptu seculi sunt pauperes spiritu. De isto martyrio τ materia. xxiij.q.iiij. nimiū. τ.c. qui peccat. τ c.si ecclesia. Sed vbi est hodie talis martyr qui p iustitia velit pati? Multos autē martyres passiuos video in dei ecclesia: adulteros, homicidas, maledicos, alienorū appetitores: sed christianos paucos video p iustitia patientes. j.Pet.iiij. Sed pena s̄m Aug. nō facit martyrem: sed causa. alias coronātur etiā τ latrones. ¶ Secundo. quū q̄s patitur p lege. sicut Machabei. Pro quib⁹ licet passi sunt ante incarnationē agit festum ecclesia. quia sicut ait Bern̄. quod negauit eis tēpus: concessit forma martyrij. quoniā eo modo passi sunt quo τ martyres noui testamēti. Passi em̄ sunt ne transgrederētur legem: sicut τ isti ne agnitā negarent fidē. Alia causa est, fides resurrectionis quā apertissime testati sunt dicentes. ij.Machab.vij. Tu quidem sceleratissime in presenti vita nos perdis. sed rex mūdi defunctos nos p suis legibus in eterne vite resurrectionē suscitabit. Martyrizati etiā pro fide τ lege dei fuerūt tres pueri. de q̄bus Dan̄.iij. xj.q.iij. imperatores. xxiij. q.iiij. quādo. τ.c. nō inuenitur. ¶ Tertio. quū quis patit̄ pro christo.i. vice christi. sicut innocentes in quorū singulis christus putat̄ occidi. Matth.ij. ¶ Quarto. quū quis occiditur p fide christi sicut Stephan⁹. Act.vj. τ alij martyres in nouo testamēto. et isti dicūtur proprie martyres: q: passi sunt ppter testimoniū rei geste: sc3 incarnationis τ aliorū articulorū fidei christiane: de quibus multi dubitauerūt. τ ideo ad certificandū de hmōi veritate necesse fuit adducere testes. de quibus Esa.xliij. Uere vos testes mihi. glos. apostoli τ martyres testificantes: Fuerunt aūt omnia in martyribus q̄ in testibus requirūtur. Primo. liberi. iiij.q.iij.§. item in criminali. ṽ. item serui. Et ipsi liberati a seruitute peccati. de qua Joan.viij. τ.ij. Pet.ij. a quo quis superatus est, ei⁹ seruus est. Secūdo. sexus virilis. xv.q.iij. de crimine. τ ipsi inflexibiles. vnde Greg. super illo verbo, nimis cōfortatus est principat⁹ eorū. Occidi possunt: flecti nequeunt. Tertio. legitime etatis. iiij.q.iij.c.j. τ ipsi sensati. j.Cor.xiiij. Nolite pueri effici sensibus. Quarto. sane mentis. iij.q.viij.§. tria. quia elegerūt temporaliter cruciari: vt possent eternaliter delectari. Sapiē.iij. In paucis vexati, in multis bene disponentur. Quinto. bone operationis. iiij q.iij.§. item in criminali. ṽ. in testibus. Et ipsi tales. Job.ix. Transierunt quasi naues poma portantes: que post se relinquunt odorem. Sexto. diuites virtutibus. iiij.q.iij.§. item in criminali. ṽ. testium. Greg. in homi. Si vere fratres diuites esse cupitis veras diuitias amate. Septimo fideles. ex̄ de testi.c.j. quia pro fide mortui. Act.xxj. Non solū alligari sed etiam mori paratus sum propter nomen dei Jesu. Octauo. quia non surdi. iij.q.vij.§. tria. sed obedientes legi. Prouerb.xviij. Qui declinat aures suas ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Nono. q: non pro se sed pro christo testificati

(que sūt in testib⁹ requirēda)

ficati sunt. iiij.q.iij.§. oibus. Act.x. Nos sumus testes oīm que fecit in regione iudeorū. Decimo: q: iurauerūt. ex̄ de testi. nuper. ppter firmū propositū. ps.cxviij. Juraui τ statui custodire iudicia iustitie tue. Undecimo: examinati. ex̄ de testi. venerabili. τ eo.ti. In noie dñi. no.glos. non est. Et ipsi multis tribulationibus purgati τ examinati. Sap. iij. Tāq̄ aurū in fornace τc. de pe.di.ij.si em̄. vltra.iiij.colū. ver.sedet. Duodecimo: ieiuni. ex̄ de testi.c.j. et ipsi tm̄ crucifigētes. Gal.vlti. Hos testes instaurat dñs ꝯtra nos. Job x. vnde Grego. Totus mūdus martyribus plenus est. Jā pene tot qui videmus nō scimus quot veritatis testes habemus: cōtra nos ergo erūt in iudicio: q: ipsi sanguinē fuderūt p dño: quē nos miseri p vili pecunia seu ferida luxuria negare nō formidamus. xj.q.iij. existimāt. verbo et opere dictā fidē. Unde martyr grece, d: testis latine. s̄m Maximianū. ¶ Quatuor em̄ sunt necessaria vt aliq̄s proprie dicat̄ martyr. s. Uolūtaria. xv.q.j. nō est. sustinētia passiōis. Puritas cōsciētie. j.q.j. vide. Bonitas cause. j. Pe.iiij. Nemo aūt vestrū patiat̄ quasi homicida aut fur τc. Et infra. Si aūt vt christianus: nō erubescat. Et tēpus gratie. Sufficit tm̄ forma martyrij. vt dictū est. s̄. ver.ij. Sz τ quotquot prophete τ sancti ante christū mortui sunt: p fide et in fide christi mortui sunt et salui. Actuū.xvj. Unde quidam.

(Ad martyriū necessaria.)

Cui patientia: mens bene conscia: congrua causa:
Tempus et adfuerit: hic bene martyr erit.

¶ Quinto. quū patit̄ p libertate ecclesie sicut beat⁹ Thomas cātuarien̄. Eque em̄ desiderāda est ecclesiastica libertas. ex̄ de immu.eccle. non minus. vt fides. Un̄ btūs Amb. ait imperatori. Si rapis: si deuoras: si acceperis: sustinebo. si aūt extēdas manū ad sanctuariū dei: ibi me inuenies sacerdotē. de hoc. xxiij.q.viij. conuenior. ¶ Sexto. quū patit̄ p assertione veritatis. sicut Hieremias lapidat⁹: τ Esaias serra lignea serrat⁹. et Ezechiel. xxiij.q.iiij. recedite. ¶ Septimo. quū patit̄ p redargutiōe iniquitatis. sicut beatus Joānes baptista. Mat.xiiij. Mar.vj. xxij.q.iiij. vnusq̄sq3. ¶ Octauo. quum patit̄ ex solo motu charitatis. sicut christus d: martyr τ ptomartyr in testamēto nouo p redēptione humani generis. vñ Cañ.v. Dilectus meus cādidus et rubicūdus. In hoc q̄ ait dilectus: notat radicē ministerij: sc3 charitatē. In hoc q̄ ait cādidus: puritatē mentis τ corporis. In hoc q̄ ait rubicundus: tolerantiā passionis. De isto martyrio dicit̄ Luc.xij. Baptismo habeo baptizari: et quō coarctor quousq3 impleat̄. vbi Beda.i. sanguinis proprij tinctione prius habeo pfundi: τ sic corda credētiū spiritus igne inflāmare. ¶ Nono. quū quis patitur p suo crimine: sz in patibulo reatū ppriū confitet̄ τ christū. legit̄ τ no. de pe.di.j. importuna. in glos. nō in rei veritate. Ue autē nobis qui in honorē martyrū comessationes et ebrietates creberrimas celebramus. xliij.di. comessationes. Ipsi em̄ nobis exēplum certādi dederūt: nō crapulandi. vnde Chrys. Tu christiane delicatus es miles: si putas te posse sine pugna vincere: sine certamine triumphare. Exerce vires in fortitudine. dimica atrociter in prelio: τ certa. Cōsidera pactū: conditionē attēde: militiam nosce: pactum qd spopōdisti: cōditionē qua accessisti: militiā cui nomē dedisti. hoc em̄ pacto cuncti pugnauerūt: hac cōditione cuncti vicerūt. Nō oremus pro martyribus ne eis iniuriā faciamus. ex̄ de cele.mis. cū marthe.§.si. Honoramus eos verbis: vita ab eis disiūgimur. Oramus eos p nobis: sz eorū martyria fugim⁹. Quare ergo suffragia eorū querim⁹? Si em̄ exēpla eoȝ sequi vellemus: eos ppitios haberem⁹: q: dati sunt nobis in patronos ad auxiliandū. adiuuant em̄ nos meritis suis τ orationib⁹. De primo Aug. als Maximus. O immēsa dei pietas. Martyrū merita, nr̄a vult esse suffragia. Illos examinat: vt nos erudiat. Illos cōterit: vt nos acquirat. Illoȝ cruciatus, nostros vult esse pfectus. De scđo Hiero. contra Uigilantiū. Si apl̄i τ martyres adhuc in corpore positi orāt p ceteris: qñ de se adhuc deberēt esse soliciti: quanto magis post coronas victorias et triumphos? vnus homo Moyses sexcētis milibus armatorū impetrauit veniā a dño. Exo.xxxij. xlv.dist. disciplina. Et Stephanus veniā deprecat̄. Act.vij. et postq̄ cum christo esse ceperūt nō minus valebūt. Paul⁹ apl̄s. cclvj. aias sibi asserit donatas. Act.xxvij. et nunc cū christo residēs ora clausurus est? Persecutio martyrū in equo rufo signata est. Apoc.vj. Hereticoȝ in equo nigro. vt ibi. Hypocritarū qui nūc consumunt ecclesiam: in equo pallido. In equo albo ecclesia primitiua. vt ibi.

¶ Articulus.l. A

SCiscitor etiā abs te dña gentiū mater ecclesia: vbi sunt confessores tui lucidi: postq̄ martyres inclytos pdidisti? Fūdata es in cōfessione Petri clauigeri. Mat.xvj. xix.dis. ita dicēs. Fides tua te saluā fecit. Luc. vij. Confessione induta es. Cōfessione pulchra effecta es. s̄m Dauid. Audiuisti a spōso. Si me cōfessa fueris coram hoibus: confitebor et ego te corā patre meo τ angelis dei. Luc.xij. vbi Ambro. Preclare fidē intexuit: et fidei ipsi virtutū fundamēta subiecit. Nam vt fortitudinis fundamentū est fides: ita et fidei firmamētū est fortitudo. Item ibi Chrys. Nō est ergo cōtentus fide intrinseca: sed τ exteriorem confessionē requirit. Inducēs aūt nos ad fiduciam τ maiorē affectū. ait Paulus ad Roma.x. Si cōfitearis ore tuo dñm iesum: τ credas in corde tuo q̄ eū dñs a mortuis suscitauit: saluus eris. Totū christū et mysterijs in his interpretatur. Decet em̄ prius ortū a deo patre verbū.i. vnigenitū ex ipsius substātia cōfiteri dñm oim: nō tāq̄ ab extrinseco et furtiuū sortitū dominiū: sed existērē re vera naturaliter dñm. in vtroq3 symbolo. dñm iesum christū τ patrem. Cōsequenter oportet fateri q̄ hunc deus a mortuis suscitauit: ipm.s. factū hoiem et passum in carne p nobis: sic em̄ resurrexit a mortuis. Quisquis ergo sic cōfitebitur christū corā hominibus vt deū τ dñm: christus eū cōfitebitur corā angelis dei: tūc tēporis quū descēderit cū sanctis angelis in gloria patris sui in seculi cōsummatiōe. Mat. xxv. hucusq3 Chrys. Dixisti in Ps.cv. Cōfiteamur nomini sancto sponsi: et gloriemur in laude eius. Iterum dicis in ps.cx. τ.cxxxvij. Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Et iterū in ps.cxliiij. Cōfiteātur tibi oia opera tua. et psalmographus in persona tua hāc cōfessionē sepissime repetit: vt eā cordi et auribus tuis inculcet. Sed quis hodie ex illis qui se filios tuos dicūt: τ maxime qui te regūt: spōsum tuū dñm iesum christū veraciter confitetur? Radix em̄ vere fidei cōfessionis in corde nascit̄. s̄m Chrys. Quia corde credit̄ ad iustitiā. Roma.x. et Philippus eunucho ait. Si ex toto corde credis. Act.viij. In ore sicut flos pducitur: q: ore fit cōfessio ad salutē. ad Roma.x. et ps.cviij. Cōfitebor dño nimis in ore meo. Propter quā confessionem ait dñs cephe Petro cōfitenti. Tu es christus filius dei viui. Beatus es Simon bariona. Mat.xvj. Quā beatitudinem tūc perdidit τ pro illo tpe ipse Simon: quum timore mortis negauit: τ ait. Nō noui hoiem. licet corde nō negaret: criminaliter tamē peccauit: sed hereticus nō fuit: quia nō corde negauit: sed propter oris negationē perijsset: nisi ad lachrymās cucurrisset: τ nisi eum dñs misericorditer respexisset. de hoc Mat.xxvj. dist.l. fidelior. vj.q.j. imitare. xj.q.iij. nō solum. de peni.di.j. petrus. ¶ B Et hoc ideo quia radix que nō germinat frondes: exiccata est: et fides cordis et nō oris arida est. nā et ideo deus nobis dedit os sicut τ cor: vt vtrūq3 pariter christū cōfiteatur: fructus vero cōfessionis in operib⁹ ostendit̄. Sed preuaricatores redite ad cor. Quot em̄ intra istā sanctā ecclesiā perfidi heretici corde negant saluatorē nostrū incarnatū verbū? aut eum verū deum christū negantes corde.i. hominē de spiritusancto conceptū: τ plenū spiritusancto: subsistentem ex aia rationali τ humana carne: passibilem τ mortalē negātes: aut verū dei filiū, patri consubstantialē, coomnipotētem, et coeternū pertinaciter diffitētes. xxiij. dist. qui episcopus. ex̄ de sum.trini.c.j. τ de cele.mis. in quadā.j.rñ. et ex̄

Universidad de Deusto Biblioteca

de sum.tri. catholice.in cle. aut de hac orthodoxa fide cor/
daliter hesitātes: qđ dubiū mētis impie hos hereticos fa/
cit: q: hec fides est corde firmiter credenda: ⁊ ore simplici/
ter cōfitēda. de hoc legit̃ ex no.xxiiij.q.j.aperte. de sum.tri.
c.j.⁊ de hereti. dubius. Tales impij nullatenus p ignorā/
tiā excusantur: q: circa fidē ignorans ignorabit̃.j.ad Cor.
xiiij.xxxvij.di.§.vlti.⁊.c.vlti. et heretici nescientes heretici
sunt.vj.q.j.quero. hi impij filiū dei dn̄m iesum aut hoiem
purū.xxiiij.q.iij.quidā.ver.pauliani.⁊ ver.harpocratiani.
aut sine aīa.vt eo.c.ver.apollinariste. aut minorē patre cō
stituūt filiū.p̄al.c.quidā.ver.donatiste.carnalē imagina
tionē habētes: ⁊ carnaliter verbū Joannis/ Pater maior
me est. Jo.xiiij.intelligētes.¶ C Dn̄s em̄ Jesus tūc lo/
quebatur de se hoie: quo maior est deus pater suus: et de
se creatura: qua maior est deus creator pater suus: et ipse
q: deus/maior est se creatura: sed quantū ad diuinitatem
suā quā eādem habet cum patre: ⁊ a patre.ait Jo.x.ego et
pater vnū sumus.ex̃ de sum.tri.c.ij.vbi Aug. Utrūqꝫ audi.
et vnū.et sumus.⁊ a charibdi.⁊ a scylla liberaberis. Dū di
xit/vnū: liberat te ab Arrio.de quo.xxiiij.q.iij.resecande.⁊
q.ea.quidā.ver.arriani.et ver.bonosiani.et ex̃ de cele.mis.
in quadam.j.rn̄. Dū dixit/sumus: liberat te a Sabellio.de
quo.xxiiij.q.fi.c.quidā.ver.sabelliani. Si vnū: non ergo di
uersum.si sumus: ergo pater ⁊ filius. Jtē Augu.vij.de tri/
ni.c.vlti. Unum em̄ sumus dictū est: ꝙ ego ⁊ ille ꝺm essen/
tiam vnū sumus: nō ꝺm relatiuū. Jtē Hilarius.viij.de tri/
ni. Hec igitur q: heretici negare nō p̄nt: impietatis sue mē
dacio neganda corrūpunt. tētant em̄ illud ad vnanimita
tis referre cōsensum vt volūtatis in ijs vnitas sit: nō natu
re.i.vt nō per id ꝙ sunt: sed per id ꝙ idem volūt vnū sint:
sed per nature natiuitatē/ dū nihil deus in eo ex se gignen
do eū degenerat/vnū sunt: dū operāte se operatur pater:
dū ip̄e in patre/et in eo pater est. Hoc nō prestat creatura:
sed natiuitas.nō efficit volūtas: sed potestas.nō loquitur
vnanimitas: sed natura. Non negamus igit̃ vnanimitatē
inter patrē et filiū.nā hoc solēt heretici mētiri: vt cū solam
concordiā ad vnitatē nō respicimus: discordes ab eis a no
bis affirmari loquātur. Sed audiāt qm̄ a nobis vnanimi
tas nō negat̃: vnū sunt pater ⁊ filius: natura/honore/vir
tute: nec natura eadem potest velle diuersa. De heresibus
Arrij ⁊ Sabellij.xvj.dist.c.sexta.ver.prima.xxiiij.q.iij. qui/
dā.ver.arriani.et ver.sabelliani. Jtem Jo.x. Pater in me
est: ⁊ ego in patre.vbi Hilarius. Hoc est illud/dei fili⁹ sum.
Hoc est illud/ego et pater vnū sumus. Et ibi Augu. Non
em̄ sic filius dei dicit. Jn me est pater: ⁊ ego in illo.quomo
do p̄nt dicere hoies. Si em̄ bene cogitemus: in deo sum⁹:
et deus in nobis est: quasi participātes eius gratiā et illu/
minati ab ipso. Unigenitus aūt filius in patre est: ⁊ pater
in illo: tāqꝫ equalis. Et iterū. Pater meus qđ dedit mihi
maius oībus est. Jo.x.ex̃ de sum.trini.c.ij. Hilarius.vij.de
trini. Nō occultat ex patre esse se natū.qđ em̄ a patre acce
pit: accepit nascēdo: nō postea. Et ibi Augu. Nō em̄ crescē
do/sed nascendo equalis est: qui semꝑ natus est/de patre
filius: de deo de⁹. Hoc est ergo qđ dedit mihi pater: quod
maius oībus est: vt.s.ꝺm verbū eius: vt ꝺm vnigenitus fi/
lius eius: vt ꝺm splēdor lucis eius. de hoc ex̃ de sum.trini.
c.ij.§.licet.ibi.iuxta qđ. Et iterū. Pater in me manēs ipse
facit opera. Nō creditis q: ego in patre: ⁊ pater in me est?
Jo.xiiij.vbi Chrys. Uidi aūt abūdantiā super vnius sub/
stantie demōstratione.q.d. nequaqꝫ aliter facit pater ⁊ ali
ter ego.sicut et Jo.x.alibi ait. Si nō facio opa patris mei:
nō credatis mihi.¶ D Jtē ibi Augu. Arriani dicūt. Ec/
ce inequalis est patri filius: nō a seipso loquitur. dicūt Sa
belliani. Ecce qui pater est: ipse est fili⁹. Quid est pater in
me manens ipse facit opera: non in me maneo ipse qui fa/
cio. Sed manere in filio patrem nō est singularis atqꝫ vni
ti.q.d.alius est pater/alius filius. Operari vero per filiū/
patrem: nō est differentis aut exteri: sicut nō vnius est/nō
a se loqui que loquitur: neqꝫ rursus alieni ac separabilis/
loqui per loquentē. Et q: in se patrem loqui ⁊ operari do/
cuerat: perfecte vnius vnitatis fidē statuit dicens. Credi/
te mihi: quia ego in patre: et pater in me est: ne.s.per virtu
tis efficiētiam/et nō per nature que ꝺm natiuitatē est pro/
prietatē/pater in filio ⁊ operari crederet̃ et loqui. Jtē Jo.
v. Nō potest filius facere quicqꝫ nisi quod viderit patrem
faciētem.de cōse.dist.v.c.vlti.in fi.vbi Augu. Quidam qui
christianos se haberi volunt Arriani heretici dicentes ip/
sum filiū dei qui suscepit carnē: minorē esse ꝙ pater est: ca/
piunt ex his verbis causam calūnie.et respondent nobis.
Uideris q: dn̄s Jesus quū aduerteret iudeos ex hoc mo/
ueri ꝙ patri deo equalem se faceret: talia verba subiunxit:
vt se equalē non esse monstraret. Qui enim nō potest (in/
quiunt) facere a se quicqꝫ/nisi quod viderit patrem faciē/
tē: vtiqꝫ minor est: non equalis. Sed si dicat deus erat ver
bum: ⁊ est deus pater maior: duos deos colimus: nō vnū
deum.et ibi Hilarius.vij.de trini. Ne igitur exequatio illa
per nomen naturam natiuitatis que filij est/auferretur ei
dem: ait filiū a se nihil facere posse. Jtem ibi Augu. Tāqꝫ
diceret. Quid scandalizati estis: quia patrē meū dixi deū:
et quia me equalē feci? deus ita sum equalis vt ille me ge/
nuit: non vt ille a me/sed ego ab illo sim. Filio hoc est esse
quod posse. Quia ergo substātia filij de patre est: ideo po
tentia filij de patre est. Quia ergo filius non est a se: ideo
nō potest a se. Sic ergo nō potest filius a se facere quicqꝫ:
nisi quod viderit patrē facientem: quia videre filij hoc est
natum esse de patre: non alia visio eius et alia substantia
eius: totū qđ est de patre est. Jtem Hilarius.vij.de trini.
Ut aūt maneret salutaris in patre ⁊ filio confessionis no
stre ordo: naturā natiuitatis ostendit: que potestatem effi
ciendi nō per incrementa indultarū ad vnūquodqꝫ opus
virium sumeret: sed de cognitione presumeret. Presume/
ret aūt nō de aliquo operis corporalis exemplo.vt qđ pa/
ter prius faceret/id postea filius facturus esset: sed quum
ex patre filius natus esset: per virtutis ac nature in se pa/
terne consciētiam nihil quod patrē faciētem vidisset/filiū
posse facere testatus est: non em̄ corporalib⁹ modis deus
videt: sed visus ei oīs in virtute nature est. vide de conse.
dist.v.c.fi. Jtem Aug.ij.de trini.hoc autē si proprie dictū
accepimus q: in forma accepta ex creatura minor est fi/
lius: consequens erit vt prior pater supra aquas ambula
uerit: et cetera fecerit que filius in carne apparēs inter ho
mines fecit: vt possit ea filius facere. Quis autem vel deli
rus ista sentiat? Jtem Augu.super Jo. Jo.vj. Ambulatio
illa carnis supra mare a patre fiebat per filium: quādo
enim caro ambulabat: ⁊ diuinitas filij gubernabat: pater
absens nō erat.quū filius dicat Jo.xiiij. Pater in me ma/
nens ipse facit opera. Quum ergo dixisset Jo.v. Non po/
test filius a se facere quicqꝫ: ne forte carnalis arriperet in/
tellectus vt faceret sicut hō: quasi duos fabros vnum ma
gistrū alterum discipulū: vt quomodo ille fecit arcam: iste
facit alterā secutus eum: ait Jo.v. Quecūqꝫ ille fecerit/et
filius similiter facit. Non ait quecūqꝫ pater facit/et filius
alia similia facit: sed hec eadē. Mundū pater/mūdum fi/
lius/mūdū spiritussanctus fecit. Unus mūdus factus est
a patre per filiū in spū sancto. Hec ergo eadē facit. Simili
ter aūt addidit ne alius error in animo nasceretur. Uidet̃
em̄ corpus hoc idē facere qđ animus: sed nō similiter. Ani
mus em̄ imperat corpori: corpus visibile est: animus inui
sibilis: vt si aliquid seruus iubente dn̄o fecit: idē ab vtroqꝫ
factum est.sed nūquid similiter? nō.ergo sic pater ⁊ filius.
Sed et hec eadē facit et similiter facit: vt intelligamus si/
mili potētia facere filium eadē ipsa que facit pater. Equa/
lis est igitur patri filius. Jtē Chrys. Dū dicit̃ Jo.v. A seip
so non potest facere quicqꝫ: intelligendū est quia nihil cō/
trarium patri/nihil alienum ab eo facere potest. Jdeo au
tem nō dicit quoniā nihil contrarium facit: sed quoniā nō
potest facere: vt hinc ostendat similitudinem et certitudi
nem parilitatis. Nō inbecillitatem filij: sed multam eius
virtutem ostendit hoc verbū. Sicut enim quum dicimus
impossibile est deum peccare; non inbecillitatē eius accu/

samus: sed ineffabilem quādam eius virtutem testamur.
Jta quū dicit filius non possum a meipso facere quicqꝫ: di
cit ꝙ impossibile est eū facere aliquid cōtrariū patri. Jtē
Augu.cōtra sermonē Arrianorū. Hoc aūt nō deficiētis est:
sed in eo ꝙ de patre natus est ꝑmanētis. Tamqꝫ laudabi/
le est omnipotētē nō posse mutari: ꝙ laudabile est ꝙ om/
nipotēs nō potest mori. Potest em̄ filius facere quod nō
vidisset patrē facientem: si posset facere qđ per illum nō fa
cit pater: hoc est si posset peccare. Neqꝫ em̄ nature immu/
tabiliter bone que a patre est genita conueniret. Hic autē
q: nō potest: nō deficiēter non potest: sed potēter. Jtē Jo.
vj. Sicut misit me viuēs pater: et ego viuo propter patrē.
vbi Chrys. Ac si dicat. Uiuo ego sicut pater. Et ne ingeni/
tum existimes: adiecit/propter patrē: patrē esse principiū
occulte insinuās. Et Augu. Quia ipse de illo est sine detri
mento equalitatis dictū est. Nec tn̄ nostrā eādem et suam
equalitatē significauit: sed gratiā mediatoris ostēdit. Si
aūt ꝺm id accipimus/Uiuo propter patrē/ꝙ alibi ait/Pa
ter maior me est.hec verba dixit/Sicut misit me. Joā.xiiij.
ac si dicat. Ut ego viuā ꝑpter patrē.i.ad illū tāqꝫ ad maio
rē referam vitā meā: exinanitio mea fecit: in qua me misit.
Ut aūt quisqꝫ viuat propter me: participatio facit: q: mā/
ducat me.de cōse.di.ij.in christo pater. Jtē Jo.xiiij. Phi/
lippe/qui videt me: videt ⁊ patrē. Hilarius.vij.de trinita.
Solemus enim de simillimis duobus ita loqui. Uidistis
illum? vidistis illum. Sic ergo dictū est. Qui videt me: vi/
det et patrē. Non ꝙ ipse sit pater ⁊ filius: sed ꝙ a patre si/
militudine in nullo prorsus discrepet filius. Nō autē hic il
le visum oculorū carnaliū signat. Nō em̄ hoc quod ex par/
tu virginis carnale est: ad cōtēplandam in eo dei formā et
imaginē proficit. Sed intellectus dei filius/id prestat: vt
intellectus et pater sit: vt dn̄ica imago est: vt non differat
genere: sed significet authoritatē.nō enim solitariū sermo
signat: ⁊ indifferentē tamen naturā professio docet. Quū
enim dicitur ⁊ patrē: exclusa est singularis atqꝫ vniti intel
ligentia. Et quid reliquū est: nisi per nature vnitā similitu
dinem pater per filium visus sit? Que enim ignorādi pa/
trem aut ostendendi ignorantibus necessitas relinqueba
tur: quū pater in filio visus esset ex proprietate nature: dū
ex indifferentia vnitatis vnū sint natus ⁊ generās? vt hic
sermo dn̄i sequeretur Jo.xiiij. Non credis quia ego in pa/
tre: et pater in me est? Pater aūt in filio: et filius in patre:
nō per duplicem cōuenientium generū coniūctionē: neqꝫ
per insitam capacioris substātie naturam: q: per corpora/
lem necessitatē exteriora fieri ijs quibus cōtinētur interio
ra nō possunt: sed per natiuitatem viuētis nature ex viuē/
te: dum non aliud ex deo ꝙ deus nascitur. Naturā em̄ suā
(vt ita dicā) sequitur indemutabilis deus indemutabilē
gignēs deum: nec naturā suā deserit ex indemutabili deo
indemutabilis dei perfecta natiuitas. Subsistentē igitur
in eo dei naturā intelligimus: quū in deo de⁹ insit: nec pre/
ter eū qui est deus/quisqꝫ alius deus sit. Quod autē dicit̃
in eodē.c. Jo.xiiij. Pater maior me est.s. exposui.ver. sed
preuaricatores.vnde ibi Augu. Per qđ ergo filius nō est
equalis patri: per hoc erat iturus ad patrē: a quo ⁊ ventu
rus est iudicaturus viuos ⁊ mortuos. Per illud autem in
quo est equalis gignēti: nūqꝫ recedit a patre: sed cum illo
est vtiqꝫ totus pari diuinitate quā nullus continet locus.
Jp̄e ergo filius dei equalis patri in forma dei: q: semetip
sum exinaniuit. Phil.ij.non formam dei amittens: sed for
mā serui accipiēs: maior est etiā seipso: quia forma dei ma
ior est q̄ amissa non est/ꝙ forma serui que accepta est. Hec
igit̃ est forma serui in qua dei filius minor est nō patre so/
lo sed etiam spiritusancto. ꝺm hanc formā serui puer chri/
stus etiam parentibus suis minor erat; qm̄ paruus maiori
bus.sicut scriptū est Luc.ij.subditus erat. Agnoscam⁹ igi/
tur geminā christi substātiam: diuinā.s.qua equalis est pa
tri: humanam/qua maior est pater: vtrūqꝫ autē simul non
duo/sed vn⁹ christus: ne sit quaternitas: sꝫ trinitas deus.
Jdeo ergo dixit Joā.xiiij. Si diligeretis me: gauderetis
vtiqꝫ: q: vado ad patrē: quia nature humane gratulandū
est eo ꝙ sic assumpta est a verbo vnigenito: vt immortalis
cōstitueretur in celo: atqꝫ ita fieret sublimis: vt incorrupti
bilis puluis sederet ad dexterā patris. Quis nō hinc gau
deat: qui sic diligit christū vt et suam naturā iam immorta
lē gratuletur in christo: atqꝫ ip̄m speret futurū esse per chri
stum? Subtilior expositio precedenti illius verbi/ Pater
maior me est. Jtē ibi Hilarius.ix.de trini. Si donātis au
thoritate pater maior me est: nūquid per doni cōfessionē
minor filius est? Maior itaqꝫ donans est: sed minor iā nō
est cui vnum esse donatur. ¶ Hec vnitas et nō maioritas
per aliqua exēpla manualia/licet multū a trinitate ineffa
bili differētia/aliqualiter intelligi potest. Quia radius so
lis minor sole nō est: quia vnū cum ipso: et in ipso: et de ip/
so est. Nec sapientia sapiēte. Nec cogitatio cogitante. Nec
virtuoso virtus. Nec ars artifice. Sicut enim artifex nihil
operatur sine arte ⁊ sapientia sua: immo prius oia operat̃
in arte: ⁊ postea cōsequēter in opere: ita ⁊ pater nihil agit
sine filio. Sed prius omnia in ipso fecit sicut in arte: ⁊ con
sequēter oia fecit per ipsum in opere. Heb.j. Per quē fecit
et secula.vnde Augu. Jpse est ars dei omnipotētis plena
oīm actionum. Nec oculus vidente. Nec candor niue. Nec
verbū gignente. Nec vultus imprimēte. Nec imago signā
te. Nec brachiū forti. Nec nomen nominante. Nec intelle/
ctus intelligēte. Nec splendor igne. Nec esse ente. Nec spe
culum speculante. Nec odor odorante. Nec truncus radi/
ce. Nec notitia notificante. Nec puritas puro. Nec summa
bonitas summo bono. Nec charitas diligente. Nec simpli
citas simplicissimo. Nec perfectio perfectissimo. Nec enim
pater deus filiū generauit q̄ esset aliud ꝙ deus. homo em̄
hominē generat. deus deū: qui nō est alius deus: q: vnus
est deus: sed est ali⁹ a patre: quia filius non aliud: q: deus.
ex̃ de sum.trini.c.ij.§.licet.et.c.j.§.hec sancta. Non ergo fi/
lius minor patre ꝺm diuinitatē: quia idipsum est in maie/
state cū patre. Maledictus ergo Arrius de cuius errore
xxiiij.q.vlti.quidam.ver.arriani.cum sua sobole. cuius pe
na ꝺm Augu. indeterminata est: q: crescet eius pena vsqꝫ
ad diē iudicij: propter peccatū sequentium dogma suū pe
stiferum.facit qđ no.xxiij.dist. qui ep̄s.in glos.j. creationē.
apud inferos: q: eius venenosa doctrina totū fere orbem
depopulata est.xxiiij.q.iij.resecāde. quia negat filiū patri
equalē: et qui negat filiū patri equalem: negat deū patrē
habere deum filiū coequalē. Jmpius em̄ ille Arrius pres/
byter Alexandrinus cōfitetur deū patrem: et sterilē eū fa/
cit: vt filium cōnaturalem ⁊ coequalem nō gignat. ps̄.sed
mentita est iniquitas sibi. ps̄.xxvj.quia dicit dn̄s Esa.lxvj.
Nūquid ego qui alios parere facio: ipse non pariā? Unde
et senior ep̄s de sanctis ait contra Arrium. Maledicta sit
perfidia Arrij qui patrē omnipotentē sterilem facit. vnde
de filio dei dicit̃ Michee.v. Et egressus eius sicut a dieb⁹
eternitatis. et Osee.vj. Quasi diluculum preparatus est
egressus eius: et veniet quasi imber tēporaneus nobis: et
serotinus terre. ⁊ ps̄.ij. Ecce ego hodie genui te. Se enim
pater cognoscendo gignit filium. ⁊ ideo dicit hodie. Et q:
semper fuit pater: ideo dicit genui. q: in principio erat ver
bum. Jo.j. et verbū filius erat apud deū patrē per genera
tionē eternā.et ideo dicit erat: quod est verbū substātiuū.
q: filius homousion. et deus erat verbū: quia deus filius
de deo patre absqꝫ initio ⁊ fine. Hec est confessio orthodo
xa Nisseni concilij.cccxviij.patrum: vbi Arrius impius he
reticus cum suis hereticis discipulis condēnatur.vt habe
tur.xv.dist.canones.ver.horum prior.et.xvj.distin.c.sexta.
ver.prima autem. Hec confessio Athanasij greci doctoris
lucidissimi orientis et pro hac virtute cōfessoris clarissimi
in symbolo: Quicūqꝫ vult. Ac deinde confessio pape Jn/
nocentij.iij.theologi doctissimi in generali concilio decla/
rantis Firmiter credimus. ex̃ de sum.trini. Confessio con/
cilij Carthaginensis.iiij. cui interfuit Augu. xxiij.dist. qui
episcopus. Postremo confessio Clementis pape.v.in cō/
cilio Uiennensi.ex̃ de sum.trini.fidei catholice.in clemen.

Universidad de Deust[o] Biblio[teca]

Pro hac confessione confessores τ martyres inclyti effecti sunt diuersis orbis climatibus quamplurimi orthodoxi: vt ecclesiastica et tripertita narrat historia τc. ¶ Hic adde qđ legitur τ no. ex de sum.trini.c.ij. de cele.mis.in quadam. de hereti.cum christus.et.xxiiij.q.iij. quidā.ver.bonosiani. et ver.carpotraciani.et ver.alogij.τ ver.pauliani.τ ver.boetiani.et ver.sabelliani.et ver.nestoriani. E

Sed etiam o mater ecclesia etiā ore quot sunt intra sinum tuum exteriorē: qui sponsum tuū christum in quem se dicunt credere/ blasphemant. vt dicatur eis. Tota die nomen meum per vos blasphematur. Esa.lij.xlv.dist. de iudeis.j.ad Timo.vj.xxiij.q.v. cū caput. de qua blasphemia ex de maledi.c.ij. In nomine eius peierant. Per membra eius iurant: qui essent capite plectendi fm legē. vt legitur et no.xxij.q.ij. si quis per capillū. Falsas accusationes cōponūt. de ijs.iij.q.iiij. per totū.ij.q.viij.per totū.et.ij.q.iiij. Falsa testimonia proferunt.iiij.q.iij.qui falso. ex de crimi. fal.c.j.xj.q.iij.nolite. Corpus dominicū super quolibet verbo allegant et dilacerant mēdaces fallaces duplices.xxij. q.ij.§.ille.c.primum.et.q.iiij.§.ex his. Ore diligentes christum: sed lingua mentiti sunt ei: quia nunquam in ea est christus. Jo.xiiij.qui veritas est.dist.viij.si consuetudinē. Ora talium diaboli confessorum/ quia tota die eum habent in ore/ maxime Hispani qui in quolibet fere verbo dicūt/ demon. Ora draconis bestie τ pseudo prophete. de quibus Apocal.xvj. Uirus seminant: proditiones subordinant τ discordias inter fratres. Prouer.vj.xlvj.di.seditionarios. ps.xvj. Ora eorum loquuntur superbiam. Eorum lingua magniloqua.ps.xj. Labia eorum dolosa. Lingua eoꝝ gladius acutus.et ps.xiij. acuunt linguam suam sicut serpentes. venenum aspidum sub labijs eorum. de peni. dist.j.c. periculose. Adulatores.xlvj.dist.clericus qui.xxij.q.ij. primum. Molliūtur sermones suos super oleum: τ ipsi sunt iacula. fm Dauid ps.liiij.quia beatificātes alios/ deceptores sunt et proditores.xlvj.dist. sunt nōnulli. Turpia etiā eorum colloquia que bonos mores corrumpūt. fm Paulum.j.ad Coꝝ.xv.vt no.xxxvij.di.turbat. Uere lingua multoꝝ plena veneno mortifero. Jaco.iij.vbi satis de ista mala lingua. Murmuratores sunt contra deum τ eius rectores. Exo.xvj.j. ad Coꝝ.x. Judicatores hominum ante tēpus.j.ad Coꝝ.iiij.ij.q.j.multi. Cōtumelijs τ iniurijs alios contristātes. De verbis otiosis de quibus in die iudicij ratio est reddenda. Mat.xij.xxij.q.si.c.penul. cōscientiam nō habētes.contra Apostolū Roma.xij. Maledicētes: nūquam benedicentes. xxiiij.q.iij.§.illicita.cum.c. seq.et.§. sed qui pro persecutoribus.cū.c.seq.et.c. deus quando maledicit. Contra consuetudinē ecclesie contendentes.j. ad Coꝝ.xj. Contra veritatem disputantes.xxiij.q.vj.vides.iij.q.vij.§. tria.ver.si quis a deo. et determinantes. Falsa patrocinia et consilia impendentes.xj.q.iij.non licet. Iniquas sentētias dei timore postposito proferentes.xj.q.iij. tunc vera. et.c.quatuor. Pauperes exasperantes.xxv.dist.§.als aūt. ver. qui autem. Se laudantes.xj.q.iij.si quis vero. vbi de hoc.xxviij.q.ij.quidā monachorum. Muti ad deū laudādum: ora hiantes ad rumores dicendum et detrahēdum. de peni.dist.j.homicidiorum. ¶ F Sed et quot et derici religiosi τ prelati cum talibus linguis pestiferis dicunt horas canonicas et deum laudare vidētur: immo potius irrident et subsannant. vnde ps.xlix. Peccatori autem dixit deus. quare tu enarras iustitias meas τc. iij.q.vij.§.tria. ver.idē testatur. quia et de vno fonte non procedit aqua amara et dulcis: nec de vno ore maledictio et benedictio. Jaco.iij. Unde et dominus talibus benedictionibus maledicit.j.q.j.maledicam.et officia taliū et festa eorum odit anima eius et proijcit. Esa.j.xxiiij.q.j.odi. et kalendas eorum non recipit. Labijs christum honorare videntur: sed cor eorum lōge est ab eo. Esa.xxix. Mat.xv. Literam mortuam proferunt: quam nec intelligunt/ nec attendunt: de viuificante spiritu non curantes.j.Coꝝ.xiiij. Orabo spiritu: orabo et mēte.et sequitur ibi. Sed in ecclesia magis volo quinque verba meo sensu loqui: vt et alios instruā: quam decem milia verborum in lingua.ij. ad Coꝝ.iij. Multa verba psalmorum proferunt: sed parum colligunt. de conse. dist.v.non mediocriter.quia grano iūgunt zizania. Mat. xiij. Mens eorum plena iniquitate/ caret suauitate. Currunt τ syncopizant officium. ex de cele.mis.dolentes. quia non habent ad deum desiderium nec animum: quum more tuo sono verborum credunt deo τ conscientie satisfacere: sed ipsum videntur potius deridere. deus em̄ spiritus est: et qui ipsum adorant: in spiritu et veritate adorāt. Jo.iiij. quia sursum corda. de conse. dist.j.quando.et in veritate.j. absque iniquitate orant. ad hec.xxxviij.dist. sedulo.xcij.dist. cantantes. de conse. dis.iiij.si non sanctificatur. Et hoc est quod precipit concilium ecclesie generale quod per obedientiam omnes derici/ quorum etiam nomine religiosi intelliguntur. xvj.q.j.legi.xij.q.j.duo. officium diurnum pariter et nocturnum dicere tenentur quantū cum deo poterunt attente pariter et deuote. ex de cele.mis.dolētes. Sed que attentio potest esse vbi cor nō est? vt hodie quasi quilibet possit dicere cum ps.xxxvij. Et cor meum dereliquit me et ipsum non est mecum. Extra se enim quasi omnes vagantur: et vix inuenitur qui fm Dauid cōuertatur ad cor: et in se: sicut filius prodigus fecit. Luc.xv. nec qui secum habitet: sicut christicola Benedictus relinquens pestiferos cucullatos qui porrexerant ei venenum. vij.q.j.§. hoc tūc in si.τ.xviij.q.ij.§.ecce. nec qui cor deo tribuat: quod a nobis principaliter petit deus dicens. Prebe mihi fili cor tuum. Prouer.xxiiij. Quis hodie potest dicere/ Clamaui in toto corde meo: exaudi me dn̄e. ps.cxviij. Nec qui dicat/ In toto corde meo exquisiui te. ps.cxviij. Nostrū enim cor intra nos diuisum est: et ideo interimus. Osee.x. et prauum est et inscrutabile et malitia plenum. Hiere.xvij. Nō enim coram deo nostro rectū est cor nostrū: nec fideles sumus in testamento eius. ps.lxxvij. Cordis mūditia recessit a nobis: et ideo non videmus deum. Mat.v. Si cor contritum et humiliatum esset/ fm Dauid/ et spiritus contribulatus.l. dist. ponderet. attentum esset in oratione. sed cor nostrum escis nō gratia stabilitum est. Hebre.xiij. et ideo mobile et vagum est. et in corde et non corde loquimur. fm Dauid. Et ideo Cyprianus martyr dicebat. Quando stamus ad orationem: inuigilare et incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis τ secularis abscedat: nec quicquam tūc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo autem sacerdos ante orationē prefatione premissa parat fratrum mentes/ dicēdo Sursum corda: vt dum respondetur/ Habemus ad dominum: admoneamur nihil aliud quam deum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus nostrū: et soli deo pateat: nec ad se hostem dei tempore orationis venire patiatur. de conse. dist.j.quādo. Immo etiam fm Bernar. in canticis. nedum malum maxime tempore psalmorum cogitare non debemus: sed nec aliud bonum quam verborum psalmorum quos canimus intellectum: quia psallam spiritu psallā et mēte.j. ad Coꝝ. xiiij. quia propria proferimus verba psalmorum: vt ea intelligamus: nec alias cogitationes quantūuis bonas misceamus: quia spiritussanctus simplex omnino in illo tempore de alio quam de sensu litere psalmoꝝ seruiri sibi nō vult: vnde Hiero.ad Rusticum monachum. Dicatur ad verbū oratio: sine intermissione vigilet sensus: nec vagis cogitationibus fit patens: corpus pariterque animus tendat ad deū. de conse. dist.v.nūquam.in prin. vbi de hoc.in glos.j.iuxta verbum. et sequitur in eodem.c. Nec vacet mēs tua varijs perturbationibus: que si peccato insederint: dominabuntur tui. ps.xviij. et te deducent ad delictum maximum τc. Predicta vera sunt nisi per excessum psalmodiādo extra se mens aliquādo rapiatur: et tūc deo fruatur: sed cessante gustu ad se reuertatur: et de intellectu verboꝝ que profert domino obsequatur. Sed quomodo possumus mentē tenere in officio quā mundo vendidimus. que etiā seminauimus in corde ante psalmorum decantationē cum mūdo loquendo et mundo cōuersando: hec in eis metemus. glos.vj. Cor dedimus ante officium vagationibus/ cogitationibus malis/ et affectionibus carnalibus/ tempore orationis talia metemus: et quia cor non custodiuimus ante officium diuinū: ideo ipsum in eo attentū tenere nō possumus. Quales ergo fm Jo. cassia. in collatione de oratione.i. nos in oratione inueniri volumus: tales ante orationem simus. super cordis custodiam stemus. Abacuc.ij.c. Audiamus quid loquatur in nobis dn̄s deus fm Dauid ps.lxxxiiij. quoniā loquetur pacē. et sanctas cogitationes et desideria inspirat et contritiones: per que vitia expellūtur. xxxij. q.j.cum renuntiatur. que faciunt guerram cordi. Et audiamus quid loquat in nobis luridus Behemoth. qm̄ loquetur guerrā malas cogitationes et desideria carnalia vel secularia. ad Tit.ij.in cordib9 exufflando. Si em̄ intrauit in cor Jude simonis scariothis vt suum proderet redemptorem. Luc.xxij.in prin.ibi. Intrauit autem sathanas in Judam. vbi Titus. In Judam sathanas intrauit: non impellens: sed patulum inueniens ostium. nam oblitus omnium que viderat ad solā auaritiam dirigebat intuitum. Item ibi Beda. Non est autem huic contrariū qđ Jo. dicit Joā.xiij. post buccellam intrasse in eum sathanā: quia nunc intrauit vt quod erat alienum tentaret: tūc autem vt quasi proprium ad quecūque vellet agenda attraheret. Et Jo.xiij.ibi. Cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Judas simonis scariothis. Ubi Aug. Missio ista spiritualis suggestio est: et non fit per aurem: sed per cogitationem diabolice suggestiones immittuntur: et humanis cogitationibus immiscētur. Factum ergo iam fuerat in corde Jude per immissionem diabolicam vt traderet discipulus magistrum. Et in codē.c.ibi. Et post buccellam introiuit in illū sathanas. vbi Orige. Attende. de primo quidem nō introiuit sathanas in Judam: sed immisit in cor eius solum vt proderet preceptorem. post panē aūt in eum ingressus est. quāobrem nobis cauendū est ne diabolus intrudat in cor nostrum aliquod ignitoꝝ suoꝝ telorum. Nā si intruserit: insidiatur deinde vt et ipse introeat. Item Chrys. Donec em̄ fuit in collegio: non audebat insilire: sed extrorsum immittebat. quando vero eum manifestum fecit τ expulit: libere de cetero in eum insiliuit. Item Aug. Uel intrauit in eū: vt sibi iam subditū plenius possideret: neque enim non in illo erat quando cū iudeis de precio tradēdi dominum pactus est. quum Lucas dicat Luc. xxij. Intrauit autem sathanas in Judam: et abijt: et locutus est cum principibus sacerdotū. Talis iam venerat ad cenādū: sed post panē introiuit in eū: nō ad hoc vt alienū tentaret: sed vt proprium possideret. Item ibi Orige. Decebat em̄/ vt existimo/ per panis exhibitionem auferri ab eo bonum quod se habere credebat: quo priuatus factus est capax ingressus sathane in ipsum. Dicūt autem aliqui. Ita ne meruit panis porrectus de mensa christi: vt post illum intraret in discipulum sathanas? Quibus respondemus hinc potius nos doceri quam sit cauendum male accipere bonū. Si enim corripitur qui nō dijudicat.j. ad Coꝝ.xj. hoc est/ non discernit a ceteris cibis domini corpus: merito a dn̄o dānatur qui ad eius mensam fingēs se amicū accedit inimicus. ad hec de conse. dist.ij.et sancta. sicut etiam tētauit sathanas Ananiā et Saphyram: vt de precio agri venditi Petro apostolo mentirentur: et ab eo necarētur. Act.v.xxiij.q.viij.legi.τ.c.petrus. Iste est ille inimicus homo: quia hominem decipit: qui seminat inter triticum bonarum cogitationum quas immittit dn̄s zizania turpiū τ vitiosarū affectionū et intētionū. Mat.xiij. ¶ G Iste enim aduersarius sathā maxime psalmorum et orationis tempore seruos dei nititur impedire: quia nil eum sic percutit/ sic eneruat/ sicut oratio coram deo. Ignita enim oratio et fidelis ignis demonū est: τ victoria cōtra eos.xxxvj. dist. si quis. Ibi enim corā tribunali christi deuota anima aduocat contra eos: impugnat eos: allidit eos: incendit eos: detinet eos: discooperit eos. sic Publius monachus orans continue decē diebus missum demonē a Cesare Juliano apostata in occidentē detinuit ne transiret. spiritus demones ab oratione que fit in spiritu repelluntur: subtiliores enim demones et robustiores oratione pēnata pellūtur. Mat.xvij. et Mar.ix.ibi. Hoc autem genus nō eijcitur nisi oratione τ ieiunio τc. vbi Remigius. Oratio intelligenda est generalis que in pijs et bonis operibus cōsistit. de qua dicit apostolus. Sine intermissiōe orate.j.ad Thessa.v.xxxj.dist. tenere.et.c.si laicus. Idem Mar.ix. et Luc.xviij. Oportet semper orare. penne autem orationis que faciunt eam volare: sunt ieiuniū et eleemosyna. vnde Isidorus. Facilius per ieiuniū oratio penetrat celos. Itē Chrys. Infirma est oratio que eleemosynarū largitate nō est munita. vnde Hester.xv. Hester oratura regem Assuerum indura habitu regio cū duabus famulis intrauit ad ipsum Hester que interpretatur eleuata: significat animā deuotam: que eleuat se interius cōtra se: et quia etiam interpretat abscōdita: que est oratio que se occultat. Mat. vj. Ora patrem tuū in abscondito. Tob.xij. Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna. Sic a Moyse orante vincitur Amalech. Exo.xvij.xxxvj.dist.c.vlti.a Judith Holofernes. Judith.xiij. A machabeis hostes. vt in lib. Macha. legitur. ab Hester inimici iudeorū maxime Aman. Hester vij. a magno Antonio egyptio et Bartolomeo aplo demones. a Petro et Paulo Simon magus. vt in legenda eoꝝ dicitur. Et hec est ratio principalis quare etiam fideliter et deuote orantes magis quam alio tempore vagationes sentimus: quia a demonibus tūc amplius impugnamur. ¶ H Et nota quod ante introitū officij premittimus ver. Deus in adiutorium meum intēde. ps.lxix. de quo.vij.q.j. §.hec aūt.q: sicut dicit glos. sup pdicto ver. hic versiculus ante omnes horas in initio dicitur: q: quum orare debemus: maxime tunc tentare nititur diabolus: vt musce morientes perdāt suauitatē vnguēti. Eccl's.x. quare ante omnia cōtra illius insultus auxilium a dn̄o postulamus. Sed si impugnamur: signū est quod pugnamus/ fm Climacū/ maxime in oratione q̄ pregrandē habet laborem τ pugnam. vera igit oratio/ vera est christi cōfessio. veri em̄ oratores veri cōfessores. Quis enim vere cōfitetur deū creatorem redemptorem/ gubernatorē/ remuneratorē/ condēnatorē profectorē/ τ defensorem/ adiutorem/ cōfortatorē/ liberatorē/ boni inspiratorē/ τ tādem glorificatorem: nisi qui eū orat in spū τ veritate. Jo.iiij. Quis em̄ cognoscit se τ deum: nisi orans spū. quis deū sentit: quis in eo cōfidit τ sperat: credit τ amat: τ regratiat: nisi orans mētaliter. Que magis cōfessio: quam cōtinua oratio: pressum acidia τ dormitatione τ pugna nō recedere a deo: sed cum eo colluctari. hec dei latria/ dei glīa/ gemitus/ planctus/ dolores coram eo/ τ sancta suspiria τ singultus. I

Orationis vis ex.

Sed de cōfessione reali operis quid dicamus hodie: nisi quod dicit Apl's ad Tit.j. labijs me honorāt τc. Esa.xxix. τ Math.xv. Cōfitentur se nosse deum: factis aut negant. Negatur autē virtus p vitium. τ quoties bonū agimus: cōfitemur deum. τ quoties malum: toties deum negamus.xj.q.iij.existimant.xxj.q.v.cauete. vn̄ Bern̄. Putas ne filium dei reputat iesum quisquis homo ille est/ q̄ nec ipsius terretur cōminationibus: nec attrahit pmissionibus: nec preceptis obtempat: nec cōsilijs acquiescit: nōne talis nosse se deum fatetur: factis aūt negat. vn̄ τ dominus ad opera nos remittit. Jo.x. Si mihi non vultis credere: operibus credite. τ Ja.ij. Ostendam autem tibi ex operibus fidem meam. vn̄ τ ibi dicit. Fides sine operibus mortua est. de peni.di.ij.si enim.τ ex de sacra vnc.ca.vnico. §.refert. ad Ro.ij. vbi de hoc. Tota hodie dei ecclesia in omni statu plena est verbis sterilibus: et quibusdam exterioribus cerimonialibus apparentijs. nam quicquid predicent religiosi τ derici et cantent et celebrent et legant alijs: nullus eorū satiatur honoribus: impletur pecunijs:

Universidad de Deusto Biblioteca

repletur comessationibus. exulat puritas. malitia triumphat. mendacium inundauit. auaritia in capite omnium. ad literā impletū est. Amos.ix. id est in prelatis. qui sunt capita aliorum. Amos.vi. Optimates capita pplorum. i. Regū xv. Nōne quū paruulus esses in oculis tuis caput tribubus israel factus es. vel in capite. i. in mente. ex de sacra vnc. c. vnico. §. refert. quia radix est auaritia in cordibus et mentibus omniū. Hiere.vi. A minori quippe vsq ad maiorem oms auaritie student: et a propheta vsq ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. et Hiere.viii. A minori vsq ad maximum oms auaritiā sequūtur. A ppheta vsq ad sacerdotem cūcti faciunt mēdacium. Pudicitia vix inuenitur. Superbia dilatauit soliū. Nedum recessit humilitas a cordibus quasi omniū: sed nec agnoscitur quid sit. Est autem humilitas sm Bern. virtus animi in nullo se preferens: nihil boni sibi adscribēs: exterius etiam deiectionis habitū deferēs. i. ad Cor. iiii. Quid habes qd non accepisti? Regnat crudelitas. Pietas non apparet. Pro obolo negatur deus. Spes in celestibus non est. Unusquisq se diligit carnaliter. sm illud. ii. ad Timo. iii. Et erūt homies seipsos amātes. Prudētia spūs soliuaga incedit. Prudētia carnis q est mors. Ro. viii. in curijs dnorum est. Temperantia est vbi copia non est. Somnus occupat totam noctem et partem diei. Fortitudo cedit tentationibus. Uilis et breuissima et vmbratilis oratio si qua est in peccato est. de peni. dis. iii. nihil profuit charitas. i. amor sui cōtra de peni. di. ii. charitas. iii. nūc semp excidit: sed vera nūq excidit. i. ad Cor. xiii. nullus pseuerat in bono incepto. vii. q. i. suggestū. Oēs manū ponūt ad aratrū et retro aspiciūt. de pe. di. ii. pēnata. Lu. ix. in fi. Luctus in carnis gaudiū versus est. Zelus pauptatis in aurū mutatus est. Māsuetudo simulata crebras vindictas facit. Misericordia ad celū redijt: et ibi predestinatos expectat. Stabiliuit sedem infelix martyrium vitiorū. Cōfessores adulatores facti sunt. Obediētia cōcupiscētias suas sequitur. Eccli. xviii. Si prestes anime tue concupiscētias faciet te in gaudiū inimicis tuis. xlviii. dis. virum. Sensus peculei. vagantur p cāpos. mors per eos continue intrat. Hiere. ix. nec est q claudat ostium. Mat. vi. Sitis iustitie. Mat. v. in psecutionē proximi versa est discretio. s. carnis dicens Roma. xii. Rationabile obsequiū vestrū. Ephe. v. et nemo carnem suam odio habet. Esa. lviii. xxiii. q. ii. non ex. corpus impinguat et vētrem distendit. Innocentia contra naturam machinatur dolos. Simplicitas colūbina. xvi. q. i. si cupis. vulpina astutia plena est. Ratio et intellectus captiui a sensualitate trahuntur. ex in clemen. de here. ad nostrū. §. ii. Sinteresis feruentiū in principijs in stoliditatem mutata est. Oēs cupiūt videri ab hominibus. Mat. vi. Uidere deū vix vnus desiderat. Luc. x. Mat. v. Xenodoxia. i. vana gloria opit oculos oim: et oms excecat. Tristitia scdm seculū multos perimit. ii. ad Cor. vii. Tristitia de peccato non inuenitur in terra. Animarū zelus. ex de custo. eu. c. ii. prelatos diffidat: q: amor sanguinis in eis arcem constituit. Cōfessiones in hypocrisi fiunt. de peni. dist. i. §. cum ergo. vt ex premissis ante. c. peniter. et di. v. c. i. ad fi. ꝟ. Quia igitur cor cōfitentiū versum non est. de peni. di. i. cōuertimini. Omni die fit vocalis cōfessio: et omni die canis reuertitur ad vomitū: et sus ad volutabra luti sui. ii. Pe. ii. Prouer. xxvi. de peni. di. iii. qui sunt. Uere crebra cōfessio: et nulla correctio nec mutatio. sed dei irritatio et irrisio. de peni. dist. iii. irrisor. Jeiunium celebratur: et gastrimargia solennizatur. xliiii. dist. c. i. Multe campane pulsantur. multe misse celebrantur. et multa crimina cumulantur. et multe iniurie deo irrogantur. Ordines conferuntur: sed precio cōparantur. i. q. i. cum ordinaretur. Sacramenta pfanantur: et characteres vitiantur. i. q. i. quibusdam. Multi dicunt officium: sed omnes habent preputium. Gala. vlti. Quilibet timet si mundus ei subtrahitur: nullus timet si regno priuatur. Clericatus accipitur vt quisq sortem mūdi nanciscatur. xii. q. i. clericus. Nullus tonsuratur vt deo seruiatur. Curia Romana regum et principum clericis et religiosis plena est. ex de of. or. quāto. Ecclesie solitudinem seruāt. O ecclesie derelicte. O ecclesie viduate. ex de elec. ne pro defectu. O ecclesie a suis precipue rectoribus et ministris spoliate. O ecclesie violate. xvii. q. iiii. protum. O ecclesie/ proh nefas/ stercoribus et immūditijs sordidate. ex de reli. et ve. sancto. c. ii. Sirene et heritij in vobis habitant. Altaria vestra discoopta manent. Sacramētalia nō reperiuntur in vobis. Quaterni disligati et iā ceci in fenestris vestris a muribus corrosi stāt. Paramēta p nimia vetustate. de conse. dist. i. vestimenta. dirupta et sordidissima super vestra altaria remanent. Lumen in vestris habitaculis non refulget. Lampades extincte sunt. Mat. xxv. ex de offi. custo. c. i. Sarratecta diruta. ex de eccle. edi. c. i. Uix habetur candela psalmi breuis cerea vt cōpleatur missa. de cele. mis. c. si. et de of. sacer. c. i. Pixides hostiarum araneis plene sunt. Calices stagnei: et aliqui plūbei pre vini erugine in eis impressa celebrātes ad vomitū prouocāt. de cō. di. i. et calix. Ostia vestra clausa sunt. xxi. di. c. i. ꝟ. ostiarij. et xxv. dis. c. i. ver. ad ostiariū. Rei ad vos cōfugiētes. xvii. q. iiii. p totum. ex de immu. eccle. inter. et c. vlti. ad vos intrare non possunt. Cur tanto tēpore tacuistis? Cur ad dnm amplius non clamatis: vt de his iam se vindicet? In his vitijs allegaris. s. que totam dei ecclesiā occupant/ iura pauca allegaui: q: notoria: neq accusatione/ neq alia pbatione indigent. ii. q. i. manifesta. ex de accusa. euidentia. ex de iureiuran. ad nostram.

¶ Articulus. li. A

Ex quo spōsa christi alma ecclesia cōfessores paucos germinas: quero abs te vtrum hoc tēpore gignas anachoritas et eremitas assisterios/ et solitarios veros/ qui soli deo sedeant et taceāt? xvi. q. i. placuit. ii. et leuent se supra se. Thren. iii. Qui edificent sibi solitudines: qui expectent mortē quasi effodientes thesaurū: qui gaudeāt vehementer quū inuenerint sepulcrum. Job. iii. qui errant in solitudinibus: qui habitēt in sepulcris. ps. xlviii. Sepulcra eorum domus illorum in eternum. et in cauernis terre. qui circūeāt in melotis et in pellibus caprinis. Heb. xi. qui ciuitates nō ingrediātur. facit. xviii. q. ii. quidam. sicut de se dicit dns per prophetam Exo. xi. qui socij sint ferarū et strutionum. Job. xxx. qui diem hominis nō desiderent. Hiere. xvii. qui vocē exactoris. i. ventris. i. non sint gulosi. sm Grego. in mora. non audiant. sm Job. iiii. Qui mollibus induātur. Mat. xi. circa prin. et Luc. vii. xxi. q. iiii. c. i. in fi. qui luctuosi et tristes sint. Mat. v. xvi. q. i. monachus. et c. placuit. in quorum maxillis lachryme sint. qui de labore manuum suarum viuant. i. ad Cor. xi. i. Thessa. iii. et. ii. ad Timo. vlti. et Ephe. iiii. i. q. ii. sacerdos. de cōse. dist. v. nūq. et panem otiosum nō māducent. Prouer. vlti. sed in sudore vultus sui vescantur pane suo. Gen. iii. Sed o vidua mater ecclesia domina gētiū multos habes sarrabaitas perpaucos anachoritas. de quibus. xvi. q. i. qui vere. et legitur et no. xxvii. q. ii. §. ecce q. et in glos. dicūt plurimos gyrouagos. xvi. q. i. monachi vagātes. perpaucos solitarios et celle assisterios. de quibus. xxvii. q. i. si quis rapuerit. et ex de. nō resi. c. penul. Istis em vltimis temporibus hypocritalibus plurimi maxime in Italia et Alemānia et Prouincia prouincie vbi tales Begardi et Beguini vocātur: nolentes iugū subire vere obedientie: sed libertate noxia potiri: nec seruare regulā aliquam ab ecclesia approbatā sub manu preceptoris: et ducis legitimi. vocati fratricelli. Alij de paupere vita. Alij apostolici. aliqui Begardi: qui ordinē in Alemānia habuerunt specie tenus: et quantum ad hominem exteriorem mundo renuntiare videntur: et dicentes religiosos ab ecclesia approbatos promissas regulas non seruare/ durante primo feruore deserta domestica penetrāt. Soli sedent: vel pauci simul. Paupertatem seruare videntur. Abstinentijs se macerant: sed ventrē replent. Disciplinę operam dant: sed deficiente feruore quasi post annū sedēt sub vmbra iuniperi. Jone. iiii. cuius cinis ignē vsq ad annum cōseruat. habita occasione de petēda Heliani eleemosyna: quam nequeunt petere nisi religiosi mēdicantes ab ecclesia approbati. ex de reli. domi. religionū. lib. vi. et inferius declarato. Uagari incipiūt. Ad hoies se conuertunt. Laborare refugiunt: q: panem otiosum inueniunt. Familiaritates maxime feminarū nunc spiritualiū nunc aliarum accipiunt. xviii. q. ii. diffinimus. et c. perniciosam. eis predicant. contra id ex de hereti. cū ex iniuncto. de deo loquuntur: dulces sermones proferūt. ii. ad Timo. iii. Roma. vlti. Simplices se ostēdunt. Per domos dominorum et viduarum conuiuātur. Otio vacāt. ii. Thessa. vlti. dictis et enumeratis aliquot pater noster: reliquo tempore aut pedes in commotionem dant: aut in suis cellis dormitant. Quid dicā pia mater ecclesia de talibus? quod dicunt sancti patres diuinitus inspirati: sicut dicit Piamon in collatione de tribus generibus monachorum. in li. Jo. cassi. qui vocatur collationes patrū. q istud est genus teterrimum et infidele monachorum in vera hypocrisi cōstitutorum: et noxia illa plantatio rediuiua que per Ananiā et Saphyram in exordio ecclesie pullulans/ apostoli Petri seueritate succisa est. Act. v. xxiii. q. viii. legi. et. c. petrus qui. Beatus apostolus predictos noui facinoris principes non penitentia. nō vlla passus est satisfactione curari: sed perniciosissimum germē clerici morte succidit. Illo igitur exēplo quod in Anania et Saphyra apostolica districtione punitum est/ nonnullorum contemplatione paulatim lōga incuria et temporis obliteratione subtracto: emersit istud sarrabaitarū genus: qui ab eo q semetipsos a cenobiorum regularium sub obedientia viuentium congregationibus sequestrarent: ac sigillatim suas curarēt necessitates: egyptie ligue pprietate sarrabaite dicuntur. hucusq Piamon. Et vt eorum secta pessima confundatur: sciāt se in nullo ordine viuere: nec in aliqua sancta vocatione manere. i. ad Cor. vii. c. ex de regula. licet. in pn. ab ecclesia approbata. Et hoc ideo precipue quia cōtra ecclesie sanctiones et cōcilia generalia/ statum et regulam et religionem sibi confingūt: nolentes vnam de approbatis ab ecclesia regulam profiteri: neq sancti Basilij epi Cesariensis. de qua. xviii. q. ii. diffinimus. nec sancti Augustini mūdi luminis: de qua ex de sta. re. quod dei. nec sancti Benedicti: de qua. xvi. q. i. sunt nōnulli. xx. q. iiii. c. fi. ex de sta. mo. cum ad monasterium. ex de regu. super eo. nec almi Frācisci preceptoris minorum: de qua ex de ver. signi. exijt. li. vi. et in clemē. eo. ti. exiui. ad hoc de cōse. dist. i. ecclesia. i. catholicorum collectio. ex de reli. domi. ne nimia. et. c. religionū. lib. vi. ff. de collegi. illi. l. iii. Et si aliqui de predictis gyrouagis aliquā regulam de prenominatis seruare se dicant: quia tamen extra congregationes promittentes predictas regulas sub prelatis legitimis tales acephali viuunt: nūq in veritate viuere possunt. vt preal. c. religionum. quia fundamēta religionum vera obedientia est. vnde dns Math. xvi. et. x. Marc. viii. Luc. ix. et. xiiii. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum et c. xii. q. i. non dicatis. et ps. lxv. Imposuisti homines supra capita nostra. xix. q. iii. statuimus. Contra istos sarrabaitas sunt expresse capitula. xviii. q. ii. quidam cellulas. c. nullus. c. perniciosam. Dare enim pro deo temporalia magnum est: dare in crucifixionem carnē propriam maius est; sed semetipsum sub manu prelati et obedientie dare et abnegare (quod est maximū) viri religiosi est. viii. q. i. sciendum est. Et ideo patres dixerunt q monachus fornicans adhuc monachus est: proprietatem habens adhuc monachus est: sed inobediēs monachus/ monachus non est.

Sarrabaitarū appellatio.

¶ B Magis est enim fundamentum religionis et stabilimentum obedientie vinculum q castitas et paupertas: quia sine obedientia impossibile est veram religionem posse fundari. ex de sta. mo. cum ad monasterium. §. abbas. de maio. et obe. cū in ecclesijs. §. ideoq. et. c. legebatur. xvii. q. ii. abbates.

Obediētia religiosis fundamentū.

¶ C Nec potest esse vera et perfecta religio: vbi non est sui abnegatio: et alteri superiori subiectio. Unde et tales religiosi fictivere acephali possunt dici. xciii. di. nulla. et facit quod no. xvi. q. i. qui vere. in glos. ii. Et ideo filius dei factus obediēs vsq ad mortē. Phil. ii. exemplum obediētie nobis prebens ait Mat. xxvi. Mar. xiiii. Luc. xxii. Uerūtamen non mea voluntas/ sed tua fiat. vbi Dionysius Alexandrinus sexto. Perfectā volūtatem patris quam ipse nouerat petit sortiri effectū: que eadem est et sua sm deitatem. Renuit autem impleri humanam voluntatem: quam dicit suam/ paterna voluntate minorem. Item ibi Athanasius. Geminum enim hic velle ostendit: alterum quidem humanum: qd est carnis. alterum vero diuinum. humanitas enim ob carnis fragilitatē recusat passionē: sed diuinus eius affectus affectans eam subijt: eo q non esset possibile eum detineri a morte. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. ps. xv. et Act. ii. Item Greg. Nissenus. Apollinaris hereticus asserit q christus nō habuit sm terrenam naturam propriam voluntatem: sed solum in christo est volūtas dei qui de celo descendit: quia dicebat christum corpus sine anima assumpsisse. xxiiii. q. iii. quidā. versi. apollinariste. Dicat ergo quam volūtatem vult. preal. c. Luc. xxii. dns nequaq euenire. neq enim deitas aufert propriam volūtatem. Item ibi Beda. Appropinquans etiam passioni saluator infirmātium in se vicem sumpsit: vt quum hoc imminet quod fieri nolumus: sic per infirmitatem parati simus/ vt volūtas conditoris nostri contra nostram voluntatem fiat. Et iterum Jo. vi. Quia descendi de celo non vt faciam volūtatem meam: sed volūtatem eius qui misit me patris. vbi Aug. Propria enim anima a deo exijt: quia superba erat: superbia em eiecti sumus: et humilitate regredimur. Medicus enim quando egritudinē discutit: si curet quod per aliquam causam factum est: et ipsam causam non curet: ad tempus videtur mederi: sed causa manente morbus repetitur: vt ergo causa omnium morborum curaretur. i. superbia: descēdit: et humilis factus est filius dei. Quid superbis homo? filius dei propter te humilis factus est. Puderet te forsan imitari humilem hominē: saltem imitare humilem deum. hec est enim cōmendatio humilitatis/ Non veni facere voluntatem meam et c. Superbia quippe facit voluntatem suam: humilitas voluntatem dei. Ideo ergo qui ad me venit non eijciam eum foras: quia non veni facere voluntatem meam. Humilis veni humilitatem docere. qui ad me venit: incorporatur mihi: et humilis fit. quia non facit voluntatem suam: sed dei. et nō eijcietur foras: quia quum superbus esset: proiectus est foras. Ad me venire nō potest nisi humilis. Non mittitur foras nisi superbia. Qui seruat humilitatem: nō labitur a veritate. Item ibi Hilarius. iii. de trini. Nō igitur hoc dicit quia faciat qd non velit: sed obediētiam suam sub effectu paterne volūtatis ostendit/ volens ipse voluntatem patris explere. Et iterum. Descēdit cum eis in Nazareth: et erat subditus illis: scz Joseph et Marie matri. Luc. ii. vbi Orige. Discamus igitur et nos filij parētibus nostris esse subiecti. Or si patres non fuerint: subijciamur ijs qui patrum habēt etatem. Jesus filius dei subijcitur Joseph et Marie. ego nō subijciar epo qui mihi cōstitutus est pater? puto q intelligebat Joseph q maior se erat iesus: et trepidus moderatur imperium. Uideat ergo vnusquisq q sepe qui subiectus est maior fit. qd si intellexerit: nō eleuabitur superbia qui est sublimior dignitate: sciens sibi meliorem esse subiectū. Item ibi Basilius in lib. religionum. Ab ipsa autem primeua etate parētibus obediens quēlibet laborem corporeum humiliter et reuerenter sustinuit. Quum enim parētes homines essent honesti et iusti: egeni tamen et necessariorum penuriam patientes: teste presepi partus venerādi ministro: manifestum est q sudores corporeos cōtinue frequentabāt necessaria sibi inde querētes. Jesus autem obediens illis/ vt scriptura testatur/ etiam in sustinēdo labores subiectionem plenariam ostēdebat. Item Ambro. Et miraris si patri defert: qui subijcitur matri? non vtiq

Universidad de Deusto Biblioteca

infirmitatis/sed pietatis est ista subiectio. attollat licet caput hereticus: ut alienis auxiliis asserat eum qui mittitur indigere: nunquid humano egebat auxilio ut materno seruiret imperio? Deferebat simulato patri: et miraris si deo detulit. an homini deferre pietatis est: deo deferre infirmitatis? ¶ Item ibi Augu. O potentia/o humilitas. Subditus est parentibus cui seruiūt angelorum exercitus. Item ad Heb. v. Et quidē quum esset filius dei: didicit ex iis que passus est obedientiam: et consummatus factus est omnibus obtēperātibus sibi causa salutis eterne. ¶ D Qui autem in ecclesia primitiua conuertebantur viri religiosi erant: et sic omnes perfecti/quia vix tempore sanctorum monachorum et anachoritarum etiam perfectorum aliqui sic perfecti inueniri possent: sicut probat collatio Piamonis in lib. collationum Io. cassi. et tamen uxores communiter habebant: etiam apostoli aliqui: sicut patet de Petro Luc. iiii. et de Philippo apostolo: et alio Philippo uno de septem diaconibus. Act. xxi. et v. c. de Anania et Saphyra. et. xxxi. dist. omnino. Sed sub obedientia primo apostolorum/deinde septem prepositorum quos elegerant. Act. vi. viuebant: a quibus postmodū monachi descēderūt: ut describit collatio ante dicta. et colligit. xii. q. i. quia tua. vnde et ista duo substantialia/viuere sine proprio/et caste/ ecclesia sancta religiosis indixit. ¶ E Quare ex causa magna legitima papa posset in his duobus cum aliquo dispensare. ut no. Inno. ex de sta. mo. cum ad monasteriū. §. si. et dixi de hoc late. s. in prima parte istius operis: ubi posui casus in quibus dispensant Romani pontifices. §. iterum de dispēsatione. ver. item quidam dixerunt. in ar. xlvi. Sed si cum aliquo religioso papa super obedientia dispēsaret: loco prelati succederet ei papa/nedū generalis sed specialis prelatus. ¶ F Nullus enī in hac vita sic imitatur christum sicut circulum aureum: id est obedientiā in collo portans. sicut apparuit in visione cuidam sancto patri ostēsa: ut legitur in vitis patrum. Sine vera enim viuentes obedientia et in sensu proprio/in canone sicut dictum est acephali iudicātur. xciii. dist. nulla. vnde et sancti Benedicti monachi de castitate et expropriatione in sua professione mētione non facta/stabilitatem loci et obedientiam simpliciter repromittunt. ar. in iis que legūtur et not. ex de ma. et obe. legebatur. In qua tamen professione et promissione intelligunt se caste et sine proprio debere viuere profiteri. ut ex de regu. super eo. et preal. c. cum ad monasterium. §. finali. ¶ G Quis enim unquam superbiam proprii cordis potest expellere: quādiu in sensu proprio et voluntate viuit? Quis enim unquam veram humilitatē adeptus est: nisi per obediētiam superbiam depellentem? opti. argu. de peni. dis. ii. c. i. Et ideo dicit Bernar. Nihil in inferno regnat nisi voluntas propria. et ideo lucifer Belial qui interpretatur absque iugo: quia sub iugo dei noluit permanere: in baratrū demersus est. vnde Luc. x. Uidebam sathanam sicut fulgur de celo cadētem. xvi. q. ii. visis. de peni. dist. ii. si enim. et eū imitantes filii Belial dicti sunt. i. absque iugo. i. Reg. x. Et quia iugum rumpunt isti pseudo eremite: ideo ruptis vinculis in deserto a demone agitantur. Luc. viii. ¶ De obediētia plenissime tractaui. i. in. §. tertius error. lii. ar. et. §. et secundum eorum vitium. lxviii. ar. et. lxvi. ar. fere per. xx. chartas. Et quia obedientia ligati non sunt/pro libito comedūt: et bibunt: surgunt: et ambulant et ex occasione libertatis: quia corrigi nō timent: nec per hominem visitari nec excitari: communiter poltronizant. vulgare est italorum. i. vitam pinguem volūt cū libertate et sine labore: dediti somno et vagationi continue: et pro leui commotione suborta loca in quibus habitant dimittunt: et abinuicē se diuidūt: et sicut passeres insolentes de monte in montem transmigrāt. ps. x. et torpore et tepore letheo tepefacti cum curtis capitiis et repeciatis: et cū amictibus et habitibus quos sibi contra ecclesiam inuenerunt: discurrunt per mūdum. Et quia circa ieiunia et orationes et obseruationes regulares domino non promiserūt: sed quod faciunt de specie boni/ex libertate propria faciunt: ideo recedēte primo igne forsan diuino qui eos urebat: peiores quam frigidi essent in seculo: quia tepidi recedēte calore: ab ore dominico euomūtur. Apoc. iii. speciem quidem sanctitatis habentes/virtutem autem abnegantes ad literam. ii. ad Timo. iii. in sua hypocrisi se et mundum decipiunt: nam eorum prima abstinentia in gastrimargiā vertitur: paupertas in peculii: vigilia in somnolentiam: silentium in multiloquium/maxime sub specie loquendi de deo: simplicitas in malitiam: solitudo in consortium et familiaritatem seculariū et mulierum. Eorum etiā aliqui in ciuitatibus et villis/alii prope habitant: et a secularibus de die in diem conuiuia recipiunt sub specie charitatis. xliiii. dist. cōuiuia. cōmatres et compatres sibi faciunt. contra id de conse. dist. iiii. nō licet abbati. et c. seq. Ambaxatas. i. legationes faciūt et referūt. De animarū cōsiliis presumptuosi idiote se intromittūt. contra id ar. ex de eta. et quali. cū sit. De peregrinatione in peregrinationē discurrunt: quia acidia eos de cella expellit: quam quum sic credunt expellere sub specie boni peregrinando per mundū per sanctos: tunc eam amplius nutriunt: quia nūquam acidia expellitur: nisi per continuationē celle et violētiam sibi factam. Mat. xi. Regnum celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. Nam acidiosus si cōtra acidiam exeundi de cella solatium querat: ad horā corpus solatium sentit: sed parū post ad exeuntem fortior redit: more febricitātis qui per haustū aque frigide aliquod refrigerium sentit: sed post paululum febris contra eū fortior inualescit: ut dicūt patres. ¶ H Uerus enī peregrinus mundo est in cella residens/et silentium seruās/et lugens. et talis vere cōsequitur remissionem culpe et pene. Alii peregrini per mundū discurrentes/quod lucrātur in indulgentiis comuniter perdunt in vagis sensibus et mūdi delectatiōibus. Et ideo Macharius solitario acidioso conquerenti sibi quod nil boni in cella poterat facere pre tedio et mentis ariditate/respondit. Comede et bibe et dormi quantūvis: tantūmodo extra cellam non exeas. Et dic tētatori suggerēti tibi de cella recedere. Istos muros celle custodio propter deum: continuatio enim celle facit eremicolam ad suum redire ordinem. Idem etiam Macharius tētatus de cella recedere/se in limine ostii celle in modum crucis proiecit: et ait clamādo. Demones: si potestis trahite me extra cellam: quia per me non intendo exire: et sic usque ad vesperam mansit: et surgens dixit demonibus. Postquam extra cellam me trahere non potestis: nec ego exibo. Alter pater tentatus de cella exire/ait sibi. Sustineamus hodie propter deum: et cras poterimus recedere. adueniente die altera iterum dixit sibi. et hodie etiā propter deum sustineamus ne recedamus: et sic de die in diem dicēdo cras recedā: et adueniente die altera se violentans ad non recedendum per nouem annos mansit in cella: et tūc cessauit tentatio recedēdi. vnde et Antonius magnus dixit. Sicut piscis extra aquam viuere nō potest: sic nec monachus extra cellam. Idem dicit Eugenius papa. xvi. q. i. placuit. ii. Et idem Antonius ait. Moyses quum erat in monte: cū domino loquebatur. quum descēdebat de monte: cum populo. xxxvi. dist. c. si. sic et monachus in cella cum deo loquitur: extra cum demonibus. vnde Bernar. ad fratres de monte dei dicit quod cella dicitur a celo: quia de cella itur ad celum. Et alter pater dicebat quod si gallina dimittit oua calida: nō exibunt pulli. sic qui dimittit cellam: fructū non facit. et sicut arbor que sepe transplantatur fructū nō facit: sic monachus migrans de loco ad locum: quia non mutatur tentatio etsi mutetur locus: aliquoties tamē valet loci mutatio. lxxxi. dist. valet. quia locus de se nec nos coniungit deo/nec disiungit. xl. dist. non loca. et c. quelibet. quia diabolus aquila velocior. Thren. iiii. circūuolās ubilibet tentare paratus est. i. Pet. v. Uigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circūit querēs quem deuoret: cui resistite fortes in fide. et habet. iii. q. i. c. nulli. vi. q. i. §. verū. tāgitur. xxv. q. i. c. v. in prin. Et ideo pugna ubilibet

Peregrinari dedecet eremitā.

necessaria est et sufferentia in tentationibus adhibenda: quia beatus vir qui suffert tentationem: scilicet non consentiēdo/non recedendo. de hoc de peni. dist. ii. si enī. et Iaco. i. ¶ I Uocatio enim vera anachoritarum et eremitarū est in cella manere: continue orationi/meditationi/lectioni/psalmorum decātationi/manuum labori vacare intra cellam: et prope cellam aliis laboribus corporalibus occupari. ut preal. c. placuit. xvi. q. i. et de conse. dist. v. nūquam. et de satisfaciendo proximo non curare. ii. q. vii. sancta quippe. quia dicebat quidam pater. Nō vacat lugenti charitas. Tales enim solum tenēt vitam Marie: et de vita Marthe quātum ad proximum curare non debent: quia nō est eorum vocatio. et unusquisque sm apostolum. i. ad Cor. vii. maneat in ea vocatione qua vocatus est. ex de regu. licet. i. rū. et ibi. de utraque vita. in. §. penul. et de renun. nisi. §. ne putes. Et ideo quandocūque tales solitarii regulariter loquēdo sub specie charitatis volunt visitare infirmos in mundo: vel questum facere pro pauperibus alendis: vel dare cōsilia animarum etiam si scirent: vel de pace faciēda inter discordes se intromittere: vel executiones testamentorū recipere: vel captiuos redimere: vel incarceratos visitare: vel viduas/vel orphanos/vel tribulatos consolari: vel feminarum quantumuis spiritualium curam recipere: vel predicare: vel literas supplicatorias pro aliis mittere: vel preter socios proprios. xvi. q. i. c. i. cōfessiones audire: vel aliis operibus misericordie corporalibus quātum ad proximū vacare: paracaraximo. i. peccato sub specie boni. xli. dist. sepe. diaboli illudūtur: sicut probat dare collatio Moysi. ii. de discretione in lib. collationum Io. cassi. Tales enim habētes zelum sm scientiam. ad Roma. x. c. et arbitrātes se obsequiū prestare deo. Io. xvi. et. xv. q. i. §. i. pro auro recipiūt orichalcum. xxix. q. i. §. i. stannū pro argento: amurcam pro oleo: zizania pro tritico. Mat. xiii. falsum denarium pro legitimo. no. xlv. dist. vera. imaginem tyranni pro vultu cesaris. Mat. xxii. idolum pro veritate: quum idolū nihil sit. i. ad Cor. viii. angelum tenebrarum. ii. Cor. x. pro angelo lucis. xxvi. q. v. episcopi. nam eo ipso quod vitā eremiticam et solitariam elegerunt: eo ipso mundo etiam quātum ad opera corporalia mie secularibus impendenda mortuos se fecerunt. ar. op. xvi. q. i. placuit. ii. et c. sunt nōnulli. Et ideo quia lumine discretionis carentes de eo quod ad eos non pertinet se intromittunt: et contra suam vocationem faciunt: de eo quod mereri credunt amplius demerentur: et quod aliis actiuis in mundo existētibus. s. vacare operibus misericordie/et proximo ministrare/est via salutis. Mat. xxv. Luc. vi. xlii. dist. quiescamus. lxxxvi. dist. non satis. istis occasio mortis existit. vnde Prouerb. xiiii. Est via que videtur homini iusta: nouissima aūt eius deducunt ad mortem. quia sicut ait Greg. sepe est causa damnationis: quod putatur profectus virtutis. Denique ille Saul quī primus iudicio dei regnū populi israelis obtinuit. i. Reg. x. viii. q. i. audacter. quia hunc discretionis oculum non habuit: velut toto corpore tenebrosus etiam ipso deiectus est regno: dum lucerne huius tenebris atque errore decept⁹ acceptabiliora deo sacrificia quam precepti Samuelis obediētiā. lxxxi. dist. si qui. iudicauit. atque ex illa magis parte causam offensionis incurrit: ex qua repropitiādam sibi diuinam sperauerat maiestatem. sicut narrat collatio Moysi. ii. de discretione in lib. collationū Io. cassi. Sed nec reuera isti tales solitarii ficti se dantes proximo/querūt que sunt proximi: sed que sua. ad Phil. ii. lxiii. di. nosse. nā in cellis manere nequeuntes/querūt occasiones quomodo vacent proximo: immo sibi/vagationi/lucris/et gule/et confabulationibus vacātes/sub charitatis palliolo se velantes. Celliste enim veri seruientes mundationi animarum suarū ad salutem animarum aliorum intra suas cellulas se extendūt: quia nemo sibi solum viuit. Roma. xiiii. Purgatus enim oratione et contritione absentes etiam precibus suis purgat: quia charitas incipit a se. de usu pallii. nisi. et ibi nota. et deinde in alios se extendit. Can. ii. Ordinauit in me charitatem. de peni. dis. iii. qui vult. sub. §. sed verba. Immo etiā quicūque intra ecclesiam in gratia sunt: siue seculares siue religiosi: bona sibi spiritualia cōmunicant. quia particeps ego sum omnium timentium te. ait Dauid ps. cxviii. Et quicūque in maiori gratia sunt et charitate: plus de oībus bonis spiritualibus communicant que intra ecclesiam sanctam fiūt: sicut fit in ecclesia triumphāti. nam iustorum omnia sunt cōmunia. xii. q. i. c. ii. et dist. viii. §. i. et xxiii. q. vii. c. quod autē. c. si. et qui plus communicat: plus est iustus. charitatis enī debitum quanto plus redditur: plus et crescit. vnde apostolus ad Roma. xiii. Nemini quicquam debeatis: nisi ut inuicem diligatis. et qui sic plus dat: plus abundat. quia omni habēti charitatem et ea fruenti dabitur amplior charitas et abundabit. Mat. xiii. et Luc. xix. vn Grego. Quisquis enim charitatem habet: et de alia dona percipit. quisquis charitatem nō habet: etiam dona que videtur percepisse amittit. Seruiāt ergo anachorite veri proximo de professione sua. s. oratione et gemitu et sancto mortificationis exēplo. Unde quum patriarcha Alexandrinus ad visendum patres deserti venisset: et dixissent patres cuidam seniori ex eis quod diceret unum verbum edificatorium patriarche. ait senior. Si non fuerit edificatus patriarcha in silentio meo: non erit edificatus in verbo meo. Unde narratur in lib. qui dicitur paradisus. quod anachorita Nathanael summus patrum septē epos eum visitantes in cella sua per passum extra cellam noluit deducere: et quum a diaconibus eorum argueretur: quod in hoc superbam rem egisset: rūdit. His et uniuerso seculo mortuus sum. meum propositum deus nouit. Non ergo se anachorite de aliis in mūdo actiuis operib⁹ intromittant: nisi ultima necessitas facere hoc cōstringat: et alius actiuus qui hoc faciat inueniri nō possit. sicut cōtigit in Machario: qui rogatus a fratribus ne periclitaretur fides: descēdēs de deserto in Alexandriam cum heretico disputauit: et facere miraculum ut loqueretur mortuus et sepultus: et fidei orthodoxe testimonium perhiberet: amore fidei fuit constrictus. ut dicitur in vitis patrū. Sic etiam alius anachorita audiens feminā in doloribus partus constitutam: et sine obstetrice totaliter desolatā: e cella charitate et necessitate primi ultima cōpulsus exiit: parturiētē iuuit: et vices tenuit obstetricis. ut narratur in li. qui dicitur paradisus. quod summo preconio charitatis extollendū fuit. Sic etiā Abraam summus anachorita pro nepte germani filia quā prope se in quadā cella in sctā vita nutrierat: et christo lucrifecerat: que et ad culmē perfectionis peruenerat: liberanda/quia eā quidā pseudo monachus deceperat et violauerat: et extūc meretrix publica facta fuerat: de cella de qua multis annis nō exierat/exiens equū ascēdit: vestes seculares recepit: pecuniā in bursa portauit: qui. xl. annis a talibus abstinuerat: stabulū lupanaris ubi manebat neptis intrauit incognitus: quasi fornicari intēdēs: et exinde cū sua predicatione et manifestatione neptē ad suā cellā reportauit. que in omni plāctu et sanctitate reliquam vitā ducēs vitā sanctissimā finiuit. Isti aūt casus et cōsimiles diuina inspiratione et ultima necessitate charitatis patrati per anachoritas nō sunt ad cōsequentiā deducēdi. xiiii. q. v. dixit. xxvi. q. i. nō statim. xvi. q. i. hinc est. Sed et predicti perfecti existētes aliorū nō potuerūt cōuersatione carnali corrūpi. xxiii. q. iiii. quisquis. Nostri autē tēporis anachorite quia nōdū salui facti sunt: alios saluare non curent: sed in cellis suis olus māducēt: quia adhuc infirmi sunt. Rom. xiiii. ne volētes alios saluare et ipsi pereāt cū eisdē. i. Cor. ix. Ne forte quū aliis predicauerim: ipse reprobus efficiar. xxxii. q. v. paulus. de peni. di. ii. si enī. ver. paulus. Frequēter enī aliū de pelago liberare festinās/tractus ab illo cū eo pariter a fluctibus deuoratur. Et sm Grego. arbor que radicē non fixit: fructum ferre non valet. facit de peni. dist. ii. radicata. circa prin. dist. et sicut Mat. xiii. dicitur. et Luce. viii. hi radices non habent: quia in cella credunt: et extra quia tēpus tentationis est/recedunt: scilicet a deo. Et ideo dicit dns totaliter mūdum nolēti relinquere: sed patrē defunctum

Universidad de Deusto Biblioteca

antea volẽti sepelire: Dimitte mortuos sepelire mortuos
suos. Mat.viij.vbi Chrys. Hoc autem dixit non iubẽs cõ
temnere honorẽ qui est ad parentes. Exo.xx.sed mõstrãs
q̃m nihil cum celestibus negotijs nobis necessarium esse
oportet:et quando cum toto studio ijs iungi debemus:et
neq̃ parum tardare: etiam si valde ineuitabilia et incitã
tia fiunt que attrahunt. Quid em̃ magis necessariũ erat:
ꝙ sepelire patrem? Quid etiam facilius? nec enim tẽpus
multum cõsumendum erat. Per hoc etiam dñs eũ a mul
tis malis eripuit:puta luctibus et meroribus.xiij.q.ij.qui
diuina.et ab ijs que hinc expectantur. Post sepulturã em̃
iam necesse erat et testamenta scrutari et hereditatis diui
sionem et alia huiusmodi. et ita fluctuationes ex fluctua
tionibus ei succedentes alonge eum a veritatis abduce
re portu. Si autem tu tumultuaris:excogita quoniã mul
ti infirmos non permittunt scire nec ad monumentum se
qui: etiam si pater aut mater aut filius sit: etiã qui defun
ctus est. Nec in hoc incusantur crudelitatis:sed contrariũ
crudelitatis esset:et multo magis malum est abducere ho
minem a spiritualibus sermonibus:et maxime quum fue
rint qui hoc compleant:erant qui completuri erant hmõi
funeris sepulturam. vnde dicit Dimitte mortuos sepeli
re mortuos suos. Aug.q.d. Pater tuus mortuus est. sunt
alij mortui in anima. de pe.dist.j.resuscitatus.qui sepeliãt
mortuos suos:quia infideles nõ sunt. Item Hilarius ibi.
Quia accepimus in dominice oratiõis exordio ita primo
precãdum/Pater noster qui es in celis. Mat.vj.Et in di
scipulo credentis populi persona etiã admonetur. Mat.
xxiij.quia pater sibi viuus in celis est.deinde inter fidelem
filium patremq̃ infidelem ius paterni nominis nõ relin
qui admonuit: et nõ admisceri memorijs sanctorum mor
tuos infideles: et etiam eos esse mortuos qui extra deum
viuunt. Et ideo mortui sepeliãtur a mortuis:quia per dei
fidem viuo viuos oportet adherere. Si autem mortuum
sepelit mortuus:non debemus habere curã taliũ mortuo
rum:sed viuẽtium.ne dum soliciti sumus de mortuis:nos
quoq̃ mortui appellemur. Mortui etiã sm Grego. mor
tuum sepeliunt:quum peccatores peccatorem fauoribus
premunt. Qui enim peccantẽ laudibus prosequuntur:ex
tinctum sub verborum suorũ aggere.i. campo abscondũt.
Item ibi Rabanus. Notandum etiam est in hac sentẽtia
quia aliquando bona minora pretermittenda sunt pro vti
litate maiorum. Ex predictis notandum est ꝙ nec pro pa
tre sepeliendo/quod erat opus magne mie. Tob.j.ar.bo
nũ.xij.q.ij.aurũ.et quodãmodo preceptũ dei de patre ho
norando. Exo.xj. Deute.v.et.xxx.di.c.j.noluit sibi inducias
indulgere. Propter quod quidã monachus requisitus
a quodam seculari germano suo ꝙ exiret parũ de mona
sterio ad iuuandum eum:quia boues sui et currus cecide
rant prope monasterium:respondit. Cur non vocasti aliũ
fratrem quem habes in mundo vt te iuuet? Cui frater ait.
Iam anni.xv.sunt ꝙ mortuus est. Et monach9 ait. Et ego
xx.sunt anni ꝙ mortuus sum mundo. Colos.iij.ibi.mortui
enim estis. xvj.q.j.placuit.§. tñ te possum iuuare quãtum
ille q̃ mortu9 et sepult9 est.hec in vitis patrũ. ¶ L: Quẽ
dam aliũ anachoritam et oclusum annis.xl.x. decepit dia
bolus in monachum transfiguratus: et extraxit eum con
tra suum propositum die pasce de cella:vt missam audiret
in quodam monasterio quod prope erat. Et extũc sugge
rens ei comedere cum monachis/finxit se sub specie nũtij
de domo patris venire in secunda deceptione: et ꝙ pater
suus mortuus erat:et eum fideicõmissarium reliquerat:et
ꝙ rediret ad domum patris executionem testamẽti factu
rus:et statim ad cellam rediturus:redijtq̃ cum diabolo:et
pater viuebat:et ingrediẽs domũ et vidẽs patrẽ et deceptio
nẽ cognoscẽs/dixit ꝙ venerat ad eum visitandũ:et paulo
post concubuit cũ ancilla domus: et in mũdo desperatus
remãsit. Et tñ occasio prima cellam egrediendi missa fuit:
et bona videbatur sua fuisse intentio:sed q: lumine discre
tionis caruit:ideo finis bonus secutus non est: non enim
sufficit ꝙ bona sit intẽtio et zelus:nisi adsit scientia.xv.q.j.
§.j.Roma.x. Et quo em̃ firmauerat se cũ deo de cella non
egredi:et tãto tẽpore steterat sine missa:nõ debebat egre
di propter missam: q: magis deo gratũ erat sacrificiũ sue
mortificationis in cella: q̃ in hac parte sacrificium misse.
Sufficiebat em̃ huic anachorite sicut et multis alijs homi
nibus inuisibilibus verbũ Augu. Crede:et mãducasti:et
vidisti. Jo.xx.de cõ se.di.ij.vt quid paras. et.c.credere in ie
sum christũ. ¶ Iste sunt ille vulpecule.i.tẽtationes subti
les sub specie boni:que sm Bern. capiẽde sunt. Can.ij. id
est cognoscende et ligande:quũ tentatur monachus clau
stralis:predicare:curam miserabiliũ personarũ suscipere.
xvj.q.j.iuxta.et.c.placuit. studijs maxime sciẽtiarum lucra
tiuarum.s.iuris et medicine et seculariũ vacare.de quibus
xxxvij.di.le.xãt.et.c.nõne.et.§.hinc etiam.de curis seculariũ
se intromittere sub spe alios corrigẽdi: et pauperes pascẽ
di:prelationes etsi dignus sit appetere: ignorantes et sim
plices literas docere:curam animarũ recipere.et vt.s.ver.
eorũ etiam.dixi per status peregrini. Quis em̃ sm Clima
cũ in lib.suo qui vocat scala in gradu.iij.de peregrinatio
ne verus peregrinus/et realiter peregrinus/et cũ indulgẽ
tia plenaria peregrinus:nisi mortuus mundo: qui presen
tes nõ nouit? Scribitur etiã. Qui dixerũt patri suo et ma
tri sue:nescio vos.et fratribus suis:ignoro illos.et nescie
runt filios suos.hi custodierunt eloquium tuũ: et pactum
tuũ seruauerunt. Deutero.xxxiij.xciij.dis.diaconi.v.s.famã
mundi refugit. Thesaurũ virtutũ occultat sicut magi vsq̃
ad christum. Mat.ij. Prouer.xxj. Thesaurus desiderabi
lis.s.multitudo bonorũ et oleũ.s. pinguedo dilectionis in
habitaculo viri iusti.i.in consciẽtia. Eccl.xliij. Aperti sunt
thesauri:et euolauerũt nebule sicut aues.i.euanuerũt vir
tutes per iactantiã. Grego.in homil.xj. euangelistarũ sup
per illo Mat.xiij. Simile est regnum celorũ thesauro. De
predari desiderat qui thesaurum in via portat. Hiere.xvj.
Victu et vestitu tenui contẽtus est.xij.q.j.clericus. Nõ vẽ
dit se et operas suas spũales mũdo. Ad patriã/cũ David
ps.xlj.sitit sicut ceruus ad fontes aquarũ. A via regia que
est crux dñi discreta nõ declinat ad dexterã falsi spũs et ced
feruoris:nec a sinistris que est via carnis. Nume.xxj. Qui
nihil sibi appropriat.xij.q.j.nolo.et.c.nõ dicatis. Qui oẽm
secularem cõuersationẽ vitat:et solus in amaritudine pec
catorũ suorũ sedet. Hiere.xv.xvj.q.j.placuit.xj.q.iij.qñ. Iste
sic peregrinus est onager in eremo: quẽ leo.i. diabol9. ij.
q.j.nulli.maxime sub specie spũs. vt superius est probatum
in prin.istius.§.depredari festinat. Eccl.xiij. Verus enim
anachorita peregrinus sicut incognitus et aduena intrat
desertũ:et vsq̃ ad mortem et monumentũ syluaticus et in
cognitus in eo viuit:priuatus omi familiaritate humana
maxime parẽtũ.sm Climacũ. ¶ Vnde quum iudex Ale
xandrie abbatẽ Moysen summũ anachoritam quereret
in deserto: et ei obuiasset:quũ eũ non cognosceret: dixit ei
iudex. Vbi est cella abbatis Moysi? rñdit ipse idẽ. Quid
queritis hoĩem stultũ et hereticũ? et sic noluit se ibi pande
re. Immo etiã nec pastor abbas matri sue ostium celle vo
luit aperire ne eam videret. ¶ Nec altera sanctimonialis
Germanũ religiosum eam visitantem voluit videre: mit
tens ei dicẽdo. Videbimus nos in alia vita. Et Arsenius
patriarche Alexãdrie volẽti eum visitare misit dicẽdo. Si
solus veneris suscipiam te:al's hic non sedebit Arsenius.
Sed hodie cellule nostrorũ anachoritarũ hypocritarum a
mulierculis visitãtur:qđ eis sepe Assisij et alibi prohibui.
Aduenientibus secularibus sub specie charitatis mẽsas
parant. Cũ eis comedunt:et vltra tertiam vicem bibunt.
xliiij.dist.qñ presbyteri.que palea est. Cum eis de mundo
loquũtur. Se eis ostẽdũt viuos:nõ mortuos.xvj.q.j.sunt
nonnulli. Sed talis vita mors est:q: nomen habent sicut
eremite.viuunt:et mortui sunt in anima. Apoc.iij.in prin.
quia seculariter viuunt.vita enim et mors interius sunt:
vt si cum secularibus delectet et afficiat et tristet in eorũ et
prosperis et aduersis:mortuus sum cũ eis; et eũdẽ locum

in illa vita participabo quem ipsi habebunt:quia cum eis
viri mente et moribus:etsi non loco et habitu in hac vita.
vt dicit magnus Antonius qui allegatur ab Abraam ana
chorita in collatione.xxiiij.et vlti. in li. collationũ Jo.cassi.
Aut ergo huiusmodi gyrouagi religionem accipiãt ab ec
clesia approbatã : aut vitam eremiticam veraciter seruẽt:
que etiã est ab ecclesia approbata. xvj. q.j. qui vere. xxvij.
q.ij.§.ecce.ij.q.vij.§.vlti. ex de excess.prela.cũ ex eo.§.si.lib.
vj. Sed q: tales in duas partes claudicant: recti nõ sunt.
iij.m.xviij.xlix.dist.hinc etenim. Nõ diligunt simplicem.ex
de sum.trini.c.j.in prin.omnino deũ verũ:sed in duas par
tes diuisi deum et mũdum querunt: quinimmo mũdi cul
tores in eorũ cordibus sibimet contradicunt: q: deũ volũt
et nolunt:sed verius mũdum volunt et colunt. Quidam
etiã ex eis superius apostolici et Begardi nominati pau
pertatem euangelicam se seruare dicẽtes:quia nec locum
habent/nec aliquid se portare dicunt: vere gyrouagi et ve
ri ribaldi per mundũ cursitant:in plateis comedũt: q: ali
qui eorum conscientiã habent comedendi in domo: et spe
cialiter ab aliquo aliquid petendi: sed clamant in plateis
eleemosynam sibi dari:vel cantãt/nil exprimere petẽdo:sed
clamando:nec laborare volunt/consciẽtias habẽtes si ali
quod opus faciant corporale. Dicunt enim ꝙ debẽt orare
cõtinue ne cadãt in tẽtationẽ.et q: ap's dicit.j.ad Thessa.
vlti. Sine intermissione orate. Et maria optimã partẽ ele
git. Luc.x.et similia allegãtes. Isti in vestibus ouium ve
niunt. Mat.vij.sed intus sunt lupi rapaces. Isti illos he
reticos sequi videntur qui in canone apostolici nũcupan
tur:qui nil propriũ possidentes/nequaq̃ recipiũt eos qui
aliquid proprium possident in hoc mundo.xxiiij.q.iij.qui
dam.ver.apostolici. ¶ L Imitari etiã vident alios he
reticos qui vocãtur montani.de quibus.xxiiij.q.iij.quidã.
ver. montani. Nolle em̃ aliquid propriũ possidere in spe
ciali et in cõmuni/sicut fratres minores ex regula profitẽ
tur:perfectissimũ est.ex de ver.signi.exijt.lib.vj.et eo.ti. exi
ui a paradiso.in clemẽ.sed eos qui propriũ possident con
dẽnare hereticum est.vt preal.c.quidã.ver.apostolici. Nã
et apostoli aliquoties pecunias habuerunt:et cibos eme
runt. Jo.iiij. Et Judas loculos dominicos portabat. Jo.
xij.xxiij.q.iiij.quid ergo.xij.q.j.habebat. quod tamẽ decla
rat ecclesia ꝙ habuit dñs loculos in personam infirmorũ
de ecclesia.quã declarationẽ etiã habuit ab Aug9.et alijs
doctoribus ecclesie qui hoc dicunt: et hoc bene colligitur
preal.c.habebat.et clarius in preall.c.exijt.lib.vj.latissime
istam materiam pertractaui.j.in.§.porro.in.lv.ar.et in ar.
lvj.per totum. Et ecclesia primitiua in cõmuni propriũ ha
bebat.xij.q.j.c.ij.et.c.q: tua. Et omnes antiqui et probatissi
mi anachorite de laboribus suis precia recipiebant:et pro
prium habebãt/licet permodicũ: et pauperrimi essent: et
multas eleemosynas de suis laboribus pauperib9 eroga
bant:quia pecunie eorũ erant:et propriũ habebant.ad hoc
xx.q.vlti.§.ecõtra paulus.et quod no.xxvij.q.ij.§.ecce. in
glos.j.tantũ. Sed et christ9 et apostoli nõ in plateis come
debant:nec petendi eleemosynam consciẽtiã habebant:
immo frequẽter in Bethania in domo Lazari/Marthe/
et Marie/comedebãt. Luc.x. Jo.xij.et in domo Simonis
leprosi. Luc.vij.et in domo principis phariseorũ. Luc.xiiij.
et in domo leui. Mat.ix.et Luc.v.et i domo Zachei. Luc.
xix. et in nuptijs in chana galilee celebratis. Jo.ij. Sz isti
pseudo apostoli et Begardi istius temporis perfectiores
apparere desiderãt ꝙ veri apostoli et veri anachorite qui
et viri apostolici extiterunt. Sed mẽtita est iniquitas eis:
quia ipsi professionem apostolicã non seruant:nec vitam.
Apostoli enim in se perfectissimi.xxiiij.q.ij.et vlti. legatur.
et pauperrimi in salutem gentium per orbem a dño missi
sunt ad baptizandum/ad predicandum. Mar.vlti.de cõ
se.dist.iiij.proprie.ad ligandum et soluendum per claues
eis a domino datas. Jo.xx.de peni.di.j.quem penitet. sed
isti pseudo boues sunt ad presepe euacuandũ : non tritu
randũ et predicãdum.xiij.q.j.§.his ita.q: missi ab ecclesia
nõ sunt: sed a spiritu maligno ad illos de ecclesia decipiẽ
dum.ex de hereti.cum ex iniuncto.nõ catechizant:neq̃ ba
ptizant:neq̃ predicant:nisi de facto.xvj.q.j.adijcimus. q:
nec presbyteri sunt:et si aliqui sint nõ curati:nec absoluũt:
nec ligant:quia claues non habẽt.xvj.q.j.§.ecce.j.et.ij. Ve
re poltrones et ribaldi et ab hominibus detestandi sunt:
quia nec ecclesie seruiunt:nec proximo:nec sibi in christo:
nec dño iesu christo:in nullo ordine permanentes:de pau
pertate plenis ventribus quorũ ipsi sunt deus. Phil.iij.et
vita apostolica gloriantes:contra em̃ dei ecclesiã et sua sa
cra concilia superius in prin.istius.§.allega. sibi ordinem
in oculis hominum inuenerũt. ¶ Q: autem se dicũt vel
le orare continue:falsis gestis et verbis se et mundũ deci
piunt: q: nec christus qui viator et cõprehensor erat semp
in actu exterioris orationis erat: nec Apostoli: immo pre
dicabant et docebant. Mat.v. Mar.vlti. et quidam eorũ
manibus proprijs laborabãt.ij. Thessa.vlti.et Jo.vlti.de
apostolis et discipulis piscãtibus et sic laborantibus pro
prijs manib9.j.q.ij.sacerdos.de cõ.di.v.nũq̃. ¶ M Nã
qđ dicit ap's.j.ad Thessa.vlti. Sine intermissiõe orate.nõ
ad literam.ij. Cor.iij.que occidit debet intelligi:sed horis
cõpetentibus.vt no.in preal.c.nũq̃. in glos.j.et colligitur
xxxj.di.si laicus. Nam idẽ ap's Paulus dicit.j.ad Cor.vij.
ꝙ vacandum est vsui matrimonij:nisi ex consensu ad tem
pus vt expeditius vacẽt cõiuges orationi.xxxiij.q.iiij.chri
stiano. quum dicit ad tempus ergo nõ semper actualiter.
Et sup verbo preall. ap'li/sine intermissiõe orate.j.Thessa.
vlti.glos. Si continuum est desideriũ:continua est oratio.
et Augu. Beatã vitam semper a dño desideremus:et sem
per oramus. Et sm Aug. Omne bonũ opus oratio est:q:
non desinit orare qui nõ desinit benefacere. Et omnis san
cta affectio et cogitatio et intẽtio et memoria dei vera ora
tio est. Et ideo quum Jo.anachorita illusus a demone di
xisset germano suo cum quo erat in cella: ꝙ nolebat labo
rare:sed continue orare sicut angelus: et magis ad deser
tum ire:tandem dimissus est a germano:et stans per octo
dies in interiori deserto absq̃ cibo maceratus fame/reuer
sus est ad cellam fratris. et quũ pulsaret ostium:et se Joã
nem diceret:et frater alius obaudiret:et diceret ei. Joan
nes factus est angelus: et non est super terram:tandẽ ape
ruit ostium:et quum Joãnes ab eo veniam peteret:ait ei
germanus. Si homo es:labora et comede et viue: q: scri
ptum est in ps.cxxvij. Labores manuũ tuarum quia man
ducabis. Quum etiam alij anachorite venissent ad quẽ
dam patrem qui manebat cum discipulis suis: et eos labo
rantes inuenissent:et dixissent eis. Cur laboratis cibũ qui
perit? Jo.vj. Nos enim continue oramus. dixit eis senior.
Nũquid non dormitis et comeditis? ergo non verum dici
tis. Sed ego ostendo vobis quomodo oro continue:inte
xo palmas:et dico. Miserere mei deus. Numquid est ora
re? Deinde per laborem meũ duodecim denarios lucror:
quorũ duos do pauperibus:vt pro me orẽt quum comedo
et dormio. ¶ Alius frater peregrinus veniens ad Sylua
num abbatem laborantem/dixit. Cur laboratis? Maria
optimam partem elegit. Luc.x. Syluanus ait discipulis.
Date ei codicem ad legẽdum : et ponite eum in vna cella.
Transacta hora nona postq̃ fratres comederant:exiuit il
le de cella dicens/Numquid fratres non comederunt? et
audiuit ꝙ sic:et dixit. Quare me non vocastis? Et dixit ei
Syluanus. Tu homo spiritualis es: et non indiges hac
esca.nos autem tamq̃ carnales opus habemus mãduca
re:et ideo laboramus. Et quum ille frater verecundatus
inciperet penitere:et dicere/Indulge mihi abba.tunc re
spondit ei Syluanus. Necesse est Martha Marie. pro
pter Martham enim ministrãtem laudatur Maria. hec
in vitis patrum. Sine intermissione etiã orare est. sm Jo.
cassi.in lib.collationũ.in.j.collatione.de oratione.s.custo
dia cordis a vitijs et curis secularibus : vt tales ante ora
tionem simus quales in orationibus volumus inuenire.
Et sm Jo.cassi.ibi; orõ est voti adimpletio. Item si actus

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter semper orandū esset: frustra ecclesia cum dauid septies in die ꝛ nocte orare preciperet. xcj. dist. presbyter. ꝛ ex de cele. mis. c. j. Sed q: sm Damasce. Oratio est pius affectus in deū directus: hāc semꝑ conari habere debemꝰ, comedēdo, bibēdo, ambulādo, laborando, loquēdo, ꝛ q̄dāmodo dormiēdo: sicut de beato Frācisco legitur: q: etsi corpus dormiat: cor cū deo ambulat: cuz eo vigilat: ꝛ de eo somniat. Can. v. Sed vere oratio istorū pseudo aplorū ꝛ begardorum in peccatum fit sm ps. cviij. ꝛ de pe. dist. iij. nihil inde. q: non orationi vere: sed vagationi ꝛ dormitioni ꝛ ingurgitationi operā dāt more hypocritarū in angulis platearū, ꝛ palam in cōspectu hominum in ecclijs, actum orationis exterioris ostendētes: sed in cubiculis de nocte scribentes. ꝛ si orant tēpus quodāmodo perdentes: q: corde vagātes: vt populus iste labijs aliquoties deum honoret cor autē longe sit ab eo. Esa. xxix. ꝛ Mat. xv. facit de cō. di. v. non mediocriter. et Mat. vj. in prin. Cum oratis nō eritis sicut hypocrite tristes: qui amant in synagogis ꝛ in angulis platearū stantes orare: vt videant ab hominibus. Chryso. super Mat. Est aūt oratio quasi quoddā spūale tributum: qd aīa offert deo de visceribus suis. quāto ergo gloriosior est: tanto cautius est seruāda: ne propter homines facta vilescat. Item idem in Homil. Hypocritas vocat qui deū se fingentes orare: homines circūspiciunt. et ideo subdit: Qui amant in synagogis orare. Idem super Mat. Puto aūt ꝙ hoc non ad locum refert dominus: sꝫ ad propositū orātis. In cōuētu em̄ fidelium orare laudabile est sicut dictū est. in. ps. lxvij. In ecclijs bn̄dicite deū. qui ergo sic orat vt ab hominibus videat: non deū aspicit sed homines. ꝛ ideo quantū ad ꝓpositum suuꝫ in synagoga orat: vn̄ dicit dn̄s: qui amāt quasi cupiant videri. Cuiꝰ autē orantis mens solum aspicit deum: quāuis in synagoga oret: tamē apud se in secreto videat orare. Et in angulis platearū. vt videant abscōse orare: ꝛ sic dupliciter laudētur: ꝛ q: orant: ꝛ quia absconse orant. sed nullus angulus platee multū occultus est. Itē ibi glos. vel anguli platearū sunt vbi via ꝑ trāsuersum vie ducit: ꝛ in quadriuiū redit. Chryso. super Mat. Eo ergo ꝓposito in cōuētu vetat orare vt a conuentu videatur. vnde subditur: vt videātur ab hoībus. Orans ergo nihil nouū faciat, quod aspiciant homines: vel clamando: vel pectus percutiēdo: vel manus expandendo. Augu. de sermone dn̄i. Non autem videri ab hominibus, nefas est: sed ideo hoc agere vt ab hominibus videaris. Chry. in homil. A vana em̄ gloria vbiꝗ erui bonum est: maxime autez in oratione. si em̄ sine hoc cogitationibus circūferimur: si ad orādū ingressi fuerimus, hanc habētes egritudinem qualiter intelligemus ea que a nobis dicunt? adde hic que no. j. in. §. aliud vitiū peculiare. ver. Item Mat. vj. in ar. lxxviij. ¶ Habere aūt gratiam orationis mētalis paucoꝝ est: rarissimoꝝ aūt statum ecstaticum et contēplationem ascēdere. Et ideo ecclesia non precipit nec indicit orationē mentalem: sed attentam vocalem pro loco ꝛ tēpore opportuno. ex de cele. mis. dolentes. de quo vide qd no. Jo. an. in de. de rel. ꝛ venera. sanctoꝝ. si dn̄m. ¶ N Utinam hi tales pseudo apostoli et ficti religiosi nō sic orarent: sed foderēt et ararēt. Gen. iij. Et panem in sudore vultus sui manducarent: et oratione vocali dn̄ica, pater noster, cōtēti essent: sicut alij simplices huius mundi: vt non cum sua simulata et imaginaria oratione perirēt. Sed quidā ex eis in mūdo porcarij: quidam pecorarij: quidam armētarij: quidam cemētarij: quidā carbonarij: quidā fabriferrarij: aut alijs diuersis operibus mancipati, de labore manuum iuste sibi victū querentes: ꝛ sue familie, talem sanctum laborē et a dn̄o indictum refugientes. Gen. iij. quia homo nascitur ad laborādum. Job. v. muta habitu quē sibi adinuenerūt: sꝫ nō corde de labore et erūna, vilitate et paupertate ad otium ꝛ requiē corporis, vbertatem et libertatem noxiam, transierunt: ꝛ de vera penitentia quā in mūdo faciet de iustis suis laboribus se et suam familiam sustentātes; et christum in suis

pauperibus honorantes. Prouer. liiij. j. q. j. non est putanda. ad fictam penitētiam transierūt: ꝛ de eis ad literā verbum dn̄i potest dici Act. xx. in fi. et ex de cele. mis. cum marthe. §. verum. beatius erat illis dare pauperibus eleemosynas etsi paucas: ꝙ nunc sub habitu pauperum recipere aliena: sicut inferiꝰ declarabo. ¶ Porro nullus quasi supradictoꝝ sarrabaitarū gyrouagoꝝ et pseudo apostoloꝝ begardoꝝ et fratricelloꝝ, ꝛ illorū de paupere vita laborare vult manibus suis: sed de eleemosynis viuunt. Or aūt mendicare nō possint et de eleemosyna viuere sic dare probatur. ¶ O Sancta dei ecclesia certos in cōcilio generali, mendicantiū ordines approbauit: oēs alios reprobauit. ex de reli. domi. religionū. lib. vj. Sed certū est ꝙ oēs predicti aliquē modum ordinis sibi cōstituūt in habitu in vita et in cōgregatione. quidā ex eis in sua secta viuētes, sub cuius colore mendicant de nullo approbato ab ecclesia ordine mendicātium existentes cōtra ecclesiam viuūt. immo istis temporibus dn̄s papa Joānes. xxij. cōtra oēs sic viuentes et eis fauentes excōmunicationis sententiam promulgauit in quadam extrauagāti edita cōtra eos que incipit, Sancta romana. et nihilominus clemēs in sua cōstitutione istos begardos tāꝙ suspectos de heresi reprobauit. ex de hereti. ad nostrū. in clemē. quorum errores inferius annotantur. Itē sm Augu. de operibus monachorum. Nō possunt de eleemosyna viuere nisi predicatores ab ecclesia approbati. xlij. dist. quiescamus. sacramentorū ministratores. ministri etiam altaris: qui tantū etiam reliquerunt ꝛ pauperibus erogarunt: ꝙ in seculo poterāt viuere. Et intelligo ꝙ aliquē statū approbatū ab ecclesia receperunt, saltem verum eremiticum. xvj. q. j. qui vere. quia non sufficit relinquere sua ꝛ dare pauperibus: nisi ꝛ xpm in aliquo statu licito q̄s sequatur. vnde Matth. xix. Ecce nos reliquimus om̄ia ꝛ secuti sumus te. Ubi Greg. Quia ergo non sufficit tantū relinquere: iungit qd perfectum est: ꝛ secuti sumꝰ te. nō dixit qui reliquistis om̄ia. hoc em̄ ꝛ Socrates phus fecit ꝛ multi alij diuitias contēpserūt: sed qui secuti estis me qd ꝓprie aplorū est atꝗ credētium. ad hec xij. q. ij. gloria. ℣. Socrates. Sed supradicti pseudo nullū statū ab ecclesia approbatum seruāt: nec aliquā de predictis cōditionibus quas Augu. ponit prout cōmuniter habent. ¶ Item habens in bonis vnde victum ꝛ vite necessaria sibi ꝑcipiat: mēdicare non pōt. j. q. ij. pastor. ꝛ c. clericos. ꝛ ibi no. ꝛ. lxxxvj. di. nō satis. ℣. sed hec. ꝛ alias habēs etiam facultatem laborādi operādi ꝛ artificijs vel manibus proprijs victum querendi, mendicare nō potest. xij. q. j. clericus. in fi. ꝛ. xci. di. clericus victum. ꝛ ibi no. ꝛ. lxxxj. di. c. j. C. de mendi. val. l. vna. v. q. v. non omnis. xxiiij. q. iij. nimium. in aūt. de questore. §. si vero vite. ℣. si vero huiusmodi. vsꝗ ad. §. si vero aliqui. xxxj. q. j. quomodo. no. xxiij. q. iiij. §. ex his. glos. dum inde. ¶ Unde ꝛ dicti fratricelli ꝛ begardi ꝛ pseudo apostoli quū propriū habere possint nullam approbatā regulā promittentes: ꝛ si aliqui ex eis vitam eremiticam tenere videantur: qui propriū habent. vt. xix. q. vlt. §. econtra. quū laborare possint: ꝛ si nesciunt discant: petēdo eleemosynam peccant mortaliter contra iura ꝛ canones faciendo. xxv. q. j. violatores. ꝛ. c. generali. iiij. q. j. qd precipit. ¶ Itē ꝯtra charitatē faciūt: q: eleemosynā pauperis infirmi, vel senis, vel nō potentis laborare sibi vsurpant contra id. xlvij. di. sicut hi. ꝛ pre. c. non satis. Et quia negligunt tales iustitiam operandi de cibo mendicato securi: ideo eis etiam esurientibus non tamen ad mortē cibus tollendus est sm Augu. v. q. v. non omnis. et no. xlij. distin. quiescamꝰ. Et si monachi ab ecclesia approbati manibus laborare tenētur. xvj. q. j. de presentium. et probatur late inferius. Et fratres minores sm regulam eoꝝ, vt declarat ex de ℣. signi. exiij. li. vj. multo potius hi tales: qui nec tamen veri eremite sunt eremum incolentes. de quibus in autent. de monachis. §. cogitandum. habentes nomem sine re. contra id. xlij. distin. oratorium. xvj. questi. j. si cupis. ¶ Itez si statum anachoriticum aut

eremiticum seruare se dicunt qui est, vt. s̄. dixi, ab ecclesia approbatus. ex de exces. prela. cum ex eo. §. si. lib. vj. vbi de hoc. adhuc eos i tali statu laborare oportet: vt dictū est in additione. et de sudore suo sibi cibum querere: ꝛ non mendicare: nec alienam agapen recipere: nisi in vltima essent mortis necessitate ineuitabili cōstituti. ad hoc. lxxxj. dist. c. si. et. lxxxij. dist. §. j. ꝛ. c. j. vbi de hoc a sensu contrario. et ibi no. ꝛ expressum. xxxj. q. j. quomodo. ibi. Et idcirco etas prescribitur: vt illi tm̄ accipiant pauperum cibos: qui iam laborare non possunt. et de cōse. dist. v. nūꝙ. Et fratres etiā minores ex regula laborare tenētur: sed clerici propter occupationē laboris spiritualis, officij diuini, lectionis, studij, predicationum, cōfessionum, et similium, excusantur: sed eoꝝ laici professi obligantur ad laborandum: nisi quū sunt in fratrum clericorum seruitijs occupati. ex de verbo. signi. exiij. lib. vj. facit etiam ad hec. j. q. ij. sacerdos. xcj. dist. in palea. presbyter. et. c. clericus. j. et. ij. v. q. v. nō omnis. Et dicit lex ꝙ pauper qui laborare potest, si se immiscet eleemosyne imperatoris redigitur in seruitutem. C. de mendican. vali. l. j. lib. xj. et notatur in preal. c. j. lxxxj. dist. Sic vixerunt omnes anachorite et eremite ꝛ cenobite in Egypto, et in Libya, et in Palestina, ꝛ in omnibus alijs Grecie locis: ꝛ vbilibet antiquitus cōstituti. j. de laboribus manuū suarum, sicut in vitis patrum, et in libris Jo. cassi. ꝛ in lib. qui dicitur paradisus: et in regula beati Benedicti manifestum est. et patet. xvj. q. j. de presentiū. ibi. labor manuū. Et hanc formā laborādi primo dedit angelus sancto Antonio magno secundo eremite post Paulum in forma humana sibi apparens, instruens per actum quomodo oraret et operaretur: et postmodum post eum oēs sancti anachorite et cenobite egyptij maxime de laboribus proprijs vixerunt. sicut in vitis patrum habetur. adeo enim intēti erant illi veri religiosi operi manuali: ꝙ non solum vitam suam ex suis operibus transigebant: sed per Egyptum et Libyam per carceres et hospitalia et alia pia loca que superant eleemosynas transmittebāt: et de suis sanctis et iustis laboribus alios pauperes inualidos sustentabāt: adeo vt vix pauperes sufficerent ad tantas eleemosynas receptandas. Immo quidam ex patribus in vltimis eremis remotis ab hominibus existentes, et operas suas vēdere nō valentes, et de fructibus et herbis eremi ꝛ de alijs qua agricultura viuētes, nihilominus laborabāt: ꝛ postꝙ cellas suis operibus implerāt: ignē eis apponebant: asserentes monachum nō posse in solitudine sine labore manuum permanere. vt narrat Jo. cassi. in. xij. libel. in lib. de acidia. de abbate Paulo probatissimo patrum. Quanto autem (quod est mirabile et notabile) magis contemplatiui quidam ex eis amplius manibus laborabāt: vt patet in Machario et Arsennio. Laborabāt autem de palmis funiculos faciendo et plectas, vascula lignea aut iuncea, aut cingula. quidam eorum erant fabri. nā et Joseph pater christi putatiuus faber lignariꝰ fuit. Mat. xiij. Mar. vj. Luc. iiij. ꝛ simile Jo. vj. ibi. Nōne hic est filius fabri? Augu. in sermone natiuitatis. Est autē pater christi faber deꝰ qui totius mūdi opera fabricatus est: arcā Noe disposuit: Moysi tabernaculū ordinauit: arcam testamēti instituit. Fabrum dixerim qui mentē rigidā explanat: ac cogitationes superbas excidit. Quidam scriptores, quidā agricultores, quantum eis sufficere poterat: quidam hortulani, quidam eorum tempore messis messores, de quo mercedē recipiebant: nunc pecuniam, nunc alicuius speciei granū: quidam eoꝝ fabricabant cellas: ꝛ puteos fodiebant: quidam clibanarij. Tradit Jo. cassi. in. ij. lib. institutoꝝ monachorum Egypti sic dicens. Operis autem ac sudoris assiduitatem quisꝗ monachorum subire compellitur: vt proprijs manibus iuxta apostolū. ij. Thessa. iij. quotidianum victum vel suis vsibus vel aduenientiū necessitatibus parans, et fastus vite preterite possit et delicias obliuisci: et humilitatem cordis contritione laboris acquirere. Et in alio. c. eiusdem libri sic dicit. Nam pariter exercētes corporis animeꝗ virtutes, exterioris hominis stipēdia cū emolumentis interioris exequantur: lubricis motibus cordis et fluctuationi, et cogitationi instabili operum pondera velut quādam tenacem atꝗ immobilem anchoram prefigētes: cui volubilitas atꝗ peruagatio cordis innexa, intra claustra celle velut in portu tutissimo valeat contineri: atꝗ ita meditationi spirituali tantum et custodie cogitatio intenta non modo ad consensum: non praue cuiusꝙ suggestionis peruigilem mentem corruere non sinat: verum etiam ab omni superflua otiosaꝗ cogitatione custodiat: ita vt quod ex equo pōderat aut facile possit a quoꝙ discerni. i. vti propter meditationem spiritualē incessabile manuum opus exerceant: aut propter vigilitatem operis tam preclarum spiritus profectum sciētieꝗ lumen acquirant. ¶ In quarto autem libro sic dicit. Et quum tantum vnusquisꝗ eorum quotidie de opere proprio reditum cōferat monasterio: vt ex hoc nō solum sustentare suam valeat parcitatem: verū etiam vsibus possit exuberare multorum: in nullo tamen inflatur: nec sibi de tāto operis sui questu ac sudore blāditur: sed preter duo paxematia que tribus vix denarijs ibidem distrahūtur: nihil sibimet amplius vnusquisꝗ presumat. ¶ Itē in. v. lib. sic dicit. Quū quidam seniorum videret Symeonem italicum non operantem: conijciēs eum tam otij vagatione ꝙ rerum penuria diutius in cella durare nō posse: certus neminem posse impugnationes solitudinis tolerare: nisi quum quis proprijs manibus sibimet victum fuerit parare cōtentus: vt daret Symeoni materiam laborandi: quasi indigeret senior pro quodam fratre suo libro apostoli latine conscripto: dedit illi membranas et vtensilia ad scribendū: et necessitates quasi pro totius anni mercede: ꝛ recepit codicē scriptum illi nullis vsibus profuturum: quippe in illa regione vniuersis notitie lingue latine penitus ignaris: et hac subtilitate charitatiua egit ille senior vt ille Symeon sine confessionis verecundia merito laboris et operis sui necessaria victus alimenta perciperet: ꝛ ipse sue munificētie pietatem tamꝙ debiti necessitate compleret. ¶ Item in eodem. v. lib. dicit ꝙ Archebius cenobita qui matrem in quinquaginta annis non viderat: quamꝙ castrum de quo fuerat amplius quatuor milibꝰ a suo monasterio non distaret: sciens eam grauari a creditoribus post mortem mariti debito cētum solidorum, inter monasterij claustra perdurās solitum operis pensum sibi triplicari poposcit: et per totum anni spatium diebus pariter et noctibus desudans debiti nodū operis sudore creditoribus soluens, matrem omni inquietudinis iniuria liberam dereliquit. ¶ Item super illud Mat. j. Erant enim piscatores, dixit Theophilus. Uide autē ex laboribus proprijs enutritos: tales enim digni, erant christi primi discipuli fieri. Item idem in. x. lib. de spiritu acidie apostolum commemorans exponit. ij. ad Thessa. iiij. c. Rogamus autem vos fratres vt abunderis magis: et operam deris vt quieti sitis: et vestra negotia agatis: et operemini manibus vestris: vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt: ꝛ nullius aliq̄d desideretis. Repete. Quieti sitis. i. in vestris cellulis cōmorātes: ne diuersis rumoribus qui solent otiosorum votis vel fabulis generari, inquieti effecti: alijs quoꝗ inquietudinē inferatis. Uestra negotia agatis: non curiositate vestra actus mundi velitis inquirere: ac diuersorum conuersationem explorantes operam vestram nō erga correctionem vestram seu virtutum studia, sed ad detractionē fratrum velitis impēdere. de qua detractione de peni. dist. j. homicidiorum. et. xx. dist. alienus. Et operemini manibus vestris. Nullus enim potest vel inquietus non esse: vel aliena nō curare negotia: nisi qui operi manuum suarum non acquiescit insistere. Et honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. Nunꝙ potest nec apud homines seculi honeste incedere: qui nequaꝙ claustris celle et operi manuum suarum inherere contentus est. Sed necesse est eum inhonestum esse: dum necessaria victus requirit; adu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lationi quoq; operam dare:nouitates etiam rumoꝝ sectari:causarum fabularumq; occasiones acquirere:per quas sibimetipsi aditum paret/ ac facultatem qua diuersorum domos valeat penetrare. Et nullius aliquid desideretis. Nõ potest nõ alienis donis et muneribus inhiare:qui nõ delectaꝛ pio quietoq; labore operis sui quotidiani victus parare substãtiã. Et in.ij.epistola ad Thessa.c.vlti. Denũtiamus autẽ vobis fratres in nomine dñi nostri iesu christi:vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinate. Itaq; ab iis qui vacare operi nolunt/iubet subtrahi:et velut membra otij corrupta putredine desecari:ne inertie morbus velut letale contagiũ etiam sanas membroꝝ partes tabe serpente corrũpat.ad hoc.xlv.dis.sed illud. xxiiij. q.iij.resecande.ex de sta.mo,ea que.s.rñ. Qm̃ non inquieti fuimus inter vos:neq; gratis panẽ mãducauimus.qui tamẽ poterat de euãgelio qđ predicabat/viuere. q: dignus est operarius mercede sua. Luc.x.s. ad Timo.v. Dign' est operarius cibo suo. Mat.x.xij.q.ij.quicũq;.s. ad Cor.ix.s. q.ij.sacerdos.xiij.q.s.§.his ita. ex de censib'.cum ex officij. ¶ P Quid nos faciemus: quibus nõ solum nulla predicatio verbi cõmissa est:sed nec vlla quidẽ/nisi aie nostre solius cura mãcipatur? Qua fiducia otiosis manibus gratis panẽ comedere audebimus: quẽ vas electionis euangelica predicatione cõstrictus/sine opere manuũ comedere nõ presumit:sed in labore(inquit)et in fatigatione nocte et die operãtes:ne quẽ vestrũ grauaremus? Si em̃ ille qui euangeliũ predicabat:signis illud virtutibusq; cõmẽdans: ne grauaret quẽpiam/gratis manducare panẽ ausus nõ fuit:quomodo illi nõ existimãt se grauare: qui quotidie cum otiosi presumũt? Nõ quasi nos nõ habuerimus potestatẽ:sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandũ nos. Et quidẽ quum haberemus potestatem:⁊ paterẽt nobis facultates omniũ vestrũ atq; substantie: ⁊ vtẽdi eis dñi nostri nossem me habere permissum:nõ sum tñ vsus hac potestate: ne qđ a me bene ⁊ licite fieret:aliis otij noxij preberet exẽplum. Et idcirco euangelium predicans meis manibus volui sustẽtari: vt vobis quoq; volẽtibus iter virtutis incedere/viam perfectionis aperirem: et conuersationis formam meo labore preberẽ. Nã ⁊ quũ essemus apud vos: hoc denuntiabamus vobis:vt si quis non vult laborare:non manducet. Audiuimus em̃ quosdam inter vos ambulare inquiete: nihil operãtes:sed curiose agentes. His aũt qui eiusmodi sunt/denũtiamus et obsecramus in dño iesu christo: vt cũ silẽtio suũ panẽ operantes mãducent: nõ gladio carnali eos addicẽs: sed auctoritate spũssancti vite eis interdicens substãtiam: vt si forte penã future mortis minime cogitãtes/adhuc velint amore otij existere contumaces: saltẽ naturali necessitate cõstricti ⁊ metu presentis interitus/saluatoris precepta suscipere cogantur. Qꝫ si quis nõ obedierit verbo nostro:per epistolã hunc notate:et nõ cõmisceamini cum illo: vt confundatur. Ecce qui laborare recusat et apostolo obedire: quasi excõicatus debet ab oib' euitari: vt publica oim segregatione cõfusus/ad tramitẽ salutis incipiat aliquãdo reuocari. ¶ Item ad Ephe.iiij. Qui furabatur iam non furetur:magis aũt laboret manibus suis:quod bonũ est: vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patientibus. ⁊ Act.xx. in fi. Ad omnia que mihi opus erãt:et iis qui mecum sunt ministrauerunt manus iste oia. Ostendi vobis q: sic laborantes oportet suscipere infirmos:ac meminisse verbi dñi iesu. Beatius est magis dare q̃ accipere. xvi.q.s. predicator.⁊ ex de cele.mis.cum marthe.§.verum. Hec est autem impertientis beatior largitas: q̃ accipiẽtis penuria: que non de pecunia pro infidelitate reseruata/nec de reconditis thesauris impẽditur: sed que de fructu operis proprij et pio sudore profertur. Et idcirco beatum magis est dare q̃ accipere:quia quum illius qui accipit hic qui tribuit habeat paupertatem:nihilominus labore proprio non solũ sue necessitatis sufficientiam/ verum etiam quod tribuat indigenti pia solicitudine parare festinat; duplici gratia decoratus: q̃ ⁊ perfectam nuditatem christi/vniuersarum suarum abiectione possideat facultatum: sed et munificẽtiam diuitis labore suo exhibeat et affectu. Hic quidẽ honorãs deum de suis iustis laboribus. Prouerb.iij.s.q.s.nõ est putanda. Ille vero otij torpore ⁊ inertia solutus/indignum se etiam cibo panis apostoli probat sententia:quũ contra interdictum eius panem edere otiosus presumit. hucusq; Io.cassi. Adde hic quod scripsi.s.in.§.ad partem contrariã.ver.xi.cũ duobus ver.seq. et in additione ibi imposita.et.s.§.hoc autem preceptũ. ver. super illud actu.in ar. lxv. Et idem in eodem lib.x. Solent autem ij qui sunt hac segnitie dissoluti/ nolentes opere manuum sustentari: quibusdam vti testimonijs scripturarũ: quibus quodam inertie velamen imponunt: dicentes/ Operamini cibum qui nõ perit:sed permanet in vitam eternam. Io.vi. et Io. iiij. Meus cibus est vt faciam volũtatem eius qui misit me. ibi Orige. Idoneus cibus filio dei:quum actor paterne voluntatis efficitur: hoc velle in semetipso protestans/quod erat in patre. Solus autẽ filius perfecti operis paterne volũtatis est capax. Ceteri vero sancti nil preter diuinam peragunt volũtatem. Plenam autem ⁊ integram dei facit voluntatem: qui dixit meus cibus ⁊c. Proprius enim cibus eius ostenditur/volũtatem patris facere. Sed ſm Io.cassi. hec testimonia panni quidã sunt:qui contegunt potius ignominiam otiositatis et verecundie nostre: q̃ calefaciant nos illa veste virtutum. de qua Prouerb.vlti. Fortitudo et decor indumẽtum eius. et ſm Salomonem. Qui sectatur otium stultissimus est. Prouerb. xij. Et ibidem. Manus fortium dominabitur: que autem remissa est: tributis seruiet. et Prouerb.xxi. Desideria occidunt pigrum: noluerũt enim quicq̃ manus eius operari. Tota die concupiscit et desiderat. qui autem iustus est tribuet et non cessabit. et Prouer.xxviij. Qui operatur terrã suã: saturabitur panib'. qui sectatur otiũ: replebitꝰ egestate. et Eccl's.x. In pigritijs humiliabitur contignatio: et in infirmitate manuum perstillabit domus. Et ſm eũdẽ Salo. non reperi in nostra translatione. sed est sententia hec. Prouerb.xxiiij.ibi. Per agrum hominis pigri transiui: et per vineam viri stulti: et ecce totum repleuerant vrtice: et operuerant superficiem eius spine. Vie nihil operãtium strate sunt spinis: id est vitijs. Et iterũ Prouerb.xxi.quantum ad sententiã. In desiderijs est omnis otiosus. de consecra. dist.v. numq̃. Et iterum Prouerb.xxi. Desideria occidunt pigrum. His itaq; exemplis per Egyptum patres eruditi nullo modo otiosos esse monachos/ac precipue iuuenes patiuntur: actum cordis et profectum patientie et humilitatis vtilitate operis metientes. Et non solum a nullo quicq̃ ad vsum victus sui accipere sinunt: sed etiam de laboribus suis non tantum superuenientes et peregrinos reficiunt fratres: verum etiam per loca Libye que sterilitate laborant: nec nõ etiam per ciuitates ijs qui squalore carcerum contabescũt: immanem dirigunt alimonie substãtiam: de fructu manuum suarum rationabile ac verum sacrificium dño tali oblatione se offerre credentes. Hec est autem apud Egyptum ab antiquis patribus sancita sententia/demone vno monachum operantem pulsari: otiosum vero innumeris spiritibus deuastari. hucusq; Io.cassi. in prealleg. lib.x. Item in vltima collatione patrum que est.xxiiij. verba Abrae anachorite. Preferẽdus est manuũ labor otiose in hac parte meditationi scripturarum: infructuose lectionis instantie: ſm apostolicam auctoritatem et seniorum instituta: quia qui sani corporis est ac robusti: stipe aliena sustentari nõ debet: que iuste solis est debilibus attributa. Nam vtiq; agape: id est charitate vel stipe aliena certum est omne genus hominum sustentari: etiam ipsos reges: quod proprijs manibus non laborat. nam maiorum habet definitio: quicquid ad necessitatem quotidiani victus insumitur: quod opere manuum nostrarum effectum partũq; nõ fuerit: ad agapen referri debere sanxerũt. ſm Apostolũ qui otiosis penitus interdicẽs opẽ largitatis aliene/qui (inquit) nõ operatꝰ: non manducet.ij.ad Thessa.vlti. Itẽ in vitis patrum. Abbas sysoy ait. Corporalis labor dux est humilitatis. Item dixit Abbas Achillas Abbati Amon. Ego hac nocte.xxij. vlnas funiculi operatus sum: ⁊ in veritate nõ indigeo: sed propterea laboro ex omni virtute mea: vt ab opere ad orationẽ tãq̃ ad requiẽ veniã. Itẽ dixit alter senex. Labor et humilitas ⁊ oratio sine cessatione possidẽt christũ. nam requies ⁊ iustificatio propria et volũtas impedimẽta sunt. oẽs em̃ pene per ea perierunt. Item dixit quidã frater abbati Sysoy. Si habeo aliũde sufficiẽtiã: videtur tibi vt cogitem de labore manuum? Rñdit. Quãtũuis habeas: nõ negligas operari: et quantũ potes/fac: nõ tamẽ cũ turbulento animo. Itẽ Serapion presbyter pater erat quasi.x. miliũ monachoꝝ: qui oẽs ex laboribus ꝓprijs et mercede manuũ viuebãt: quã tẽpore messis acquirebãt: ⁊ partẽ plurimã ad supradictũ senem ꝓ pauperibus deferebãt. Omnibus em̃ pene Egyptijs monachis moris erat/tempore messis locare operas suas ad partẽ frumenti habendam: de quo magnã partem pauperũ vsibus offerebãt: sed nec intra Egyptum sufficiebãt pauperes qui possent mĩe eoꝝ fructus ⁊ largitatem absumere: sed in Alexandriã naues onuste frumẽto huiusmodi dirigebãtur: vel in carcere conclusis vel reliquis peregrinis ⁊ pauperib' erogãdo: Docuit etiã magnus Antonius Paulũ simplicẽ quõ digitis corporis opus carnale: cogitatione vero mẽtis ⁊ intentione operaretꝰ que dei sunt. Itẽ interrogatus abbas sysoy quomodo oportet monachũ sedere in cella. Rñdit. Quantum ad id qđ in manifesto est: hoc est vt opus manuum faciat: et semel comedat: ⁊ taceat: ⁊ meditetur. Occulte aũt in cella ꝓficere est: hoc est vt redarguat seipm̃ vnusquisq; de proprijs excessibus in omni loco ad quẽ perrexerit: ⁊ vt ministerij horas custodiat: ⁊ de occultis non negligat. Si autẽ tẽpus contigerit q̃ vacet ab opere manuũ: intret ad ministeriũ operis dei: et id sine aliqua perturbatione consummet. Finis autem hoꝝ est vt cogitatũ bonũ simul teneat: et reuocet a se maloꝝ cogitatũ. Itẽ de Hilarione legitur q̃ fiscellas iunco texens emulabatur monachorum Egypti disciplinã. et Apl'm dicentẽ/qui nõ laborat nõ mãducet.ij.ad Thessa.vlti.ad Ephe.iiij. de cõse.dist.v. nũq̃. Item de eo legitur q̃ quum vadẽs per mũdũ ad insulam peruenisset: in deserto agello manẽs/lignoꝝ quotidie fascem colligẽs/imponebat dorso: quo venũdato sibi alimoniam et ijs qui forte veniebãt ad eũ/ pauxillũ panis emebat: q: nec fragmẽ panis a quoq̃ accepit. Itẽ quum Macharius maior venisset ad Antoniũ: et loquerẽtur sero de humilitate animarũ: et operarẽtur: vidẽs Antonius magnũ opus plectarum qđ fecerat Macharius/admiratus est: et osculatus est manus eius dicens/ Multa virtus de manibus istis egrediꝰ. In monasterio Euticij narrat Grego.in dialo. erãt antiquarij libros scribentes: ⁊ ipẽ abbas Euticius in valle fenum secabat: ⁊ falcem fenariã in collo deferẽs veniebat. Omnes etiã monachi de vita manibus cõficiebant linteamina: ex cuius operis emolumẽto nulli eorũ quicq̃ deficiebat ad vitã. Regula data Pachamio ab ãgelo dicit. Permittas vnicuiq; vt tãtũ quãtũ possit ⁊ cibi sumat et potus: et iuxta manducantiũ et bibentiũ vires paribus quoq; eos operib' subiugabis. Et neq; quẽq̃ ieiunare vel manducare ꝓhibeas: ita tamẽ vt fortioribus et magis edentibus semper onus grauius iniungas. Infirmiores autem et vere monachi ad operandũ leuius vrgeantur. Philothonius monachus ex quo gratiam baptismi suscepit: sine causa se alterius vsum pane nesciuit: et ex laboribus proprijs elephantiosis. cc. solidos dedit. Liconius presbyter nũq̃ de solitudinibus egressus est per xl.annos fungens officio sacerdotis: nec nisi ꝓprio opere et sudore quesitum attigit panẽ. Venerũt quidã patres ad quẽdam leprosum vt darẽt ei eleemosynam: ille nõ acquieuit accipere/dicens. Ecce modicas palmulas habeo quas operoꝝ et facio plectas ex eis; et mãduco panẽ. Et iterum venerũt ad domũ cuiusdã vidue que habebat filios: ⁊ quum pulsarent ostiũ: cucurrit filia nuda ad ostiũ: mater vero iuerat ad opus: erat em̃ candidatrix: et dabãt filie eius vestimẽtum et nũmos: ipsa autẽ nolebat accipere dicens venisse matrẽ suã et dixisse sibi/cõfide filia: quia noluit deus: et inuenio opus qđ facio hodie vnde habeamus victũ nostrũ. Et quum venisset mater eius: rogabãt eam vt eleemosynã acciperet: ⁊ noluit dicens. Ego habeo curatorẽ deum meũ: ⁊ vos vultis eum tollere a me hodie. Illi autem agnoscentes fidem eius glorificauerunt deũ. Ista etiam duo exẽpla proxima posui.s.in.§.nũc vero.ver. quidam.cũ seq.in ar.liiij. Iterũ dixit senex. Surgens mane dic ad teipsum. Labora corpus vt pascaris. sobria esto aia vt apprehendas hereditatẽ. hoc de vitis patrũ et collationib' intuli. Et recusantes hodie manib' laborare cõfundantur: et timeant mortem panem comedẽtes otiosi: q: scribitur Prouerb.vlti. Et panem otiosa non comedit: et date ei de fructu manuum suarum. Et Hiero. in canone de cõse.dist.v.nũq̃.dicit. Semper aliquid facito: vt te diabolus inueniat occupatũ. ⁊ sequitur ibi. Si apostoli habẽtes potestatẽ de euãgelio viuere/laborabãt manib' suis ne quẽ grauarẽt: et alijs tribuebãt refrigeria quoꝝ pro spiritualibus debebant metere carnalia.s. Cor.ix. ex de prescrip.cum officij.de censi.cũ apostolus.cur tu in vsus tuos successura non prepares? vel fiscellam texe iunco: vel canistrum lẽtis plecte viminibus: seratur humus: areole equo limite diuidãtur: in quibus quum olerum iactata fuerint semina: vel plante per ordinem posite: aque ducantur irrigue. Inserãtur fructuose arbores vel gẽmis vel surculis: vt paruo post tẽpore laboris tui dulcia poma decerpas. Apũ fabrica aluearia ad quas te mittũt Salomonis prouerbia.texantur quantũ ad sententiã. Prouerb.xxiiij.ibi. Comede fili mi mel: quia bonum est. quãtum ad literã in ecclesiastico dicitur Eccl'iasti.xi. Breuis in volatilibus est apis ⁊c. lina capiendis piscibus. scribantur libri vt et manus operetur cibos: et anima lectione saturetur. In desiderijs autem est omnis otiosus. Prouerb.xxi. Egyptiorũ monasteria hunc morem tenent: vt nullum absq; opere ⁊ labore suscipiãt: nõ tam propter victus necessaria/q̃ propter anime salutẽ: ne vagentur peruersis cogitationibus et ad instar fornicantis israel omni transeunti diuaricent pedes suos.xxxij.q.v. paulus. in fine. hucusq; Hiero. scribens ad Rusticum monachũ ⁊ per eum alios monachos instruens. vt dicit in fine.c.predicti. Item ibi Hierony.in canone.xxi.q.s.quomodo.exponẽs verbum Apostoli.s. ad Timo.v. Vidua/inquit/eligatur non minus.lx.annorum que fuerit vnius viri vxor: hoc est preceptuꝫ de eis viduis que ecclesie pascuntur eleemosynis: et idcirco etas prescribitur: vt ille tantum accipiant cibos: que iam laborare nõ possunt.et.s̃. positum est. Itẽ Prosper in canone preall. s.q.ij. sacerdos. Quid est de euangelio viuere: nisi laborantem inde vbi laborat necessaria vite percipere? Qui ergo in euangelio nõ laborat: quomodo potest eleemosynam recipere: quam tamẽ Paulus non recipit viuens de suis laboribus? vt ibi dicitur. vt gyrouagis ⁊ pseudo religiosis tolleret materiam mendicandi: et daret materiam laborandi. vt superius est probatum. Preterea canon preallega. lxxxij.dist.c. episcopus. dicitur. Episcopus pauperibus vel infirmis qui debilitate faciẽte suis manibus laborare nõ possunt: vestitum et victum inquantum sibi fuerit possibile/largiatur. ergo a sensu cõtrario/si laborare possunt: nõ debent eleemosynam recipere. Item vere ſm Augu. in canone.v.q.v.non omnis. xxiij.q.iiij.nimium. vtilius esurienti panis tollitur: si de cibo securus iustitiam negligat: quia iustum est ſm Apl'm.ij. Thessa.vlti. Qui nõ laborat non manducet: q̃ panis ei frãgitur: vt iniustitie seductus acquiescat.i.ignauie ⁊ acidie: q: homo nascitur ad laborẽ. Iob.v.ergo iustum est vt laboret.vbi Bernar. Homo ad laborẽ natus/si laborem refugit: nec facit ad qđ natus est: ad qđ venit in mũdum; quid respondebit ei qui misit eũ:

Universidad de Deusto Biblioteca

qui instituit vt laboraret? Itē super illud Mat. vj. Ideo dico vobis ne soliciti sitis aīe vestre q̄d māducetis: nec corpori vestro q̄d induamini. Aug. de heresibus. dicunt autē Euticitide quidā heretici opinātes monachis nō licere sustētande vite sue causa aliquid operari: atq̧ ita seipsos p̄fiteri vt oīno ab operibus vacēt. Itē Aug. de operib⁹ monachoꝝ. Inquiūt enim. nō de hoc opere corporali in quo vel agricole vel opifices laborant/ precepit apl's quū diceret. ij. Thessa. vlti. Qui nō vult operari nō māducet. Neq̧ euāgelio posset eē cōtrarius vbi ait dn̄s. Ideo dico vobis ne soliciti sitis aīe vr̄e ⁊c. In verbo ergo apl'i predicto spiritualia opera debemus accipere: de quib⁹ alibi dicitur. j. Cor. ij. xix. di. scd̄m. ex̄ de deci. cū nō sit. Ego plantaui: apollo rigauit. Et ita se arbitrātur apl'ice ⁊ euāgelice obtēperare sententie: quum euangeliū credūt de non curāda corporali huius vite indigētia precepisse: et Apl'm de opere ⁊ cibo spūali intellexisse. Qui nō vult operari nō manducet. Prius ergo demonstrare debemus Apl'm opera corporalia seruos dei operari voluisse. premiserat em̄ dicens. ij. ad Timo. vlti. Ipi em̄ scitis quomodo oporteat imitari nos: qm̄ nō inquieti fuimus iter vos: neq̧ panē ab aliquo gratis manducauimus: sed in labore et fatigatione die ac nocte laborātes: ne quē vestrū grauaremus. Nō quasi nō habuerimus potestatē: sed vt nosmetipsos formā daremus vobis q̄ nos imitaremini. Nā et quū essemus apud vos: hoc denūtiabamus vobis: qm̄ si quis nō vult operari: nō manducet. Quid ad hoc dici potest: qn̄ exēplo suo docuit quod precepit. s. corporaliter operādo? Nā q̄ corporaliter operaret̄ ostēditur in actibus vbi dicit̄ Act. xviij. q̄ mansit cū Aquila et vxore eius Priscilla opus faciēs apud illos: erant em̄ tabernaculoꝝ artifices. Nostra translatio sic habet. Et q: eiusdē erat artis: manebat apud eos ⁊ operabatur: erant aūt scenofactorie artis. Et tn̄ Apl'o tāq̄ predicatori euāgelij/ militi christi/ plātatori vinee/ pastori gregis/ constituerat dn̄s. Luc. x. Mat. x. vt de euangelio viueret: qui tamē stipendiū sibi debitum nō exegit: vt se formā daret eis qui exigere indebita cupiebāt. Audiāt ergo qui nō habēt hanc potestatē quā ille habebat: vt tātūmodo spiritualiter operātes/ manducēt panē a corporali labore gratuitū. Si aūt euangeliste sunt: si ministri altaris: dispensatores sacramētoꝝ: habēt hanc potestatē: si saltē habebant aliquid in seculo quo facile sine opificio sustentarent hāc vitā: qd̄ couersi ad deū indigentibus dispertiti sunt: ⁊ credēda est eoꝝ infirmitas ⁊ ferēda. Nec attendendū in quo loco hoc qd̄ habebāt impēderint: quū oīm christianoꝝ sit vna respublica. Sed qui veniūt ad professionē seruitutis dei ex vita rusticana et ex opificū exercitio et plebeio labore: quominus operētur excusari nō possunt. Nullo em̄ modo decet vt in ea vita vbi senatores sunt laboriosi: ibi fiāt opifices otiosi. Et quo veniūt relictis delicijs suis qui fuerunt prediorū dn̄i: adsint rustici delicati. At quum dn̄s ait Mat. vj. Nolite soliciti esse ⁊c. nō hoc dicit vt ista nō p̄curēt quantū necessitatis est: vnde honeste viuere poterūt: sed vt nō ista intueantur: ⁊ ppter ista faciāt quicq̄d in euāgelij predicatione facere iubētur. Eā nāq̧ intentionē paulo superius oculū vocauerat in eodē. c. Mat. vj. ibi. Lucerna corporis tui est ocul⁹ tuus. si oculus tu⁹. i. intentio simplex fuerit ⁊c. hucusq̧ Augu. vbi. s. ⁊c. ¶ Item ibi Hiero. Precipit̄ ergo nobis ne soliciti simus q̄d comedamus: q: in labore vultus. Geū. iij. preparam⁹ nobis panē: ergo labor exercēdus est: solicitudo tollēda. Item ibi Chry. Nō em̄ solicitudinibus spūalibus/ sed laboribus corporalib⁹ acquirēdus est panis: qui laborātibus p̄ premio diligētie deo prestāte abūdat: ⁊ negligētibus p̄ pena deo faciente subducit̄. Itē Aug. de operibus monachoꝝ. Quidā dicūt propterea se operari nō debere: q: volucres celi nec semināt nec metūt. Cur ergo isti nō attendunt quod sequitur. Neq̧ cōgregāt in horrea? Cur ergo isti manus otiosas: et plena repositoria volūt habere? Cur deniq̧ molunt et coquūt? Hoc enim aues non faciūt. Aut si reperiunt quibus hoc persuadeāt vt eis per singulos dies escas afferāt preparatas: saltē sibi de fontibus aquā afferunt ⁊ reponunt: qd̄ volatilia nō faciūt. Sed si nec aqua sibi vasa coguntur implere: iam illos qui tūc erāt Hierosolyme nouo gradu iustitie supgressi sunt: q̄ demisso sibi ex Grecia frumēto panem fecerūt/ aut facere curauerūt qd̄ aues nō faciunt. Nō possunt aūt seruare vt nil. s. in crastinū reponāt/ qui se per multos dies a conspectu hoīm separatos ⁊ nulli ad se prebētes accessum includūt seipsos: viuentes in magna intētione orationum. An forte quo sunt sanctiores: eo sunt volucribus dissimiliores? Qd̄ autē dicit̄ de volatilibus celi/ ad hoc dicit̄ ne quisq̄ putet deū seruoꝝ suorum necessaria nō curare: quū eius prouidētia vsq̧ ad ista gubernāda p̄ueniat. Neq̧ em̄ nō ipse pascit eos qui manibus operantur. Neq̧ em̄ q: deus dixit in ps̄. xlix. Inuoca me in die tribulationis ⁊ eruā te. nō debuit fugere apl's: sed expectare vt Act. ix. vij. q. j. ibi cōprehenderetur: ⁊ cū deus sicut tres pueros de medijs ignibus liberaret. Dan. iij. xi. q. iij. imperatores. ⁊. xxiij. q. iiij. nō inuenitur. Sicut em̄ qui sanctis fugiētibus huiusmodi questionē obijceret: respōderēt nō se oportuisse tentare deū. Mat. iiij. ⁊. xxij. Luc. iiij. ⁊. xxij. q. j. queritur. sed tūc talia deum si vellet esse facturū: vt eos. s. liberaret sicut Danielem a leonibus. Dan. vlti. et Petrū a vinculis. Act. ij. quū ipsi quid facerēt non haberēt: quū vero fugiendi eis potestatē dedisset: etiā si liberarētur per illam: nō nisi ab ipso liberari. Sic dei seruis valentibus manibus suis victum transigere: si ex euāgelio mouerit questionē de volatilibus celi que nō semināt neq̧ metunt: facile respondebūt. Si nos per aliquā infirmitatē vel occupationē non possumus operari: ille nos pascet sicut aues que nihil operātur. Quū aūt possumus: nō debemus tentare deum: q: hec que possumus: eius munere possumus: et quum hic viuimus: illo largiēte viuimus: qui largitus est vt possimus: et ille nos pascit a quo aues pascuntur. hucusq̧ Augu. vbi. s. O

LAbor aūt manuū intētione recta adhibitus hec bona oīa operatur. scilz Otium ⁊ acidiā expellit. Corpus mortificat. Cor humiliat. Mentē cōprimit: ne per illicita vagetur. Tenet hoiem ne discurrat. Paupertatem cōseruat et nutrit. Libidinem refrenat. Silentiū subministrat. Grauem et maturū religiosum cōstituit: ⁊ honestū preceptū dn̄i/ scz In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Geū. iij. Et apl'i. Qui nō laborat nō māducet. ij. ad Thessa. vlti. custodit. Verecundiam petendi contegit et conseruat et frontositatem et importunitatem exigendi repellit. Furtum et quācunq̧ vsurpationem rei aliene cohibet. Eleemosynam nutrit. Orationem et contemplationem geminat. Fastum et elationem vulnerat. Cor compungit. Si moderatus sit: tristitiā carnalem fugat: et ceteras passiones marcescere facit. Solitudinem manutenet. Beatitudinem gratie impetrat in hac vita: et glorie in futuro. iuxta illud ps̄. cxxvij. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Caueant autem laborātes maxime viri spirituales/ ne labor nimius manuum sit philargyrie: id est auaritie incentiuum: sicut in collatione predicta Piamonis de tribus generibus monachorū de sarrabaitis habetur. Nam ibi Piamon pater loquens de nobili genere monachorum qui cenobite dicūtur: et de teterrimo et infideli genere monachorum qui sarrabaite dicuntur. dixi in prin. istius. sic ait. Illi scz cenobite ob hoc certatim statutum trangredi canonem diuinis operibus elaborant: vt quicquid monasterij sanctis vsibus redundarit: vel carceribus/ vel xenodochio/ vel indigentibus p̄ abbatis dispensetur arbitrio. Isti scz sarrabaite sic laborare nitūtur: vt quicquid quotidiane superfuerit gule: aut profusiori proficiat voluptati: aut certe philargyrie vitio recondatur. Illos scilz cenobitas patientia atq̧ discretio qua tam deuote in hac quam semel arripuerint professione perdurant: vt numq̄ suas expleant voluptates crucifixos huic mundo quotidie ⁊ continue viuosq̧ martyres facit. Hos scilicet sarrabaitas arbitrij sui repor viuos ad inferna demergit. hucusq̧ Piamō.

Varia labor commoda.

¶ Propter predictas oēs vtilitates q̄ ex dictis vite patrū trahunt̄: oēs sctē regule ab ecclesia approbate eas pficientib⁹ labores manuū indixerunt. ps̄. lxxvij. Sed heu heu sancte eleemosyne et sanctus panis angelicus q̄ pro noīe dn̄i petit⁹ colligitur ostiatim: impinguāt hodie in ecclesia dei centum milia et mille milia ribaldorū: q̄ pane saturati et otio dediti: sicut ab Ezechiele deplorat̄ in iniquitatē incidunt Sodomoꝝ qui fuerunt acidiosi ⁊ gulosi: ⁊ ideo in illud nefandū piaculū iciderūt. Eze. xvj. vltra mediū. Multi em̄ sub specie religionis alios visitantes/ ⁊ eis adulātes/ ⁊ mēdacia cōponentes/ comedūt panē impietatis: ⁊ vinū iniq̄tatis bibunt. Prouer. iij. ⁊ Eccli. xx. Qui edunt panem illi⁹: false lingue sunt. Iste est etiā ille panis pessimus de q̄ etiā dicit̄ Prouer. xx. Suauis est homini panis mendacij: et postea implebit̄ os eius calculo. i. lapide ignito. dicit glos. Et vtinam pro minori malo tales pseudoreligiosi otiosi panem necessariū peterent ⁊ acciperent. sed supfluum petūt: ⁊ sicut mercatores ⁊ fures qd̄ superest eorū gule ⁊ crapule/ cōmutant ⁊ vendunt. panē sanctū in se amore dei collatum in profanas alias species cōmutant dātes pro eis panes eleemosyne: imo se turpiter defraudantes. Nō em̄ datur panis eleemosyne vt vendat̄: sed vt pauper exinde alatur vnde Eccli. xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis est: q̄ defraudat illū: homo sanguinis est. ar. xiij. q. ij. q̄ oblationes. s. Erū superest altari pauperi tribuat̄. lxxxvj. di. non satis. ⁊. ideoq̧. ⁊ i glos. ar. q̄ paup. ⁊. xij. q. j. habebat. Accipiētes aūt panem supfluū vel alias eleemosynas nō necessarias pro presenti vel breui tēpore in futurū aliena s̄m Hiero. xlij. di. §. ordinandus itaq̧. ⁊ Ambro. xlvij. di. sicut. rapere cōuincunt̄. ibi dicit̄. Plusq̄ sufficit sumptū/ violenter obtentum est. Et Amb. ali. Qui nō indiget ⁊ accipit: rapit. ⁊ de talib⁹ Job. xv. Ignis deuorabit tabernacula eorū qui libenter munera accipiūt. Sed dicit dn̄s Esa. xxxiij. Beatus q̄ excutit manus suas ab omni munere. lingue man⁹ ⁊ obsequij. s̄m Greg. j. q. j. sunt nōnulli. O sancta ecclesia mater verorū pauperū: quot hodie in te cōmuniter sunt questores tot sunt raptores. vix hodie nedum inter seculares: sed etiā inter religiosos inter mille nō inuenit̄ q̄ recuset oblata: imo q̄ de eleemosynis promptuaria nō faciat et hoc in illud. s̄m Dauid. ps̄. cxliij. imo q̄ non necessaria p̄ importunitatē nō petat. Nō inuenit̄ quasi qui dicat satis est: non plus. Et scribitur. Prouerb. xxix. Sanguisuge. i. demonis sanguinē fideliū sugentis due sunt filie: scilicet fornicatio ⁊ auaritia. semper dicentes/ Affer affer. q: s̄m Bern. nec corpus voluptate nec animus vanitate aliquādo satiat̄. Homini em̄ fideli totus mūdus diuitiarum est: quia in deo sperat. Homini aūt infideli nec obol⁹. subaudi totus mundus est. xiiij. q. iiij. q̄d dicamus. ¶ R Sed sancta hodie paupertas sobria fidelis ⁊ larga in profluitatē infidelitatē ⁊ auaritiā versa est. hodie tenacitas sub specie virtutis parsimoniā se vocat. xlj. di. sepe. O quot milia eleemosynarū procurat fieri crudelis sathan: vt veri pauperes spiritu ⁊ opere accipientes supflua aliena rapiant. xlvij. di. sicut. et perdant meritū paupertatis. Nec curat astutus serpens si eleemosynam quis aliquādo dans lucretur vitam: dūmodo indebite accipiens incurrat philargyrie mortē. nam in eodē actu frequenter vnus demeretur: ⁊ alter meretur. xxiij. q. j. quid culpatur. in fi. xxij. q. v. proposito. Audiui enim quū starem in monte aluerne: a fidedignis fratribus/ q̄ quū in primis nostri ordinis temporibus fratres nostri vbilibet maxime in monte illo rigidam tenerent obseruantiam paupertatis in terricula illa demon in domicellum pulcherrimuz ⁊ industriū transfiguratus/ ad domum cuiusdam nobilis de illa guardiana venit. q̄ nobilis satis inhumanus illis fratribus ante erat factusq̧ cellerarius suus demon ille/ frequenter dominū arguebat q̄ sanctis illis fratribus de aluerna non faceret eleemosynas copiosas. ⁊ ad instantiā eius nobilis ille incepit largissime fratrib⁹ prouidere: et de die in diē in eleemosyna eis facienda crescere. propter quod fratres inceperunt in vita relaxari: ⁊ ex occasione abundantie rūpere paupertatē. qd̄ quidam seniores de loco fratres attendētes/ ⁊ gementes/ ⁊ admirātes quomodo ille nobilis qui prius tenax erat ad fratres: sic misericors factus erat: iuerunt ad domū eius: ⁊ interrogantes eum quomodo nūc sic afficeretur ad eos/ qui de eis curare non consueuerat: Respondit q̄ hoc ad suggestionē illi⁹ sui cellerarij faciebat. quo viso vnus eorū cognouit in spiritu q̄ demon eēt q̄ nullo modo respicere poterat in illum fratrē. Cui quū diceret frater ⁊ coniuraret quis esset: demon cum magno strepitu disparuit sic fum⁹. fratres redeūtes ad locū ⁊ referētes hec ad suā parcitatē ⁊ sanctā inopiam redierunt.

¶ Articulus. lij.

SEd ⁊ O alma mater ecclesia nedum contra tua statuta viuūt sapradicta pseudo anachorite: ⁊ contra dicta apostoli pauli: ⁊ dicta sanctorū superius allegata: sed insuper multi eorū maxime pseudo apostolorum ⁊ begardorū multis sunt erroribus implicati. quorū aliquos sponsus tuus papa clemens quintus in sua declarat cōstitutione: que incipit/ ad nostrum. in titu. de heret. in clemen. dicens. A

SEt vnus error eorū est: Homo in presenti vita tātum ⁊ talē gradum perfectiōis potest acquirere/ q̄ reddetur penitus impeccabilis: ⁊ amplius in gratia proficere non valebit. nam vt dicunt/ si quis posset semper proficere: posset aliqs christo perfectior inueniri. Isti moueri videntur ex authoritate Jo. in epistola. j. c. iij. ibi. Omnis qui nat⁹ est ex deo: peccatum non facit. de peni. dist. ij. §. opponitur. ꝟ. Item s̄m hanc. Sed Hiero. contra Jouinianum predicte authoritati respōdet probās oēm hominē in hac vita posse peccare: ⁊ peccato esse subiectū multis hoc probans exemplis. Iste etiā error ab illo videtur trahere ortum qui dicit nullum imputari peccatuz in fide manentium. xxiiij. q. iij. quidam. ver. eunomiani. Si ad impeccabilitatem in hac vita venire possemus: frustra oraremus/ Dimitte nobis debita nostra. de peni. di. iij. de q̄tidianis. ⁊ pre. c. si enim. ꝟ. si non peccam⁹. ⁊ di. j. tres aūt et de con. di. ij. iteratur. Et Mat. vj. ⁊ Luce. xj. vbi Cyprianus. Q̄ necessarie autem ⁊ salubriter admonemur: q̄ peccatores sumus: qui pro peccatis rogare compellimur. Et ne quis sibi quasi innocens placeat: et se extollendo plus pereat: instruitur se peccare quotidie dum pro peccatis q̄tidie iubetur orare. Item Augu. de bono perseuerantie Hoc autem telo pelagiani confodiuntur heretici: qui audent dicere hominem iustū in hac vita habere nullum oīno pctm̄. Et in talib⁹ hoībus nō est iam videre in presenti tempore ecclesiā nō habentē maculaz aut rugā. ad Ephe. v. xxj. di. q̄uis. Chry. in homi. Quoniā vero fidelib⁹ hec oratio conuenit: leges ecclesie docent: ⁊ orationis principium: quod docet deū patrem vocare. Qui ergo fidelib⁹ iubet remissionē peccatorū petere: demonstrat q̄ post baptismū contingit peccata dimitti cōtra nouatianū. de solo christo filio dei dicit Petrus. j. Pe. ij. Qui peccatum nō fecit. ⁊ Jo. xiiij. Venit enim princeps huius mūdi: scilicet diabolus s̄m Aug. ⁊ in me non habet quicq̄. Aug. q: neq̧ cum peccato deus venerat: neq̧ eius carnē de peccati p̄pagine virgo peperat. ¶ B De matre etiam eius beatissima tenent sancti maxime Aug. q̄ non peccauit etiam venialiter in hac vita: tamen in originali peccato ɔcepta fuit: sicut ⁊ ceteri homines. q: ab illa sententia patris sui Dauid. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum. ps̄. l. xxxiij. q. iiij. vir cum propria. nullus excipitur nisi christus qui non de semine humano sed spiritusancto/ et in vtero

An possit q̄s hac in vita fieri impeccabilis.

An maria in originali fuerit cōcepta.

Universidad de Deusto Biblioteca

virginis iam sanctificato cõceptus fuit.ex de sum.tri.c.j.
xxiij.di.qui episcop⁹.Domina autem nostra de semine vtri
usqꝫ parentis Joachim ⁊ Anne concepta fuit:sicut cetere
mulieres:non de spiritusancto sicut fili⁹.⁊ ideo in origina
li peccato fuit concepta vt late probat Bern.in ep̃la quã
scribit canonicis Lugdunen̄.in qua reprehẽdit eos:q: cõ
ceptionis festum domine celebrabant:qd non debet fieri
sed quũ fit:referri debet ad sanctificationẽ eius in vtero.
quia ſm Bern.ante fuit sancta q̃ nata.vnde ⁊ Aug.super
hoc ad petrum diaconũ ait de con.dis.iiij.firmissime tene.
Firmissime tene:⁊ nullatenus dubites omnem hominem
qui per concubitum viri ⁊ mulieris concipitur:cum origi
nali peccato nasci:impietati subditum/mortiqꝫ subiectũ
Et ob hoc naturaliter nasci filium ire.de qua dicit ap̃ls.
Eram⁹ natura filij ire sicut ⁊ ceteri.Eph.ij.⁊ Rom.v.ad
h facit quod legit ⁊ no.de con.di.iiij.c.ij.in v̾bo miraculo
glos.vt in beata Maria.⁊ de con.di.iij.c.j.in glos.de festo.
⁊ facit op.xxvij.q.ij.omne.et hanc sententiam tenent oẽs
antiqui theologi:Alexander/Thomas in suo quarto ⁊.ij
Bonauẽtura/Richardus.licet q̃dã noui theologi a sen
su ecclesie recedentes cõmuni tenere cõtra indeuoti reue
ra domine/ei tamen deuoti cupientes apparere/nitantur
eam quodãmodo sic deo ⁊ suo filio cõparantes.quorũ no
ua opinio ⁊ phantastica sit a fidelibus cancellata:q: san
ctificationem virginis negat.contra id qd tenet ecclesia
ipsam sanctificationẽ fuisse.⁊ sic ſm Bern.antea sanctam
id est sanctificatam in vtero q̃ natam extra vterũ. Si em̃
in peccato originali qd contrahitur in anime infusiõe:vt
no.de con.di.iiij.non ex quo.in glos.ij.non fuisset cõcepta
sanctificatio necessaria non fuisset:sicut nec in christo.et
ideo Romana ecclesia festum conceptionis non agit:et si
tolerat q alicubi fiat:maxime in anglia:non tamẽ appro
bat.q:quod permittitur nõ approbatur.iiij.di.deniqꝫ.xxj.
q.j.hac ratione vel illud festum debet referri ad sanctifica
tionem virginis non conceptionem.vt dictum est.Et ita
dicit oratio que dicitur in hoc festo Rome in sancta Ma
ria maiori.Deus qui sanctificationem virginis ⁊c.sicut vi
di ⁊ audiui quũ ibi de ista sanctificatione predicarem in
et de malis de quibus minus videt᷑/scribitur Prouer.c.j. Sortē mitte nobiscum.marsupium vnū sit omniū nr̄m. Nomine autē marsupij intelligunt᷑ omnia que pecunia mensurātur.vnde glos.interlinearis. Marsupiū vnum/cōmunia om̄ia. Si ergo inter malos possunt esse cōmunia oīa:siue preter necessaria/siue necessaria vite:multomagis inter bonos possunt esse oīa communia. Jdeo de prima multitudine scribit᷑ Actuū.ij.ꝙ erant illis oīa communia.quod de necessarijs etiam vite negari non pōt:et necesse est hoc intelligi. Sed votū religiosoꝝ sine ꝓprio viuere profitentium se extendit ad oīa illa que possunt esse cōmunia:⁊ nulli in speciali ꝓpria:sed oīa quecunqꝫ sint/siue necessaria siue nō necessaria vite:possunt esse cōmunia alicui multitudini: ⁊ nulli eoꝝ propria. alioquin falsum esset qđ scribitur de prima cōmunitate siue multitudine credentiū/ꝙ erant illis oīa cōmunia:ergo votum religiosoꝝ absolute sine proprio viuere profitentium ad alimenta vite necessaria se extēdit.⁊ verba Petri scꝫ Ecce nos reliquimus oīa.non extendunt se ad pauciora q̄ votum religiosoꝝ absqꝫ proprio viuere profitētiū/paupertatem euangelicam et apostolicā imitantiū:⁊ votum religiosoꝝ se extendit ad quecūqꝫ minima:ergo ꝟba Petri predicta se extendunt ad quecunqꝫ etiā vite necessaria. Jtem regula beati Francisci ab eccl'ia data/confirmata et approbata/⁊ declarata/et corpore iuris clausa/sic incipit. Regula ⁊ vita fratrum minorum hec est.scꝫ sanctum euangeliū obseruare:viuendo in obedientia/sine ꝓprio et in castitate ⁊c. ergo viuere sine ꝓprio fuit paupertas euangelica.sed viuere sine ꝓprio in nullo loco euangelij conuenientius exprimitur q̄ in verbis Petri predictis. Ecce nos reliquimus oīa.ergo verba p̄dicta debēt intelligi quātum ad abdicationē ꝓprietatis omniū rerū temporalium quarū religiosi voto a se ꝓprietatem abijciūt. sed religiosi abijciūt a se in spāli voto ꝓprietatis ꝓprietatem omniū rerum que possunt esse cōmunes ⁊ nulli ꝓprie.quia votum abdicationis absolute ⁊ cadens super omnia ex forma ⁊ natura sua cadit sup omnia vniuersaliter que possunt esse cōmunia ⁊ nulli ꝓpria.talia autem sunt vniuersaliter quecūqꝫ temporalia absqꝫ exceptione aliqua.vt sepe dictum est.q: illud qđ scribit᷑ de multitudine credentiū ꝙ erant illis oīa cōmunia: intelligitur vniuersaliter de quibuscūqꝫ rebus tēporalibus. ergo verba Petri predicta intelligunt᷑ quātum ad abdicationem ꝓprietatis omniū rerū quarūcūqꝫ. Nisi hoc diceretur/sequeretur ꝙ abdicatio apostoloꝝ fuisset minor q̄ abdicatio religiosoꝝ absqꝫ ꝓprio viuere ꝓfitentiū. qđ est absurdū. vnde Hiero.ad Exuberantiū dicit. Nemo apostolis pauperior fuit.nemo tanta ꝓ dn̄o dereliquit. Ceterū ꝙ pōt argui de illo qđ dicit angelus ad Petrū. Actuū.xij. Circūda tibi vestimentū tuū. Et illud christi ad Petrū. Conuerte gladium tuū. Matth.xxvj.⁊ illud. Uenit Jesus in domū Petri. Luce.iiij. Et illud. Qui habet sacculum tollat: similiter ⁊ peram.⁊ qui nō habet:vendat tunicam suā ⁊ emat gladium. Luce.xxij. qđ fuit dictū singulis ap'lis in speciali.nō obstat.q: hec arguūt ꝙ hec fuerūt singula et in speciali apostoloꝝ quoad ꝓprietatem ⁊ dn̄ium. ⁊ s̄m hoc semꝑ ⁊ ante p̄dicationem ⁊ post ⁊ post aduentū spiritussancti quilibet apostoloꝝ fuisset ꝓprietarius etiam in speciali:quū quilibet ipsoꝝ ⁊ vestibus ⁊ cibis necessarijs vsus fuerit. Qđ est aperte contra scripturam. Actuū.ij.⁊ iiij.ꝙ nec quisq̄ eoꝝ que possidebat aliquid suū esse dicebat:sed erant illis oīa cōmunia.⁊.j.ꝓ tunc nullus eorum fuit in speciali ꝓprietarius in vestibus nec in alijs q̇bus vtebatur.ergo nec post nec ante.quū nullus ipsoꝝ fuerit magis vsus speciali veste post q̄ ante: nec imperfectior post ecclesiam primitiuā q̄ erat in ea. Est etiā hoc expresse ꝯtra Clementem.xij.q.j.dilectissimis. vbi dicit ꝙ cōmunis vsus omniū que sunt in hoc mūdo oībus hoībus esse debuit.sed ꝑ iniquitatem alius dixit hoc esse suū: ⁊ alius istud.⁊ sic inter mortales facta est diuisio .⁊ sicut nō pōt diuidi aer nec splēdor solis:ita nec reliqua que data sunt hoībus ad habendū diuidi debere:sed habenda oīa esse cōmunia. Jstius cōsuetudinis more retento/apostoli eorūqꝫ discipuli vna vobiscū ⁊ nobiscū cōmunē vitam duxerūt ⁊c. Sexto s̄m Clementem sicut nullus apostoloꝝ vel discipuloꝝ habuit in aere vel in sole spāle dn̄ium ꝓprietatis:nec fuit in spāli in aere proprietarius et sole: ita s̄m ipm nullus fuit in speciali ꝓprietarius in aliqua re huiꝰ mūdi. ⁊ ita predicta opposita nō intelligūtur quoad ꝓprietatem ⁊ dominiū:sed quoad vsum. Et ita nō excipiūtur ab ista vniuersali. Ecce nos reliquimus oīa.que intelligunt quoad ꝓprietatem ⁊ dn̄ium vt superius est ostensum. Jtē cōtra hoc ē expresse Remigius doctor eximius sup illo ꝟbo Apoc̄.xj.in pn̄. Metire templū ⁊ adorantes in eo.vbi sic dicit. Dicito em̄ seculo renūtiantibus. Beati estis qui euāgelici p̄cepti memores/cūcta terrena ꝓ christo reliquistis:sequētes eum a quo thesaurū in celo indeficientē percipietis. hec Remigius. Jtem glos.accepta ab Ambro.sup illud.ij.ad Coꝝ.vj.c. Tāq̄ nihil habentes ⁊ oīa possidentes.glos. Hec fuit gloria ap'loꝝ nihil oīno possidere:sine solicitudine esse:⁊ tam res q̄ dn̄os earum possidere.ideo oīa ponebantur ad pedes ap'loꝝ: sicut in actibus ap'loꝝ legit᷑.hec glos. Jtē Nicolaus.iij.in decre. exijt.posita ex̄ de ꝟbo.sig.li.vj.dicit sic. Dicimus ꝙ abdicatio ꝓprietatis huiꝰ oīm omniū rerū tam in speciali q̄ etiam in cōmuni ꝓpter deum meritoria est ⁊ sancta:quā ⁊ christus viam ꝑfectionis ostendēs/verbo docuit: ⁊ exemplo firmauit:quāqꝫ p̄mi fundatores militātis eccl'ie ꝓut ab ipso fonte hauserant/in volentes perfecte viuere ꝑ doctrine ac vite ipsoꝝ alueos deriuarunt. hec Nicolaus. Ex q̇bus sequunt᷑ duo p̄ncipaliter. Primū ꝙ vsus quarūcūqꝫ rerum ꝯsumptibilium ⁊ non consumptibilium vsu est separabilis a proprietate ⁊ dn̄io in speciali ⁊ in cōmuni.qđ patet ex eo qđ dicit/dicimus ꝙ abdicatio ꝓprietatis oīm rerum in speciali ⁊ in cōmuni ꝓpter deum meritoria est ⁊ sancta.sed nō esset meritoria ⁊ sancta:nisi esset possibilis.ergo vsus in oībus rebus est separabilis a ꝓprietate ⁊ dn̄io. Scđm qđ sequitur est:ꝙ christus ⁊ ap'li habuerūt vsum rerū oīm separatū a ꝓprietate ⁊ dn̄io speciali ⁊ cōmuni.quātum ad cōmunitatem ipsoꝝ spālem ⁊ ꝓpriam. qđ patet ex eo ꝙ dicit.quam ⁊ christus vitam ꝑfectionis ostendens verbo docuit:et exemplo firmauit. quāqꝫ primi fundatores militantis eccl'ie scꝫ apostoli prout ab ipo fonte hauserant/in volentes perfecte viuere per doctrine vite ipsoꝝ alueos deriuarūt. Tertiū qđ sequitur est ꝙ sepe dicta verba Petri. Ecce nos reliquimus oīa.sunt intelligenda in speciali ⁊ in cōmuni quantū ad ꝓprietatē et dn̄iū.q: in nullo alio euāgelio cōuenientius ⁊ ꝑfectiꝰ docuerunt abdicationem ꝓprietatis omniū rerū in spāli et in cōmuni q̄ in verbis istis. Quartū qđ sequit᷑ ex premissis est:ꝙ ap'li non potuerunt licite retinere predia et agros.vn̄ in legenda sanctoꝝ apostoloꝝ Simonis et Jude accepta ex libris Aphricani doctoris ⁊ episcopi p̄cipui scribitur de ipsis ap'lis sic. Non nobis licet aliq̇d possidere super terraꝫ:q: possessio nr̄a in celis est: que est eterna vbi immortalitas regnat:⁊ ideo nulla rōne possumꝰ accipere aurum/aut argentū/aut vestes/ aut domos/ aut p̄dia/aut seruos/aut ancillas.ista oīa terrena sunt:⁊ morientem hominē non sequunt᷑.quibus quū diceretur.vel aliquantuluꝫ accipite quia pauperes et peregrini estis: dixerunt. Nō sumus pauperes:q: diuitias celestes habemus. Hec ibi. Nec obstat si dicatur ꝙ Nicolaꝰ tertius loq̄tur de christo ⁊ ap'lis inquantū prebuerūt exēplū perfectis:non condescendendo infirmis et imperfectis: q: infirmis ⁊ imperfectis condescendendo bene habuerunt proprietatē et dominiū aliquarum reruꝫ. Jstud non obuiat:sed cōfirmat ꝓpositū.q: saltē s̄m hoc ostēdēdo viaꝫ ꝑfectionis perfectis/habuerūt vsum taliū rerū separatū a ꝓprietate ⁊ dn̄io in spāli et in cōmuni. Simil'r quocūqꝫ abdicauerint ꝓprietatē oīm rerū in speciali et in cōi ista

[margin: Ex p̄mis dictis q̄tuor hec īferunt.]

verba Petri. Ecce nos reliquimus omnia. intelligenda sunt quantū ad abdicationē ꝓprietatis ⁊ dominij oīum rerū vniuersaliter ꝓ tēpore quo dicta sunt in speciali ⁊ in cōmuni:ita ꝓ illo tēpore habuerūt vsum oīm rerū q̇bus vsi sunt/separatū a proprietate ⁊ dn̄io in speciali ⁊ in cōmuni. Nec est verisimile aut aliquo mō credibile ꝙ vniuersalis ecclesia que predictā decre.dn̄i Nicolai.iij.absqꝫ contradictione aliqua iam sunt q̇nquaginta anni ⁊ amplius recepit:approbauit corpore iuris clausit: publice in scholis ꝑ vniuersitates lecta est ⁊ vbiqꝫ predicata:ꝑ Bonifaciū.viij.in.vj.lib.inserta: ꝑ Clementē etiam.v.in constitutione Exiui de paradiso.in concilio Uiēnensi edita/Approbata per dn̄m papam Jo.xxij.in quadā sua extrauaganti que incipit Quorūdam/corroborata/circa vitā christi ⁊ apostoloꝝ vsqꝫ nunc fuerit in errore.quū vniuersalis ecclesia in fide vel moribus errare non possit.xxiiij. q.j.hec est.⁊.c.a recta. Ad solutionē etiam contrariorum que possunt fieri:sciendū est ꝙ contingit relinquere aliq̄ dupliciter.scꝫ simpliciter ⁊ ꝑfecte cum intentione nō amplius resumendi.⁊ cōuenit relinquere s̄m quid tm̄ ⁊ imperfecte:quātum ad tempus cū intentione iterum resumendi. Petrus aūt in verbis premissis Ecce nos reliquimus omnia.loquebatur de modo relinquēdi omnia ꝑfecte cum intentione nō amplius resumēdi. qđ patet ex eo ꝙ ante ibi premittitur Si vis ꝑfectus esse ⁊c. occasione cuius Petrus dixit verba p̄dicta. Jnstantie aūt que possunt fieri/loquūtur de modo relinquendi impfecte ad tēpus cum intentione iterū resumendi : sicut patet Luc̄.v. Subductis ad terraꝫ nauibus relictis oībus secuti sunt eum.vbi apostoli Petrus ⁊ Andreas nō reliquerūt tūc omnia simpl'r ⁊ ꝑfecte:sed tm̄ impfecte ⁊ ad tempus cuꝫ intentione iterum resumendi.qđ expresse dicit glos.ordi. sup verbis predictis Subductis ad terram nauibus ⁊c. glos.q: adhuc habent voluntatem redeundi.⁊ magister in historia schola. Subductis ad terram nauibus.i.locatis animo redeundi ad eas.secuti sunt aliquātuluꝫ: ⁊ iterum redierūt ad sua.hec magr̄ ibi. Sexto tūc apostoli nō dimiserunt omnia simpl'r ⁊ vltimate: sed tm̄ ad tempus cum intentione redeundi.qđ etiam ptꝫ ex glos. super illo verbo Luce.v. Jam eris ex hoc hoīes capiens.glos. Nondum eligitur in apostolū:sed p̄dicitur ei ꝙ aliq̄n sit eligēdus.hec glos. Et sup illud Matth.iiij. Relictis retibus secuti sunt eū.glos. Ampliꝰ ad ꝓpria nō reuersi. vbi glos. supponit ꝙ p̄us fuerant post p̄mā vocationē ad ꝓpria reuersi. Q: pōt obijci de Mattheo: qui postq̄ euāgelista dixit. Relictis oībus secutus est eū. postea fecit sibi cōuiuiū magnū in domo sua. Matth.ix. ⁊ Luce.v.dicendū ꝙ illud vel dictū est ꝑ anticipationē: sicut sepe scriptura accelerans anticipat tēpus facti : ⁊ postea explicat moduꝫ ⁊ ordinem rei geste:vt superius est ostensuꝫ. Uel relictis oībus tunc inchoatiue:q: tunc incepit oīa dimittere: sed nō cōpletiue:q: cōpletiue postea.sicut de eo scribit᷑: Surgēs secutꝰ est eū.sed inchoatiue ⁊ nō cōpletiue:q: tūc nō christū secutus cōpletiue:sed postea. Uel relictis oībus nō simpl'r ⁊ vniuersaliter: sed illis de q̇bus ibi premittit᷑ scꝫ negotijs ⁊ lucris telonei:de q̇bus ibi immediate premittitur. Uidit leui sedentem ad teloneū.⁊ ait illi. Seq̄re me.⁊ relictis oībus secutus est eū. Relictis ergo negotijs ⁊ lucris telonei secutus est eum. Alia vero facto reliquit postea. licet etiam tunc omnia reliquerit ꝓposito et animo dimittendi. Q: pōt obijci de Jacobo ⁊ Joāne ꝙ relictis retibus ⁊ patre Zebedeo secuti sunt christum:tm̄ ⁊ Matth.iiij.non renūtiauerunt patri vt postea non haberent eum ꝓ patre:hoc ideo est q: pater nō pōt renūtiari quoad generationē:q̇n homo natus sit de ꝓprio p̄re ⁊ matre; sed pōt sibi renūtiari quātum ad obedientiā quā debet filius patri ⁊ curā seculi temporalē.sic intelligitur xxiij.di.diaconi.v.in p̄n.ibi. Dicentes pater ⁊ mater non noui vos. Deute.c.penulti. Nō obstat etiā qđ legit᷑ Mat.viij.ꝙ venit iesus in domū Petri.⁊ tm̄ iam Petrus reliq̄rat oīa post vltimā vocationē. Matth.iiij. ⁊ Luce.iiij.q: domus illa nō erat sua quoad ꝓprietatem ⁊ dominiū: sꝫ q̄ad habitationē. al's sui fuisset dn̄ij ciuitas Bethsaida. quia legit᷑ Jo.j. Erat aūt Philippꝰ de Bethsaida ciuitate Andree ⁊ petri.qđ friuolū est. Et eadē rōne Nazareth fuisset quoad dominiū Marie ⁊ Joseph. q: legitur Luce.ij. Reuersi sunt in galileam ciuitatē suam Nazareth. Et eadē rōne crux in qua passus fuit christus: fuisset christi quoad ꝓprietatem ⁊ dominiū. quia legitur Matth. xxvij. Angariauerūt vt tolleret crucē eius. Eadem etiaꝫ ratiōe sepulcra in q̇bus iacebāt ꝓphete: fuissent quoad ꝓprietatem corpoꝝ mortuoꝝ.quia legitur Matth.xxiij. Ue vobis:quia edificastis sepulcra ꝓphetarū.que om̄ia sunt ridicula: ⁊ plura alia in scripturis similia. Jdeo dicendū ꝙ sicut ciuitas natiuitatis eoꝝ dicebat᷑ esse ipsoꝝ/quātum ad originē ⁊ habitationē qua ibi habitauerant prius vel nunc:vel quoad dominiū quo prius fuerūt dn̄i eius:nō ꝙ tunc essent actu dn̄i. Sicut sion dicebatur ciuitas Dauid post mortē suam.j. Macha.j.non ꝙ tunc esset eius:sed quia fuerat. Et similiter porticus Salomonis. Jo.x.dicebatur post mortē Salomonis: nō ꝙ tunc esset: sed quia fuerat eius quoquo modo: vel q: fecerat illam cōstrui. Sic etiam dicit᷑ Matth.ix. Ascendēs iesus in nauiculam trāsfretauit:⁊ venit in ciuitatem suā.que fuit ad literam Capharnaū. Mar.ij.vnde Augu. Quis dubitet Capharnaū fuisse ciuitatem dn̄i: quā non nascendo sed miraculis illustrando suā/sed tn̄ nō ꝓpriam fecit: Q: aūt domus illa nō esset actu Petri vel Andree quoad dominiū:patet per illud qđ dicit beatus Grego.exponēs verba illa Matth.iiij.dicta de Petro ⁊ Andrea. Relictis retibus secuti sunt eum.vbi dicit. Tanta a sequentibus dimissa sunt:quāta a non sequentibus cōcupisci potuerūt. ⁊ ita extunc non videtur ꝙ retinuerūt sibi domū quoad dominiū. Ad hoc etiam est glos.sup eisdem verbis:q̄ dicit sup verbo sequenti/incessu sed magis obedientia ⁊ affectu amplius ad ꝓpria non reuersi.hec glos. ⁊ per consequens extunc non retinuerunt sibi aliquid ꝓprium maxime in rebus immobilibus. Adde qđ scripsi.j.in ar.lviij. in.§.sed cōtra.ꝟ.qđ vero obijcitur. ¶ Licet etiam fortassis posset dici ꝙ vocatio Petri ⁊ Andree fuit postquam christus venit in domū Petri ⁊ Andree:q̄uis Mattheꝰ prius narret factū vocationis q̄ factum de domo.tamē Lucas euangelista qui magis in hoc videt᷑ texere ordinē rei geste:p̄us narrat.iiij.c.quomodo iesus venit in domū Simonis:⁊ post.v.c.narrat quomō vocauit eos. vbi dic̄ glos.⁊ accipit᷑ ab origine. quādo hoc factum sit ignorat᷑: quia non semper quod posterius narratur/est posterius in re. Quomodocūqꝫ autem dicatur sic vel sic:postq̄ vltimate omnia reliquerūt: amplius simpliciter propriū nō habuerunt. Qđ potest iterum obijci de caligis. Calcia te caligas tuas. Actuū.xij.⁊ de vestimento. Circūda tibi vestimentū tuum.⁊ de tunica. Qui nō habet vendat tunicam suam. Luce.xxij.⁊ de gladio. Conuerte gladiū tuum in vaginam. Matth.xxvj.⁊ Jo.xviij.xxiij.q.j.§.j.mouere nō debet.quoniā nō aliter vestimentum Petri fuit suuꝫ post aduentum spūssancti:q̄ ante.quia vniformiter Petrus vtebatur suo vestimento:ex quo fuit ad apostolatū assumptus. ⁊ caligis ⁊ tunica.sed vestimentum quo vtebatur Petrus existens in multitudine credentium:non erat Petri quoad ꝓprietatem ⁊ dominium.quia dicitur Actuū.iiij.⁊.xij.q.j.c.ij. Nec quisqꝫ eorum que possidebat aliquid suū esse dicebat:sed erant illis oīa cōmunia.ergo nec post nec ante fuit ꝓprietarius:nec suū quoad ꝓprietatem ⁊ dn̄iū fuit vestimētū.⁊ si postea vniformiter vsus fuerit suo vestimēto sicut ante ⁊ post:nō fuit magis ꝓprietarius in speciali q̄ ante. Si ergo vestimentū quo vtebatur in multitudine credentiū:nō fuit suū quoad ꝓprietatem:sed tm̄ quoad vsuꝫ:eadē rōne ⁊ fortiori tunica q̄ vtebat᷑ i collegio ap'loꝝ an̄ christi passionē/nō fuit sua quoad ꝓprietatem;sed solum quoad vsum. ⁊ tn̄ nō fuit ma

[margin: Bifariā pōt q̄d relinq̄.]

Universidad de Deusto Biblioteca

gis pprietarius in collegio christi τ aploꝝ: ꝙ in cõmunitate credentiũ. nec aliter in speciali fuit vsus tunica ante ꝙ post. τ eodẽ de gladio. Item si ideo vestimentũ fuit quoad pprietatẽ petri: q: scriptũ est. Circũda tibi vestimentũ tuũ τc. Eadem rõne panis quẽ comederunt filij israel in deserto. Iosue.v. Sap.xvj. fuit quoad pprietatẽ τ dominiũ angeloꝝ: q: dicit in ps.lxxvij. Panẽ angelorũ manducauit homo. de ꝯse.di.ij. reuera. τ.c. oia. τ per cõsequens homo habuit vsum panis separatũ a pprietate τ dominio. Item si ideo vestimentũ quo vtebatur Petrus fuit in speciali quoad pprietatem ipsius: q: scribit. Circũda tibi vestimentũ tuũ. Eadem rõne panis de quo d: in ps.xl. Qui edebat panes meos magnificauit aduersum (al's super) me supplantationẽ. fuit quoad pprietatem hois supplantati τ comedentis. τ ita supplantator habuit vsum panis separatũ a pprietate τ dominio. Et eadem rõne panis de quo dixit christus Io.xiij. Qui mãducat panẽ meũ/leuabit calcaneũ suũ ꝯtra me. fuit q̃ad pprietatem christi: τ nõ Iude: nisi quoad vsuz. τ ita Iudas habuit vsum separatum a pprietate panis. τ ita vere hoc pnomen suũ tuũ τ meũ vel similia vt res illius/in scripturis τ modo loquẽdi cõmuni est equiuocũ τ multiplex ad suũ tuũ τ meũ quoad dominiũ vel quoad vsum ßm ꝙ diuerse requirũt materie. Item q: supra allegatũ est.c. Clementis. dilectissimis.xij.q.j. ꝙ vsus põt in ꝯsumptibilib⁹ a dñio separari: τ ꝯtra hoc posset dici ꝙ debeat intelligi illud.c. ꝙ rerũ diuisio facta est per iniquitatem quoad dñium: non quoad vsum: τ sic non faceret p hac parte: dicendũ est ꝙ hac stare non põt et contra decretũ predictum. Clementis est dicentis. Cõmunis vsus omniũ τc. Et nõ dicit Clemens. Cõmune dñium omniũ omnibus hominib⁹ esse debuit. q: in statu innocẽtie fuissent cõmunia omnia oibus: non solũ quoad dominiũ rerum sed etiã quoad vsum siue iuris siue facti. Quoad vsuz iuris/q: ius vtendi quodcũq₃ eis cõueniẽs fuisset commune omnibus: et nulli proprium. ideo sicut primis parentib⁹ fuit traditũ dñium cõmune τ indiuisum oim inferioꝝ: ita fuit eis tradita potestas vtendi oibus alimentis cõmunis et indiuisa. vt ptz Gen.j.c. Et ita vsus iuris naturalis fuisset cõmunis oibus hominibus magis ꝙ dominiũ: vel eque: quia vsus iuris magis erat intentus ppter se in suo ordine: ꝙ dñium sicut finis extrinsec⁹ eius. quia dñium taliũ est aliquo modo ppter vsum magis ꝙ econuerso: τ diuisio facta fuit eius rei cui⁹ prius erat cõmunio. et prius erat cõmunio rerũ quoad vsum iuris naturalis: ergo postea facta est diuisio rerũ quoad vsum: et non solũ quoad dominiũ. Similiter vsus facti fuisset cõmunis omnibus hoibus non in diuisione entitatis materialis actus: sed in diuisione voluntatis socialis. q: licz idem actus vtendi numero fuisset singulorũ/quantũ ad essentiam entitatis: tñ idem actus vtendi numero fuisset singuloꝝ/q̃ntũ cõplacẽtiã volũtatis. q: licet idez act⁹ numero nõ potuisset esse cõmunis oibus/quantũ ad exercitium operis effectiue: tñ idem actus numero fuisset cõmunis omnibus/quantũ ad participiũ consolatiõis cõglutinatiue: p quanto quilibet gaudebat de cõmodo alterius sicut de suo: et solatium vnius redundasset in singulos. τ ita gaudiũ cuiuslibet rei fuisset cõmune omnib⁹ per participationẽ mutue consolationis. iuxta illud Ps. cxxxij. Ecce ꝙ bonum τ ꝙ iocundũ. τ p̃e.c. dilectissimis. vnde super illud.iiij.c. Actu. Multitudinis autẽ credentium erat cor vnum et anima vna. glos. or. ex dictis sctoꝝ collecta. Sic qui mundũ perfecte reliquerant: non de nobilitate generis gloriantes/se alijs preferebãt: sed sicut vnius eiusdemq₃ matris eccl'ie visceribus editi: ita eodẽ amore fraternitatis gaudebãt. Et ita si homo nõ peccasset: omnia fuissent cõmunia tripliciter. sc₃ quoad dñium quoad potestatẽ vtendi: et quoad cõmune solatiũ rerũ. Et post peccatũ per oppositũ tripliciter facta est diuisio: quoad proprietatẽ dominij: quoad appropriationẽ iuris vtendi: τ quoad appropriationẽ solatij et gaudij priuati qd homines malis affectati nolunt alteri communicare. Nec obs. de eo qd dicit in p̃e.c. dilectissimis. data sunt omnibus ad habendum. q: non quicquid datur ad habenduz ab eo qui dare potest datur quoad dñium: quia sepe dat ad vsum/et non quoad dñium. sicut deus dedit leuitis vrbes ad habendũ quoad habitationẽ: nõ quoad dominiũ. vt ptz Numeroꝝ.xxxv.ca.xij.q.j.§. his ita. et sicut etiã dedit Aaron τ filijs eius ad habendũ vestes sacerdotales quoad vsum: τ non quoad dominiũ. Vñ Exo.xxix.c. Vestem autẽ sanctã qua vtitur Aaron/habebunt filij eius post eũ. vij. diebus vtetur illa/qui pontifex p eo fuerit cõstitutus. Et ita dominiũ vestiũ sacerdotalium erat dei: et non sacerdotũ. q: sacerdotes nõ poterant ipsas vẽdere vel alienare. et ita sacerdotes habuerũt vsum dictarum vestium separatum a proprietate τ dñio. τ facit ad hoc.xij.q.ij. nulli. Et ibi. Sanctum sanctoꝝ erit. glos.i. ad vsum sanctoꝝ sacerdotuz pertinet. τ.c. predia diuinis vsibus tradita. τ.e.cau.q.j. eps. ibi. vsibus. τ de cõ.di.j. vestimenta. ibi. in alijs vsibus. Sed qua ratione vsus illaruz vestium fuit separatus a pprietate τ dñio earum: eadez rõne vsus vestimentoꝝ quotidianoꝝ erit separabilis a proprietate τ dñio. q: quecũq₃ sunt separabilia ad tẽpus eadem ratione sunt separabilia p semp: quantũ est ex natura rerũ separabiliũ. Nec valet qd sepe dictũ est p alios ꝙ vsus facti haberi nõ põt. q: hoc falsuz est. qm̃ licet vsus facti non possit haberi permanenter: quomodo habẽtur entia permanentia: tamẽ bene põt haberi successiue i fieri: sicut suũ esse consistit in fieri. q: vsus facti non est magis fluens ꝙ tempus: qd tamen scdm scripturã dicit haberi. vñ Ioan.v. Erat autẽ ibi homo.xxxviij. annos in infirmitate sua hñs. τ ad Gal. vltimo. Dum tempus habemus: operemur bonũ ad oẽs. et Ioan.ix. Etatem habet: ipsum interrogate. Itẽ non obstat qd posset opponi de p̃e.c. dilectissimis. ibi. Nec quisq₃ eoꝝ que possidebat aliquid suum τc. ergo apl'i ante illã cõuersionẽ illoꝝ iudeorũ aliqua possidebãt et habebãt: τ illa cõmunicauerant cõuersis. q: vt supra probatum est post suã renuntiationẽ Apl'i nihil pprium habebant vel possidebãt. Nec Clemens mentionem facit in toto illo passu de proprietate τ dñio proprietatis. τ hoc apparet per primũ exẽplum de statu innocẽtie: quũ dicit. Cõis vsus oim τc. sed p iniq̃tatẽ τc. Cõstat aũt ꝙ in statu innocẽtie nõ fuissent oia cõmunia quoad pprietatẽ et dñiuz introductũ per iniq̃tatẽ: q: illud dñiũ fuit alteri⁹ cõditionis τ nature a dñio introducto p iniq̃tatẽ. q: illud dñiũ fuit mere libertatis et pfectionis naturalis: istud vero est dñiũ seruilis necessitatis τ coacte potestatis. q: nisi homies coactiua ptãte phiberent: quilibz vt plurimũ vellet si posset/totũ vsurpare. Iõ istud dñiũ distat ab illo dñio sicut violentũ a naturali: τ coactũ a libero. Similr p scdm exẽplũ ei⁹ ptz hoc idẽ: q: dicit ibi. Denĩq₃ grecoꝝ q̃dã τc. debere esse amicoꝝ oia cõmunia. Sed bona amicoꝝ nõ debẽt cõiter esse cõmmunia q̃ad pprietatẽ et dñiũ. sed q̃ad cõmodũ necessitatis. vñ.j. Macb.xij. Spartiate velut romani amici iudeorũ scripserũt iudeis i hec ṽba. Pecora nr̃a et possessiões nr̃e vestre sunt: τ vestre nr̃e. qd nõ intelligẽdũ quoad proprietatẽ: sed quoad vite necessitatẽ. Hoc etiã ptz p tertiũ exẽplũ ei⁹. Et sicut nõ potest diuidi aer nec splẽdor solis: Ita nec reliq̃ q̃ data sunt hoib⁹ ad habendũ diuidi debere: sed habẽda esse oia cõia. Constat autez ꝙ in aere τ in splẽdore solis nullus de cõi lege vẽdicat sibi pprietatem nec dñiũ pprietatis: sed dñiũ tñ naturale: qd est alterius gñis ab isto dñio qd est p iniq̃tatẽ: vt dictũ est. quare Clemens nõ loquit nec intẽdit inferre ꝙ apl'i habuerũt i speciali nec in cõi quãtũ ad cõmunitatẽ ipsoꝝ aploꝝ singulare aliqd dñiuz pprietatis: quicqd sit de cõmunitate credentiũ gñali: q: nõ est verisimile nec pbabile ꝙ aliqs sapiẽs intendat inferre in cõclusiõe/qd nullo mõ prelibauit in premissis: quũ ꝯclusio in nulla scientia excedat virtutẽ medij.

Amicoꝝ oia quo ad vsũ debeant cõmunia.

Quũ ergo Clemens in toto suo pcessu nihil fuerit de pprietate τ pprietatis dñio preloquutus: sicut patet per oia exempla eius pus adducta: nõ est verisimile nec pbabile ꝙ voluerit inferre de apl'is/ꝙ habuissent aliqua quoad pprietatẽ τ dñium pprietatis: nisi specialiter expressisset: qd nõ fecit. vnde ꝙ d: ibi. Nec quisq₃ eoꝝ que possidebat aliquid suũ esse dicebat. verbum possidebat accipit p simpliciter habere absq₃ pprietate et dñio. quia aliter esset repugnantia τ cõtradictio manifesta in dicto: si possidere acciperetur ibi iure pprietatis τ dominij. quia tunc esset sensus. nec quisq₃ eorũ que possidebat quoad pprietatem τ dominiũ: suũ esse dicebat quoad pprietatem τ dñium. qui sensus implicat apertam cõtradictionem. ergo possidere accipitur ibi p simpliciter habere seu detinere absq₃ iure pprietatis τ dñij τ titulo possidendi pprio noie. τ hoc clare glos. posita in p̃e.c. dilectissimis. q incipit/ergo aliquis/determinat dicens. Sic ergo aliquis potest possidere rem cuius nõ põt habere pprietatem. τ hec est possessio naturalis: nõ ciuilis. Sz dic possidebat. i. detinebat: sicut seruus dicit possidere. ff. de acqui. pos. ꝙ seruus. ad idem facit qd no.xij.q.j. non dicatis. in glos. nũquid. Ex quo vlterius patet ppositũ: quia abdicatio aploꝝ in cõmunitate generali credentiũ non fuit altior τ pfectior abdicatione ipsoꝝ extra illã cõmunitatem cũ christo: sz apostoli in cõmunitate generali oim credentiũ nõ possiderunt quoad pprietatem τ dominiũ aliquid in speciali: nec in cõmuni quoad cõmunitatem ipsoꝝ specialem τ propriam: q: illud quodcũq₃ fuisset/non fuisset cõmune toti multitudini credentiũ. sicut qd est pprium cõmunitatis specialis: nõ potest esse cõmune toti cõmunitati generali. q: pprium partis/non est cõmune toti. scriptura aũt Actuũ.iiij. dicit ꝙ nec quisq₃ eoꝝ q pos. τc. ergo apostoli nec extra illã cõmunitatẽ vna cũ christo aliquid possederunt in speciali: nec in cõmuni quoad pprietatem τ dñium. Aliter sequeretur ꝙ apostoli fuissent magis pprietarij in ppria cõmunitate cũ christo: ꝙ fuerunt in cõmunitate generali credentiũ. quũ in cõmunitate generali credentiũ non ponantur fuisse pprietarij nec in speciali nec in cõmuni quãtum ad ipoꝝ cõmunitatem specialẽ τ propriam. Item cõmunitas aploꝝ in illa multitudine credentiũ quoad abdicationẽ pprietatis tenuit locũ vnius psone specialis seu singularis: q: sicut nulla psona specialis retinuit sibi aliquã pprietatem in speciali in illa multitudine: ita nec tota cõmunitas aploꝝ propria retinuit sibi aliquã pprietatem in illa multitudine credentiũ. Sed cõmunitas aploꝝ nõ retinuit quoad abdicationẽ pprietatis locum vnius psone specialis in illa multitudine: nisi q: abdicatio pprietatis in spãli τ in cõmuni quacũq₃ cõmunitate speciali citra cõmunitatẽ generalem totius eccl'ie: cui⁹ typum τ figuram gerebat illa eccl'ia pmitiua: est pfectior τ maioris excellentie: ꝙ abdicatio pprietatis omniũ tñ in speciali: τ nõ in cõmuni. aliter enĩ frustra τ inutiliter ac otiose cõmunitas aploꝝ renuntiasset pprietati omniũ in illa multitudine: nisi abdicatio pprietatis omniũ in speciali τ in cõmuni quacũq₃ cõmunitate speciali esset pfectior τ altior/ꝙ abdicatio pprietatis omniũ tñ in speciali τ nõ in cõmuni. Aliter enĩ frustra τ inutiliter ac otiose cõmunitas aploꝝ renũtiasset pprietati omniũ in illa multitudine: nisi abdicatio pprietatis omniũ in speciali τ in cõmuni quacũq₃ cõmunitate speciali esset pfectior τ altior/ꝙ abdicatio τ pprietatis omniũ tñ in spãli τ nõ in cõmuni. q: frustra τ inutiliter quis se obligat ad gradũ abdicationis arctiorem et maiorem: nisi ꝯsequat inde pfectionẽ aliquã maiorem: vt supra dictũ est. ℞. Item ad hoc est ratio. Et sicut in eccl'ia pmitiua: q gerebat typum τ figuraz psentis ecclesie: fuit pfectionis vniuersaliter apud omnes illius eccl'ie abdicare pprietatẽ cuiuslibet rei in speciali τ in cõmuni quacũq₃ cõmunitate speciali citra cõmunitatem generalem illius ecclesie. Ita nũc in ecclesia presenti est pfectionis/saltem in aliquo statu speciali apud aliquos viros perfectos abdicare proprietatem cuiuslibet rei tam in speciali ꝙ in communi quacũq₃ communitate speciali citra cõmunitatem generalem totius ecclesie: q: dicere ꝙ illud qd tunc fuit pfectionis simpl'r apud oẽs: nunc non possit esse pfectionis in aliquo statu speciali: est ridiculum: quũ natura rerũ nõ sit imutata nunc plus ꝙ tũc. Et talis status si ponatur: quicũq₃ sit: habebit vsum oim rerũ separatuz a pprietate τ dñio in speciali τ in cõmuni. sicut habuit q̃libet status seu ordo specialis ecclesie pmitiue. Et talem statum abdicationis oim rerũ in speciali τ in communi/elegit btũs Franciscus p se τ ordine suo: sicut ptz p declarationes multoꝝ summoꝝ pontificuz: vt est supra in ar.lv. in.§. porro. in pn. est euidentius declaratũ. Quẽ statum stulte τ fatue elegisset τ ecclesia approbasset: nisi abdicatio pprietatis omniũ rerũ in speciali τ in cõmuni esset maioris meriti/ꝙ abdicatio pprietatis omniũ rerũ in speciali τ nõ in cõmuni. q: frustra τ stulte quis se obligaret ad gradum vite arctiorem τ difficiliorem sicut est iste: vt ptz ex de ṽb. sig. exijt. li.vj.§. vnde vos. ibi/tenẽtur plus ꝙ ceteri christiani τc. et.j.℞. ceteroꝝ. ibi/christi semitas arctius elegerunt: nisi ex hoc ordinaret ad gradum pfectiorem altiorem τ maiorẽ: vt dictum est. Qd aũt talẽ statum elegerit beatus Franciscus: patet per declarationes romanoꝝ pontificũ/Grego.ix. familiaris beati francisci: Innocẽ.iiij. ianuen. de dodo de flisco/luminis iuris: qui fecit apparatum. Innocẽ. Alexandri.iiij. Nicolai.iij. Clementis.v. Io.xxij. in sua extraua. que incipit/Quorundam. Ex quibus declarationibus Luce clarius cõstat/ꝙ abdicatio pprietatis oim rerũ in speciali τ in cõmuni sit maioris pfectionis τ meriti ꝙ abdicatio pprietatis oim rerũ in speciali: τ nõ in cõmuni: vt supra dictum est. Et ꝙ vsus potest in cõsumptibilibus a dñio separari. Nã: sicut dictum est: frustra τ fatue se beatus Franciscus p se τ ordine suo ad talem expropriationẽ in speciali τ in cõmuni ßm determiatiõe pdictoꝝ romanoꝝ pontificũ obligasset: nisi talis abdicatio esset pfectior τ altior: seu maioris meriti ex genere operis operati/ꝙ abdicatio pprietatis tñ in speciali τ nõ in cõmuni. Frustra etiam τ fatue ecclesia romana talem expropriationẽ approbasset τ priuilegijs innumeris dotasset: nisi talis expropriatio esset ex genere operis operati pfectior expropriatione reruz tñ in speciali τ nõ in cõmuni. Qd nõ est dicendũ de sctõ Francisco nec de romana ecclesia matre omniũ τ magra. ex de priuil. antiqua. de sum. tri.c.ij. in si.xxij. dist.c.j. q: frustra τ inutiliter romana eccl'ia exponeret aliquem ordinem ad modum viuendi difficiliorem τ laboriosorez: nisi per hec exponeret τ intenderet exponere eum ad gradum perfectionis τ meriti ex genere operis perfectiorem τ altiorẽ etsi in tali ordine sic multipliciter ab ecclesia ꝯfirmato et declarato: in quo nihil potest etiam in cõmuni proprium possideri: non separaretur in cõsumptibilibus vsus a dominio: ecclesia periculosum statum approbasset. et in eo professis perplexitatem τ laqueum iniecisset contra apostolum.j. ad Coꝝ.vij. ibi: Porro hoc ad vtilitatem vestrã dico: non vt laqueum vobis iniiciam: sed ad id quod honestum est. τ ꝙ facultatem prebeant sine impedimẽto dominũ obsecrandi. τ.xxvij.q.j. de viduis.ij.xiij. dist. nerui testiculorum. ex de resti. spo. literas.§. porro.℞. sicq₃. Quare manifeste sequitur τ aperte ex omnibus supradictis/ꝙ abdicatio proprietatis omniũ in speciali τ in communi est perfectior τ eminentior ex genere operis operati/abdicatione omniũ tñ in speciali τ non in cõmuni. τ abdicatio apostolorum fuit perfecta ex genere operis operati: non minus abdicatione fratrum minorum. immo fratruz minorum est illa abdicatio τ professio que τ apostolorum: vt ex de verbo. sig. exijt.§. porro. li.vj. ergo apostoli omnia quoad pprietatem τ dñium reliquerunt in speciali et in communi. Quod etiam patet ratione euidẽti necessarij. quia cuius causa prima τ immediata non stat

cum summa ꝑfectione: nec ipsum potest stare cum summa perfectione: sed diuisio quecũq; dominiorum personalis vel collegialis venit causaliter ⁊ immediate ex nõnulla diuisione animorum: sicut per oppositum cõmunio dñiorum venit ꝑ se ⁊ immediate ex cõmunione ⁊ indiuisione animorum. vnde quia in statu innocentie nulla fuisset animorum diuisio: ideo nulla fuisset diuisio dñiorum. sicut apte colligitur. viij. di. §. ſ. ⁊ quia corda amicorum sunt aliquo modo cõnexa in dilectione: ideo bona ipsorum sunt aliquo modo cõmunia participatione ⁊ ſm gradum cõnexionis amicorum adinuicem in dilectione. sic est ꝓportionaliter gradus cõmunitatis bonorum eorum in cõmunicatione. Et propter hoc scriptura Actuũ. iiij. volens reddere rationem ⁊ causam ꝓpriam quare bona pͥmitiue ecclesie fuerunt cõmunia omnibus credentibus: assignat pro ratione ⁊ causa propria ac immediata cõmunionem ⁊ indiuisionẽ eorũ ꝑfectam inter se: dicens. Multitudinis aũt credentium erat cor vnũ ⁊ anima vna. nec quisq; eorum que possidebat aliquid suũ esse dicebat: sʒ erant illis omnia cõmunia. Ecce quare nullus eorum dicebat aliquid esse suũ: sed erant illis omnia cõmunia: q: erat cor illis vnum ⁊ anima vna. ista fuit causa per se cõmunis bonorum ipsorum. ideo scriptura prius premittit ꝑfectam cõmunionẽ ⁊ idiuisionẽ cordiuʒ eorum inter se sicut causaʒ ꝓpriam: ⁊ secũdo ꝯsequẽter subiungit cõmunitatem bonorum sicut effectum ꝓprium ex propria causa. ergo sicut communio bonorum venit vniuersaliter ex cõmunione animorum: ita per oppositũ diuisio dñiorum venit vniuersaliter ex aliqua seu nõnulla disiunctiõe aut certe imꝑfecta vnione animorum: que nõ stat cum perfecta charitate: que est vinculum ꝑfectionis. Colo. iij. quia charitas nõ querit que sua ꝓpria sunt. ſ. ad Cor. xiij. lxiij. dis. nosse. Item maior ⁊ perfectior est connexio fraternitatis spũalis in amore charitatis: q̃ sit cõnexio fraternitatis carnalis in amore carnis. quia ꝑfectius est vinculũ spũs: q̃ vinculum carnis. xiij. q. iij. ita; diligere. sed ꝑfect⁹ amor fratrũ ſm carnem facit omniũ fratrum bona quoad dominiũ esse cõmunia: quia q̃diu inter fratres carnis non nascitur ab intrinseco vel ab extrinseco aliq̃ scintilla diuisionis: tãdiu ducunt cõmunem vitam. ergo multo magis amor ꝑfectus charitatis fraterne facit omnia bona ꝑfectorum toti ecclesie cõmunia ⁊ nulli ꝓpria. xxiij. q. vij. qd aũt. ergo appropriatio dñiorum in speciali vel in communi quacũq; cõmunitate speciali non stat cum summa perfectione: qualis fuit inter apostolos. vnde glos. super illud Act. iiij. Multitudinis autẽ credentiũ erat cor vnũ ⁊ aĩa vna. scʒ. c. ꝟ. simil' vsus. que superius sunt adducta. Qui mũdum ꝑfecte reliquerant: nõ de nobilitate generis gloriantes se alijs ꝑferebãt: sed sicut vnius eiusdẽq; matris ecclesie visceribus editi: ita eodem fraternitatis amore gaudebant. hec glos. Item. Nullus sibi aliquid appropriãs de iure possidet omnia: quia nõ est equũ neq; iustum vt ei sint omnia cõmunia q̃ suũ non vult facere cõmune cum oĩbus. sed viri ꝑfecti omnia possident de iure diuino ſm illud apſi. ij. ad Cor. vj. Tanq̃ nihil habentes et oĩa possidentes. ex̃ de exces. pre. nimis iniqua. ſ. ñ. ⁊ ſm illud ſ. ad Cor. iij. Omnia vestra sunt: vos autem christi: christus autẽ dei. xxiij. q. vij. qd autem. in fi. cum. ij. c. prece. ergo viri ꝑfecti sicut fuerunt apostoli ⁊ eorum ꝑfecti imitatores: nihil sibi debent appropriare: nec in speciali nec in cõmuni quacũq; cõmunitate speciali. quia quãtum sibi appropriant: tantũ eis subtrahitur: ne omnia possideant. iõ apostoli vt oĩa possent iure inuiolabili possidere: oĩa iure violabili contẽnendo reliquerũt. Hinc btũs Francisc⁹ in regula sua fratrib⁹ suis dixit: Fratres nihil sibi approprient: nec domũ nec locum: nec aliquã rem: sed tanq̃ peregrini ⁊ aduene sint in hoc seculo. ⁊. ſ. Hec est illa celsitudo altitudĩe paupertatis: cui dilectissimi fratres totaliter inherentes nihil aliud sub celo in perpetuũ habere velitis. Et ita ſm ꝯsilium salubre beati Francisci ⁊ romanorum pontificũ qui regulam approbauerũt: nullus status

Diuisionis dñiorũ ratio.

seu ordo aliquid sibi appropriãs gerit ꝑfecte in hac vita formam ⁊ moduʒ spũalis peregrini ⁊ ciuis celestis cõciuis angelorum: qui nihil ꝓprium in speciali nec in cõmuni habẽt. nihil em̃ angeli ꝓprium in hoc mũdo possidẽt: sed nec maligni spũs ad quos apostoli calcandos venerant. Luce. x. ꝓprium aliquod in hoc mũdo possident. ſm Greg. in homil. quos etiam viri ꝑfecti melius luctando deuincũt: si a se omniũ ꝓprium qd illi nõ habẽt abĩciũt: huic accedit. ſ. ad Timo. vj. Habentes alimenta ⁊ quib⁹ tegamur ijs ꝯtenti simus. nihil em̃ intulimus in hũc mũdum: haud dubium q: nec afferre quid possumus. xij. q. ſ. eps. Medium aũt ꝑfecte rectitudinis nõ debet ab extremis declinare. extrema aũt nostri cursus sunt ingressus ⁊ egressus de hoc mũdo: in q̇bus ſm apostolũ nihil ꝓpriũ habere ꝑmittimur si ꝑfecte ⁊ recte icedimus. xij. q. ſ. duo. ibi. nõ nisi ad vsum ſm vnam lecturam. Quare si recte ⁊ indeclinabiliter ac expedite nostrũ iter peragimus: nihil ꝓprium in medio vite plus q̃ in extremis habere debemus. Contra illud etiam qd sepe opponit' q in reb⁹ vsu consumptibilib⁹ vsus ꝓprie sumptus haberi nequit: nec illis potest aliquis vti: dicendũ est q istud expresse cõtra Clemẽtem est in pre. c. dilectissimis. qui dicit q cõmunis vsus omniũ que sunt in hoc mũdo: omnibus hoĩbus esse debuit: sed talia vsu cõsumptibilia de hoc mũdo sunt. Et eadem ratione falsum ⁊ impossibile cõsuluit apſus Tymotheo. ſ. ad Timo. v. ex̃ de iureiurã. et si christus. §. quedam. dicens. Vtere modico vino. Et eadem ratione des falsum dixit (qd nefas est) ministris antique legis q primitie ⁊ sacrificia cederent in vsus eorum. vt patet Numeri xviij. Et tota scriptura que loquit' de vsu sepissime falsuʒ diceret (qd nefas est) xxiij. q. v. ergo. ix. di. ego. ⁊. c. quis nesciat. Item dicere q in talibus rebus nõ cõuenit vti sed abuti: periculosum dicere est. quia termini in quacunq; materia dissoni ⁊ oppositi vniuersaliter terminis legis diuine ⁊ sanctorum patrũ non sunt sani: sed absoni ⁊ ꝓfani in illa materia. q: tales termini terminis legis diuine et sanctorum patrũ dissolui abducunt ⁊ auertũt hoĩes a fide scripturarũ ⁊ religione sanctorum patrũ: qd est impiũ ⁊ inhumane. q: scripture sacra ⁊ sanctorum doctrina est nobis forma ⁊ regula recte ac pie loquẽdi: non solum operãdi. vñ ad Titũ. ij. c. Verbũ sanũ ⁊ irreprehẽsibile. ⁊. ij. ad Timo. ij. ibi. Recte tractantẽ verbũ veritatis. ⁊ in pͥmo. c. Formã habens sanorum verborum que a me audistis. ⁊ Aug. in lib. de doctrina christiana loquẽs de sacra scriptura dicit. Quicquid hõ extra didicerit: si noxiũ est: ibi dãnatur: si vtile est: ibi inuenitur. ⁊ facit. xxxvij. dist. §. sed ⁊ ꝯtra. ⁊ Clemens. Non em̃ sensum alienũ extrinsecus ⁊ extraneũ debemus q̃rere: vt quomodo ipm ex scripturarũ authoritate ꝯfirmetis: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis oportet. xxxvij. di. relatum. ⁊ verba intelligenda sunt ſm cõmunẽ modũ intelligendi. vt legit' ⁊ no. ex̃ de spon. ex lr̃is. ſ. Sed isti termini abuti ⁊ abusus sunt dissoni et contrarij terminis legis diuine ⁊ terminis sanctorum in qualibet materia licita rerũ vsu consumptibilium. Quia in nulla materia licita rerum vsu cõsumptibilium scriptura ⁊ sanctorum doctrina vtitur predictis terminis: sed tm̃ terminis oppositis (attendant om̃es religiosi ꝑ paupertate altissima) sicut patet discurrẽti totam seriem scripturarũ ⁊ sanctorũ patrum doctrinã: quũ tm̃ scriptura ⁊ sanctorum patrum doctrina frequẽter loquatur de materia licita rerum vsu cõsumptibiliũ noĩe vsus ⁊ vti: ⁊ nũq̃ nomine abusus vel abuti. Notat aũt Archid. ex̃ de of. dele. q̃uis. li. vj. q illicitus vsus abusus ⁊ abusio poti⁹ dicẽdus est q̃ vsus. lxxiij. dist. ꝟ. ista. xj. q. iij. ꝑuilegium. xxv. q. ij. §. his ita. ex̃ de elec. generali. §. fi. ibi. Ab illorũ abusu. ex̃ de rescrip. sedes. ⁊. c. quia nõnulli. ⁊ de elec. qd sicut. ij. rñ. ibi. ⁊ si secus aliquãdo ꝑ vsurpationẽ aliqui faciãt abusiue. ⁊. c. quisquis. ibi. per secularis potestatis abusum. ex̃ de con. pre. detestãda ſ. rñ. li. vj. aliqñ tm̃ abusus appellat' vsus. xij. q. ij. ecclesiarũ seruos. vbi dicit. vt tales vsus ⁊c. vbi debet exponi vsus. i.

abusus. ſm Archi. Et adde hic qd scripsi. ſ. in. §. adhuc pe rita. ꝟ. cum etiam. iiij. in ar. lxiiij. ¶ Vlterius contra illud qd dicitur q beatus Augu. nõ dixit apſos vouisse rerum oĩm abdicationẽ quoad ꝓprium: hoc stare nõ põt. immo expresse Aug. hoc dixit sup illud Matth. xix. Ecce nos reliquimus oĩa. ⁊ ꝑ hec ṽba etiã supra posita hoc votũ potentissime vouerant. Qd etiã sic ꝓbatur. qm̃ ꝯsiliũ ꝯsiliorũ qd est forma ⁊ ꝑfectio seu ꝯsummatio aliorum ꝯsiliorũ nõ est dubium apſos ꝑcipue obseruasse. al'r em̃ apſi non fuissent in apice ꝑfectionis: qd est erroneum. quũ de ipsis ꝑcipue dixit dñs Jo. xvij. Vt sint ꝯsummati in vnũ. op. facit. xxiiij. q. ij. c. ij. sed votũ est ꝯsilium ꝯsiliorum forma ⁊ ꝑfectio ꝯsummatiua eorum. q: votum cadens sup quodcũq; cõsilium euãgelicum reddit ipm essentialiter ꝑfectius et deo acceptius: eo q ꝑ liberam oblationẽ offertur voluntas deo tm̃ actu: ꝑ votum aũt offertur volũtas actu ⁊ potentia qd est multo fortius. q: post votũ emissum non est amplius de iure oppositũ in potestate voluntatis. ꝓpter qd Leuiti. xxij. c. scribitur. Bouẽ ⁊ ouẽ aure ⁊ cauda amputatis volũtarie offerre potes: votum aũt ex his solui nõ potest. hec ibi. sed bos ⁊ ouis aure ⁊ cauda amputatis nõ potest magis voluntarie offerri: q̃ de eis votum ꝑsolui: nisi quia votũ cadens sup quodcũq; opus virtuosum reddit ipm essentialiter ꝑfectius ⁊ deo acceptius. Ideo sup illud p̃s. cxxxj. Sicut iurauit domino votũ vouit deo Jacob. dicit Aug. ⁊ ponit' ibi in glos. ordi. Nemo p̃sumat viribus suis reddere que vouit. qui em̃ hortatur te vt voueas: ipse te adiuuat vt reddas. vouit aũt ecclesia i mansuetudine vt sit domus dei: quo nihil gratius põt deo offerri. hec ibi. Et ita ꝑfectio totius spũalis edificij cõsummatur in ꝑfectione voti: sicut arca Noe fuit cõsummata in cubito vno. Geñ. vj. Vnde ⁊ sup illud p̃s. lxxv. Vouete ⁊ reddite. dicit Augu. Vouere em̃ voluntati cõsulitur: sʒ post voti promissionem redditio exigitur necessario. Et Cassiodorus ibi. Ad hec vouenda nos inuitat: non precipit vt voueamus: sed vt vota reddamus. ⁊ glos. ibi. Vouete mente quodlibet bonũ: ⁊ reddite opere necessario post votũ. ⁊ facit ex̃ de cõuer. cõiugu. ex parte. ⁊ de vo. et vo. re. magne. §. sane. Ergo apſi vouerũt ꝑcipue quodlibet trium ꝯsiliorum euangelicorum: scilʒ obedientiam. ꝑ illud xix. Matth. Et secuti sumus te. Et castitatẽ. xxxj. dist. oĩo. Et ꝓprietatis abdicationẽ. vt pre. c. xix. Matth. Ecce nos reliquimus omnia. vbi ſm Augu. vouerunt. aliter sequeretur q abdicatio ꝓprietatis facta in ꝓfessione oĩm religiosorum absq; ꝓprio viuere ꝓfitentium esset essentialiter ꝑfectior ⁊ altior abdicatiõe apostolorum. quũ votum vt dictum est sit cõsummatio ꝑfectionis aliorum ꝯsiliorum specialis. qd nefas est dicere aut sentire. p̃sertim quũ religiosi sint successores apſorum quoad renũtiationẽ. vt supra dictũ est. ⁊ no. ⁊ legitur. xvj. q. ſ. ex authoritate. ¶ Qz etiã votuʒ supaddat specialẽ ꝑfectionẽ sup opus liberum voluntatis dicit expresse Anselmus in libro de similitudinib⁹: eo q ꝑ opus bonũ libere voluntatis offertur deo fruct⁹ voluntatis: ꝑ opus aũt factũ ex voto offertur ipsa arbor voluntatis cũ oĩbus fructibus suis: qd est multo ꝑfectius ⁊ deo gratius: quãto arbor cum fructib⁹ plus valet q̃ fructus ꝑ se. Qz aũt ista sit intentio beati Aug. de voto apſorum apparet manifeste. xvij. de ciui. dei. c. iiij. ꝑ cum sic dicentem. De terra ergo suscitatus est ille supra oẽs diuites pauper: ⁊ de illo stercore erectus supra oẽs ppſos opulẽtos ille inops: vt sedeat cum potentibus ppſi: q̇bus ait Matth. xix. Sedebitis supra sedes. xij. Et sedem glorie hereditatem dans eis. dixerant em̃ potẽtes illi Matth. xix. Ecce nos dimisimus oĩa: ⁊ secuti sum⁹ te. hoc votum potentissimi vouerãt. sed vnde hoc eis: nisi ab illo de quo hic ꝯtinue dictũ est dans votum vouenti: hec Aug. Ex q̇bus tripl'r patet ꝓpositũ. Primo qm̃ Augustin⁹ i isto ꝯsequẽte hoc votũ potentissimi vouerãt intendit colligere quasi in summa ꝑ modũ epilogi totã potentiã ꝑfectiõis apſorum prius narratam: sed prius expressius ⁊ specialius

vel non minus ꝑnarrauerat potentiã eorum in abdicando temporalia ꝓpter christũ: q̃ i sequẽdo christũ. quare hoc consequẽs referendum est ad totum antecedens in quo eorum potentia ꝑnarratur: ⁊ specialiter ad partem antecedentis in qua specificatur potentia pauꝑtatis. q: de paupertate a ꝑncipio verborum vsq; ad finem specialiter fuerat ꝑlocutus. Scdo hoc patet ꝑ id qd sequit' in ꝑdictis ṽbis Aug. Sed vnde hoc eis: nisi ab illo qui dat votum vouẽdi? Sed in tota scriptura euangelij non habetur plus de voto obedientie: q̃ de voto pauꝑtatis: nec in alio scripture loco. vnde ergo colligatur ex his ṽbis plus votũ obedientie q̃ pauꝑtatis dicat qui cõtra dicit. qd quũ nõ inuenerit redeat ad veritatẽ: ⁊ colligat inde cũ beato Augu. vtrũq; simul. Si vis ꝑfect⁹ eẽ: vade ⁊ vẽde oĩa q̃ habes: ⁊ da pauꝑib⁹: ⁊ veni seq̃re me. inde colligit simul vtrũq; votũ Aug. iõ simul' vtrũq; ponit: sic Petr⁹ vtrũq; dixit simul post illa ṽba christi vade ⁊ vende ⁊c. Ecce nos reliquim⁹ oĩa: ⁊ secuti sumus te. Nec diuidat quisq̃ qd nec christus nec Petrus nec Augustinus diuisit. Ecce christus simul vtrũq; copulatiue ⁊ cõiunctim dixit. Si vis ꝑfectus esse: vade ⁊ vende oĩa que habes: ⁊ da pauperibus: ⁊ veni sequere me. Petrus in ꝑsona oĩm apostolorũ simul vtrũq; copulatiue ⁊ cõiunctim respondit. Ecce nos dimisimus oĩa: ⁊ secuti sumus te. Aug. simul vtrũq; copulatiue ⁊ cõiunctim recitauit. dixerant em̃ illi potentes. Ecce nos dimisimus omnia: ⁊ secuti sumus te. hoc votum ⁊c. Si ergo apostoli vouerũt sequi christũ sicut fatetur opponẽs: ergo ⁊ de dimittendis oĩbus votum fecerunt. ſm Aug. quia pariter ponũtur per christũ ⁊ Petrum ⁊ Aug. relinquere oĩa ⁊ sequi christũ. Adde hic qd scripsi. ſ. in. §. respõdeo. ꝟ. ex ꝑdicta aũt determinatione. cum ꝟ. seq. in ar.

Item apostoli nõ vouerunt sequi christum alia de causa nisi quia sequi christum ex voto est perfectius ⁊ deo gratius q̃ sequi christum sine voto vt supra dictum est. Sed ista causa ita concludit de relinquẽdo oĩa: sicut de sequẽdo christum. ergo quũ apostoli omnia reliquerint perfecte: sicut christum secuti sunt ꝑfecte: sequitur q sicut vouerunt sequi christũ: ita vouerunt relinquere omnia. quum eadem causa sit vtrobiq; vouendi. ex̃ de transla. inter corporalia. Item ſm expositorẽ apostoli vouerũt sequi christum. sed ista sequela fuit magis ꝑncipaliter effectu operis seruando eius mandata atq; consilia: q̃ gressu corporis. vnde glos. sup illud Matth. iiij. Relictis retibus secuti sunt eum. dicit. incessu pedum: sed magis obedientia ⁊ affectu: amplius ad ꝓpria non reuersi. hec glos. Apostoli vouerunt christi precepta atq; consilia. quia sequela christi quã ſm oppositorem vouerunt ꝑncipaliter stat in seruando eius mandata atq; consilia. Sed christus volentibus aggredi viam perfectiõis precipit omnia relinquere. quia licet relinquere omnia simpliciter ⁊ absolute fuerit consilium ⁊ non preceptum tamen viris perfectis volentibus viam perfectionis seruare est preceptum. xiiij. q. ſ. §. ſ. vnde Grego. ſ. mora. supra all'. in isto. §. ꝟ. Item ad hec est. Necdum virtus precepti emicuerat que omnia relinqui preceperat. ⁊ Remigius supra all'. in hoc. §. ꝟ. Itẽ cõtra hoc est. Beati estis: qui euangelici precepti memores cuncta terrena pro christo reliquistis. Item licet q̇s possit relinquere bona temporalia absq; voto: tamen voluntatem habendi temporalia non potest quis perfecte relinquere sine voto. quia licet res exterior absq; voto relinqui possit: tamen voluntas habendi absq; voto simpliciter relinqui non potest. sed apostoli non solum reliquerunt simpliciter omnia tẽporalia: sed etiã reliquerũt simpliciter ⁊ perfecte voluntatem habendi ipsa. vnde super illud Matth. xix. Ecce nos reliquim⁹ oĩa. dicit glos. etiã voluntatẽ habendi. Et sup illud Luc. xviij. Ecce nos dimisim⁹ oĩa. glos. etiã voluntatẽ habendi. Ergo voluntatem habẽdi oĩa reliquerũt ex voto. Item licet q̇s possit renũtiare rebus exterioribus absq; voto: tm̃ renũtiare desiderijs ⁊ concupiscentijs habendi non potest quis

Universidad de Deusto Biblioteca

perfecte sine voto. Sed ſm Grego. in homil. Petrus et Andreas apl'i nõ solum renũtiauerũt rebus oibus tẽporalibus: sed etiã renũtiauerunt oibus desiderijs ⁊ ↄcupiscentijs habẽdi. vbi dicit sic. Multũ reliquit qui nihil sibi retinuit. multũ reliquit: qui quantũlibet parũ / totum deseruit. certe ⁊ nos habita cũ amore possidemus: ⁊ ea q̃ minime habemus ex desiderio querimus. Multũ ergo Petrus ⁊ Andreas dimiserunt: qñ vterq; etiã desideria habendi reliquit. Multũ dimisit: qui cũ re possessa etiaȝ ↄcupiscentijs renũtiauit. hec Greg. Idem. s. e. §. R. item ad hoc Greg. Ergo apl'i ex voto renũtiauerũt desiderijs ⁊ ↄcupiscentijs deliberatis habendi tẽporalia. Simil'r si ſm oppositorem ab hac vniuersali / Ecce nos reliquim⁹ oia / excipiũtur specificata in euãgelio: tunica / gladius / calige / ⁊ vestimenta: sequit' ꝙ ista excipiant' in speciali et singillatim: ⁊ nõ solũ in cõmuni aploꝝ. q: gladius dict⁹ fuit Petri in speciali / vestimentũ / ⁊ calige: q: christus dixit in speciali Petro. Cõuerte gladiũ tuũ ⁊c. ⁊ angelus Petro. Calcia te caligas tuas: ⁊ circũda tibi vestimentũ tuũ. Et ita sequit' ſm eum ꝙ apl'i in p̃dictis ⁊ similib⁹ fuerũt ꝓprietarij in speciali: nõ solũ in cõmuni. Qd̃ esse non potest: qm̃ vt supradictũ est ſm Clemen. cõis vsus omniũ que sunt in hoc mũdo / oibus esse debuit. Et sicut nõ põt diuidi aer nec splẽdor solis: ita nec reliqua que data sunt hoibus ad habendũ diuidi debere: sed habenda oia cõia. ⁊ istius cõsuetudinis more retento apl'i eorũq; discipuli cõem vitaȝ duxerunt. xij. q. j. dilectissimis. Ex qbus ptȝ ꝙ sicut in statu innocẽtie nullus habuisset in speciali ꝓprietatem in aliqua re mũdi quacũq;: sed fuissent oia oibus hoibus pro oi tempore quo nõ peccassent cõmunia. Sic apostoli ⁊ eoꝝ discipuli q̃ in abdicando tẽporalia assumpserũt statũ ↄformem ⁊ similẽ statui innocentie. ſm Clemen. in nulla re huiusmodi habuerũt in speciali ꝓprietatem ⁊ dñium q̃diu in sua ꝑfectione manserũt: q: semper post sequelã manserũt. Et ꝑ ↄsequens vestimentũ calige ⁊ gladius Petri nõ fuerũt quoad ꝓprietatem et dñium plus in speciali Petri q̃ alioꝝ. Simil'r sicut in aere splendore solis ⁊ alijs corporibus celestibus nullus habet in speciali ꝓprietatem et dñium: sed pro oi tpe fuerunt oia oibus hoibus cõmunia. Ita apl'i ⁊ eoꝝ discipuli ꝓ nullo tẽpore postq̃ statum perfectionis excelse sunt adepti: habuerũt in speciali ꝓprietatem ⁊ dominiũ ꝓpriũ in aliqua re mũdi. ergo apl'i nõ habuerũt in speciali et singulatim ꝓprietatem ⁊ dñium ꝓprium in vestibus caligis gladijs ⁊ quibuscũq; alijs similibus vterent'. Et per consequens ista nõ excipiũtur in speciali ⁊ singulatim ab hac vniuersali. Ecce nos dimisimus omnia. Sȝ si exciperent' ab ipa in speciali ⁊ singulatim exciperent' ab ea: ⁊ non in cõi tñ: qm̃ ista in spãli ⁊ singulatim dicũtur fuisse aploꝝ. g̃ talia ⁊ similia nullo modo excipiũtur ab hac vniuersali. Ecce nos reliquim⁹ oia sicut dicit oppositor. Et ꝓpterea non est min⁹ vniuersalis de apl'is ista. Ecce nos reliquim⁹ oia noie ⁊ re: q̃ sit vniuersalis de p̃mis credentibus illa Act. iiij. Nec quisq̃ eoꝝ que possidebat aliquid suũ esse dicebat: sed erant illis oia cõmunia. Ex hoc ptȝ q: abdicatio temporaliũ primoꝝ credentiũ nõ fuit vniuersalior: nec latioris ambitus abdicatione temporaliũ apostoloꝝ: quũ p̃mi credentes nõ fuerũt magis expropriati a mundo q̃ apl'i. Sed illa de p̃mis credentibus scȝ. Nec quisq̃ eoꝝ q̃ possidebat aliq̃d suũ esse dicebat: sed erant illis oia cõmunia. cõprehẽdit ꝓ tẽpore quo dicta est vniuersal'r oia quecũq; aliqua exceptione nõ facta: siue vite necessaria: siue quecũq; alia noiata vel nõ noiata ſm veritatẽ: sicut superius pluries est ostensum. ergo ista dicta de apostolis. Ecce nos reliquimus oia. pro tempore quo dicta fuit cõprehendit vniuersaliter oia absq; aliqua exceptione: siue sint vestes siue gladius siue quecũq; alia. sed ista fuit dicta de apl'is pro semꝑ in futurũ. ergo sub ista cadũt vniuersaliter q̃bus apl'i vsi sunt. ⁊ ꝑ ↄsequẽs in oibus habuerunt vsum separatũ a ꝓprietate ⁊ dñio. Et p̃terea / sicut supra ostensum est isto. §. R. Item nõ minus sub vbis. votum aploꝝ nõ extendit se ad pauciora q̃ votum religiosoꝝ absolute sine ꝓprio viuere ꝓfitentium. q: abdicatio religiosoꝝ vitam apostoloꝝ imitantiũ in parte vel in toto / nõ est vniuersalior: nec ꝑfectior abdicatione apostolorum. Sed votum religiosorũ absolute sine ꝓprio viuere ꝓfitentium se extendit vniuersaliter ad omnia absq; aliqua exceptione: siue sint alimẽta siue quecũq; alia: quia votum eoꝝ absolute factũ se extendit vniuersaliter ex forma ⁊ natura sua ad oia illa in q̃bus vsus põt a ꝓprietate ⁊ dñio separari in speciali: eo ꝙ votum cadens absolute suꝑ abdicationẽ ꝓprietatis cadit suꝑ abdicationẽ ois ꝓprietatis ab vsu separabilis: sed vsus rerũ vsu ↄsumptibilium est separabilis a proprietate ⁊ dñio speciali: quicq̃d sit de separatione eius a ꝓprietate ⁊ dñio cõi: qm̃ vt sepe dictũ est p̃mi credentes ꝓ tempore illo de quo dicit scriptura Actuũ. iiij. ꝙ erant illis oia cõmunia pro tempore: habebant in speciali vsum rerũ vsu ↄsumptibilium separatum a ꝓprietate ⁊ dñio. q: ꝓ tempore illo nullus eorũ habebat in speciali ꝓprietatem alicuius rei: ergo ꝓ illo tẽpore habebant vsum talium rerum separatũ a ꝓprietate ⁊ dñio speciali. Sed qua rõne vsus talium rerũ fuit tunc separatus in speciali a ꝓprietate ⁊ dñio: eadẽ rõne fuit de possibili separabilis ꝓ semꝑ: licet non fuerit de facto semꝑ separatus. quia stante eodem natura rerũ semꝑ vsus est vniformiter separabilis de possibili. Ergo votum religiosoꝝ absolute absq; ꝓprio viuere ꝓfitentium se extendit vniuersaliter ad quecũq;: siue sint vestes siue cibaria. vnde vestis q̃ vtitur seruus: non est sua: sed est de peculio. ff. de pecu. id vestimentum. ⁊ seruus nõ possidet ea que sunt in peculio. ff. de acquirẽ. pos. seruus. quia ab alio possidet': nihil ipse possidet. vt. ff. de adult. sic euenit ⁊ no. xij. q. j. non dicatis. ergo multomagis votum apostolorum: quod fuit forma ⁊ p̃ncipium votoꝝ religiosoꝝ: se extendit vniuersaliter ad oia absq; aliqua exceptione.

Ad illud qd̃ dicit oppositor: ꝙ nõ est intelligendum ꝙ beatus Augustin⁹ intellexerit ꝙ ipsi apostoli vouerũt nõ habere aliquid in cõmuni: quũ intendens iuxta vitam apostolicam suam religionẽ fundare loquens suis fratribus sic dixit in regula sua. Sit anima vna ⁊ cor vnũ in dño: ⁊ nõ dicatis xij. q. j. non dicatis. ⁊. c. nolo. vos habere aliquid propriũ sed sint vobis omnia cõmunia. Et distribuatur vnicuiq; vestrum ꝓut opus erit. ⁊ sequitur. Sic em̃ legistis in actibus apostolorum. Actuum. ij. ⁊. xij. q. j. c. ij. ⁊. c. quia tua ꝙ erant illis omnia cõia: ⁊ distribuebatur vnicuiq; prout opus erat. Quũ igitur beatus Augustin⁹ ⁊ eius fratres habuerint ⁊ habeant in cõmuni: nõ est reuocandum in dubium quin beatus Augustinus apostolos habuisse supposuerit in cõmuni. quare ꝑ authoritatem predictam Augu. nõ potest concludi ꝙ apostoli voto abdicauerint omniũ rerum dñium in ꝓprio ⁊ in cõmuni. Respondendum est p̃mo ꝙ dictuȝ Augustini per oppositorem inductum ꝓ parte sua / est contra eum. quoniã si Augustin⁹ ſm dictum eius intendebat fundare suam religionem iuxta vitam apostolicam: vt nullus eoꝝ haberet aliquid ꝓpriũ sed essent illis oia cõmunia: ergo Augustin⁹ voluit ꝙ fratres sui nõ haberẽt in speciali ꝓprietatẽ alicuius rei: sed tñ in cõmuni. ergo simil'r apostoli iuxta quoꝝ votum Augustinus fundauit suam religionem: ſm ipsum non habuerunt in speciali proprietatem alicuius rei. ⁊ ita vestimentũ q̃ vtebatur Petrus ⁊ calige ⁊ gladius nõ fuerũt in speciali quoad ꝓprietatem ipsius Petri. cuius oppositum oppositor supra dixit. §. primo. R. non obstat. ⁊ R. ceterum. Item si augustin⁹ fundauit suam religionẽ iuxta illud quod legitur in actibus apostolorum. ꝙ erant illis omnia cõmunia. Actuũ. ij. Et augustinus mandauit fratribus suis ꝙ nunq̃ pro perpetuo tempore haberent in speciali ꝓprietatem alicuius rei: sed essent illis omnia cõmunia

munia semꝑ: q: sic intelligẽdũ est: ergo similiter p̃rimi credentes non habuerunt: nec habere potuerũt in speciali ꝓprietatẽ alicui⁹ rei: q̃diu stetit illa cõgregatio in suo robore cuius oppositũ. s. dixit oppositor. Item fratres sancti Augustini nõ debẽt habere in speciali ꝓprietatẽ alicuius rei vsu cõsumptibilis nec nõ cõsumptibilis: q: ipe mãdauit eis / nõ dicatis aliq̃d hr̃e ꝓpriũ: sȝ sint vobis omnia cõmunia. xij. q. j. nõ dicatis. Et qui omnia dicit: nihil excipit. j. Cor. xv. ⁊ Heb. ij. ex̃ de ma. ⁊ ob. solite. §. penul. Sed fratres beati augustini habẽt in speciali vsum rerũ vsu cõsumptibilium: certum est q: in speciali comedũt ⁊ bibũt: ⁊ specialibus vestibus induunt': ergo p̃dicti fratres hñt in speciali vsum rerũ vsu cõsumptibiliuȝ separatũ a ꝓprietate ⁊ dñio cõmuni. ergo vsus earũ de se est separabilis simpliciter ⁊ absolute a ꝓprietate ⁊ dñio. Itẽ fratres sancti Augustini emittunt votũ abdicationis omniũ temporalium: q: vouent viuere sine proprio: ergo multomagis apostoli: quoꝝ vitã imitantur: emiserunt votũ omniũ temporaliũ abdicationis. ¶ Scd̃o respondendo ad illud qd̃ opponit' / ꝙ saltem apl'i habuerunt proprium in cõmuni sicut habent fratres sancti Augustini: qui vitã apostoloꝝ dicunt' eligere: dicendum est. qm̃ regula aplorum ꝓpria ⁊ immediata fuit alia a regula cõmunitatis credẽtiũ: sicut regula specialis est alia a regula generali. Et sicut cõmunitas apostoloꝝ propria fuit alia a cõmunitate gñali credentium: licet etiã regula cõmunitatis gñalis credentiũ quodãmodo fuerit regula apostolorũ inquantũ fuit eis data ab apostolis. ⁊ etiã apostoli aliquo tempore vixerũt illa cõmunitate generali credentium / ⁊ sicut eorũ capita seruando illam regulam: tñ ipsorum regula ꝓpria ⁊ immediata fuit alia ⁊ discreta a regula cõmunitatis credentium. qd̃ patet Mar. j. quia apostoli in sua cõmunitate ꝓpria nõ potuerũt retinere vxores. Illi aũt de cõmunitate gñali credẽtium poterãt retinere cõmuniter vxores: nisi aliquibus repugnaret in speciali aliũde: ideo multi ipsorum habebãt vxores: qd̃ apostolis nõ licebat quãtũ ad cõmistionem carnis: sȝ bñ quãtũ ad ꝓuisionẽ. xxxj. di. omnino. Scd̃o / q: apostoli in ꝓpria cõmunitate portare nõ poterant calciamẽta nisi tñ sandalia: vt patet Mar. vj. Illi aũt de multitudine credentium poterant calciamẽta portare. Qd̃ autem dicit' de petro Act. xij. Calcia te caligas tuas. exponitur ſm Bedam. i. sandalia. i. soleas q̃s portãt fratres minores. vide supra. e. §. porro omnis religio R. nõ obstat. ⁊. R. ꝙ dicit Mar. lv. ar. ¶ Tertio / q: cõmuniter ⁊ immediate nõ licebat eis portare pecuniaȝ: vt patet Matth. x. Mar. vj. Luc. ix. ideo pecunia q̃ portabatur ponebat' ad pedes aplorũ: ⁊ nõ ad manus. Act. iiij. vbi dicit glos. destituendũ probat qd̃ tangere deuitat: ⁊ calcandũ docet esse aurũ / qd̃ subdit gressibus apostoloꝝ. Illi autem de multitudine credentiũ poterant cõmuniter pecuniã portare: ⁊ ipsi cõtrectabant pecuniam sicut religiosi omnes / exceptis fratribus minoribus: cõtrectant de suorũ licentia prelatorũ / q̃ cõmunitatis erat: sȝ non apl'i: nec fratres minores: vt ex̃ de ver. sig. exiit. li. vj. ⁊. e. ti. exiui. clemen. ¶ Quarto / q: recipiẽdus ad cõmunitatem aplorũ nihil debebat secũ afferre: nec res: nec p̃cia rerũ: sȝ omnia que habebat in libera potestate: debebat vendere ⁊ pauperib⁹ erogare: vt patet Matth. xix. Mar. x. Luce. xviij. Recipiẽdus aũt ad cõmunitatẽ generalẽ credẽtium / debebat secũ ferre p̃cia rerũ immobiliũ ⁊ animaliũ ⁊ res alias cõmunitati necessarias: si habebat. Et ita vna regula fuit alia ab alia / ⁊ altera ab altera. ¶ Quinto / q: solis. xj. aplis dixit dñs Matth. vltimo / Eũtes in vniuersum mũdũ p̃dicate euãgeliũ omni creature. nõ fuit hoc dictũ multitudini credentiũ. ¶ Sexto / q: apl'i ꝑ mũdũ eũtes in sortes suas / nõ vixerũt de bonis illius cõmunitatis p̃me credentiũ: sȝ de his que dabant' eis in cibo ⁊ vestitu / ab his quibus p̃dicabãt. Matth. x. ⁊ Luce. x. dign⁹ est operarius cibo suo. xiiij. q. j. §. j. vbi Chrysostom⁹. q. d. Tãtũ accipite: Quãtum in victu ⁊ vestitu vobis necessariũ est. vnde apostolus. j. ad Timoth. vj. habẽtes victũ ⁊ vestitũ / his cõtenti simus. Et alibi Gala. vj. Cõmunicet is q̃ catechizat' ei qui se catechizat in oibus bonis. vt quoꝝ discipuli merũt spũalia: consortes faciant eos carnaliũ suoꝝ: ⁊ nõ in auaritiã: sȝ in necessitatẽ. huc usq; Chrysostom⁹. ad hec. xiij. q. j. §. his ita. j. q. ij. sacerdos. ex̃ de censi. cum apl's. ¶ Beat⁹ autẽ Augu. fundauit religionẽ suã directe iuxta regulam cõmunitatis seu multitudinis credentiũ: ⁊ nõ iuxta regulam propriã ⁊ immediatã apostoloꝝ: vt vt supra dixit in regula sua fratribus suis. Sit anima vna ⁊ cor vnũ in dño: et nõ dicatis aliq̃d ꝓpriũ: sȝ sint vobis oia cõmunia: sicut legitur in actibus apostolorũ. Certũ est aũt ꝙ in actibus apostoloꝝ ista verba sunt dicta directe ⁊ immediate de cõmunitate gñali credentiũ: ⁊ nõ de cõmunitate ꝓpria apostolorũ: sicut oppositor dicit. sic em̃ legitur in actibus apostolorũ. iiij. c. Multitudinis aũt credentiũ erat cor vnum ⁊ anima vna: nec q̃sq̃ eoꝝ q̃ possidebat aliq̃d suũ esse dicebat: sed erãt illis omnia cõmunia. xij. q. j. c. ij. c. q: tua. cũ. c. se. Ecce plane ꝙ ista fuit forma viuendi cõmunis multitudinis credentiũ. Sed preter istã formã viuendi cõmunẽ / alia fuit apostoloꝝ q̃ ꝓxime dicta est. Qr aũt beatus Augu. intẽderit principaliter fundare suã religionẽ iuxta regulã ⁊ formã viuendi cõmunitatis credentiũ: ⁊ nõ cõmunitatis ꝓprie aploꝝ / patet ex verbis premissis in regula sua: in quibus dat formã ⁊ modũ viuẽdi fratribus suis. q̃ quidem verba: vt iã dictũ est: sunt directe de cõmunitate generali credẽtiũ: ⁊ nõ de communitate speciali ⁊ ꝓpria apostoloꝝ. Qd̃ etiã patet ex hoc: q: fratres ordinis sancti Augustini poterant portare libere / ⁊ possunt calciamẽta et pecuniã: que nõ poterãt apostoli. Venientes etiã ad ordinẽ sancti Augustini / possunt offerre cõmunitati bona que habent. Venientes aũt ad cõmunitatem ꝓpriã apostolorũ / nihil poterant offerre: sed oia debebãt si poterãt pauperib⁹ dare. Matth. xix. Mar. x. Luce. xviij. Qd̃ etiã patet ex hoc: q: fratres beati Augustini possunt hr̃e in cõmuni bona imobilia / vt domos ⁊ agros: que apl'i in communi suo nullo modo poterãt habere. vt Matth. xix. ergo beatus augu. non fundauit nec intendebat fundare religionem suã iuxta vitã apostoloꝝ ꝓpriam ⁊ specialem sed solũ iuxta formã ⁊ modũ viuendi cõmunitatis credẽtium. Magis autẽ congrue argueret oppositor / si sic argueret: beatus Franciscus christi signifer insignis volẽs immediate fundare ⁊ directe suam religionem iuxta formam ⁊ modũ viuẽdi ꝓprium christi ⁊ apostolorum: sicut ipse in principio ⁊ fine sue regule dicit expresse. In principio inquã sic: Regula ⁊ vita fratrũ minorũ hec est. scȝ dñi nostri iesu christi sanctũ euangelium obseruare viuendo in obedientia sine proprio ⁊ in castitate. In fine vero sic: Paupertatem ⁊ humilitatem ⁊ sanctũ euangeliũ quod firmiter ꝓmisimus obseruemus. mãdauit fratribus suis in regula sic: Fratres nihil sibi approprient: nec domũ: nec locum: nec aliquã rem. Que verba regule quinq; Romani põtifices. Greg. ix. Alexander. iiij. Innocentius. iiij. Nicolaus. iij. Clemens. v. declarauerunt in scripturis debere intelligi tam in speciali / q̃ etiã in cõmuni: vt diffusius superius est ostẽsum supra. §. p̃xi. in prin. Ita ꝙ fratres minores ſm declarationes istoꝝ Romanoꝝ põtificum. v. et omnes alios summos pontifices intermedios. v. istos sequentes / nõ sunt capaces alicuius ꝓprietatis in speciali nec in cõmuni ſm eorum regulã: ergo multomagis apl'i / iuxta quorũ vitã ⁊ doctrinã ⁊ ꝓfessionem fratrũ minorũ fundata est religio: nihil habuerunt quoad ꝓprietatem ⁊ dñium in speciali nec in cõmuni: q: nõ est verisimile nec ꝓbabile / ꝙ beatus Franciscus volens fundare suam religionem iuxta proprium modum euangelicum viuẽdi / voluerit aut potuerit imponere fratribus suis moduȝ viuendi difficiliorẽ ⁊ essentialiter arctiorẽ ꝓprio modo viuendi euangelico. Sed beatus Franciscus: vt declaratũ est: per omnes Romanos põtifices prenarratos / voluit ꝙ fratres sui non haberent aliquã proprietatẽ in speciali

nec in communi: vt prius dictum est: ergo intentionis sue fuit, et ecclesie suaz regulã confirmantis et declarantis, quod proprius modus viuendi christi et aplorum fuerit nihil habere quoad proprietatem et dominiũ in speciali nec in cõmuni. Preterea: vt supra in.§.pce.tactum est: apostoli nõ fuerunt magis proprietarij in cõmunitate ipsorum propria, quam in cõmunitate generali credentiũ: de qua ipsi tunc erant: in qua nullus suũ aliqd esse dicebat.xij.q.i.c.ij.q: si in cõmunitate ipsorum propriũ habuissent: illud nõ fuisset cõmune quoad dñium omnibus credentibus: q: illud quod est propriũ cõmunitatis specialis: non põt esse cõmune omnib⁹ qui sunt de cõmunitate generali: ergo nec extra cõmunitatẽ generalem credentium habuerunt aliquid quoad proprietatem in propria eorũ cõmunitate in speciali nec in communi: q: aliter sequeretur necessario, quod apl'i fuissent magis proprietarij extra cõmunitatẽ credẽtiũ in propria communitate ipsorum: quam fuerint in cõmunitate generali credentium: quum in cõmunitate generali credẽtiũ nihil potuerint habuisse quoad proprietatẽ in speciali nec in cõmuni, quantũ ad cõmunitatẽ ipsorum specialem et propriam. Item si habere quoad proprietatẽ aliquid in cõmuni non derogat ex genere opis opati pfectioni altissime paupertatis maxime hoc videretur in loculis quos christus in cõmuni cum apostolis dicitur habuisse. Sed christus in loculis suscepit psonam infirmorum ne damnaret talia quesituros sm aug.s. ps.ciij. et xij.q.i.habebat. et ex de ṽ. sig.exiij.li.vi. Sed in eo qd ptinet ad perfectionẽ ex genere operis opati nõ derogat perfectioni non cadit condescensio aliqua ad infirmos et imperfectos: q: cõdescendere infirmis est in aliquo opere ex genere opis imperfecto se conformare eis: ergo habere loculos in communi ex genere operis operati derogat pfectioni altissime pauptatis: licet ex parte operantis seu condescendentis fuit maxime pfectiõis vt.p.c.exiij.q: fuit opus maxime misericordie et pietatis sm eundẽ Aug. Et si habere loculos in cõmuni de quib⁹ minus videtur derogat de genere opis pfectioni altissime paupertatis: multo magis habere agros et possessiones ac supellectilem aliam derogat ex genere opis summe perfectioni.

Item quero in quo christus suscepit personã infirmorum et impfectorum: in loculis sm aug. an quoad dñiũ paupertatis: an quoad ministerium pietatis: an quoad vsum necessitatis? Si quoad dominium: ergo habere dominium talium in communi, derogat ex genere opis perfectioni altissime paupertatis. q: in eo qd nõ derogat ex genere operis perfectioni in eo nõ cadit condescensio ad imperfectos. Si vero suscepit personam infirmorum quoad ministeriũ dispensationis loculorũ: ergo ministeriũ loculorum derogat ex genere operis summe pfectiõi. q: in eo qd ex genere opis non derogat summe pfectioni non cadit cõdescensio ad imperfectos. Et si ministerium loculoruz derogat ex genere opis pfectioni summe pauptatis: quãto magis dñiũ loculorum derogat ex genere opis summe pfectioni: quãto vtiqz dñium ipsorum minus redundat in vtilitatem aliorum quam ministeriũ. Si aũt condescendit infirmis et imperfectis quãtũ ad vsum necessitatis: ergo vsus loculorũ derogabat ex genere operis summe pfectioni. Et si vsus loculorum derogat ex genere operis summe pfectioni: multo magis dñium ipsorum derogat ex genere dominij summe perfectioni: p quãto dñium taliũ minus est per se necessariũ vite mortali quam vsus. Quomodocũqz ergo christus susceperit personam infirmorum in loculis: siue quoad dñiũ siue quoad ministerium, siue quoad vsum: semper sequit quod dñium loculorum derogat ex genere operis pfectioni altissime paupertatis. Et si dñium loculorum derogat etiam in communi pfectioni summe paupertatis sm Augustinũ vt ostẽsum est: eadẽ ratione sequit quod dñium qrũcumqz aliarũ rerũ derogat ex genere operis pfectioni altissime paupertatis: etiã in cõmuni qcumqz cõmunitate speciali

Adde hic qd scripsi.i.in.§.Respõdeo.ṽ.ad quorum euidentiã.in ar.lx. ¶ Itẽ contra pdicta opponit de.c.ex authoritate.xvi.q.i.qd fuit allegatũ. quod apl'i nõ habuerunt propriũ in speciali: sicut nec monachi qui eorum tenerent figurã. qd saltẽ pbabit p illud.c. quod apostoli habuerunt propriũ in cõmuni: sicut et monachi habent et habere possunt.xviij.q.ij. in nullo loco. Ad qd respõdet quod licet figura nõ excedat in pfectione figuratũ: tñ figuratũ bene potest excedere figuram et similitudinẽ suã. Et ideo licet monachi qui figurã et typum gerunt aplorum: talia habeant in cõmuni: tamen q: fuerunt perfectiores quam monachi: ideo non sequitur quod apl'i habuerint vel habere potuerint talia in cõmuni. q: si fratres pdicatores et minores q nõ sunt pfectiores aplis: nõ sunt capaces possessionũ talium in cõmuni: multo potius apl'i. Et sic fratres minores sm declarationes ecclesie nõ possunt habere nec in speciali nec in cõmuni propriũ multo poti⁹ apl'i: vt supius est pbatũ. Nec sequitur si habent monachi propriũ in cõmuni: ergo et apl'i. q: hic est fallacia consequentis. Sicut non sequit. Monachi possunt portare calciamenta et pecuniã: ergo et apostoli. q: apostoli fuerunt pfectiores monachis in multis eis indictis: vt est superius declaratũ. Nec sequit: Monachi tenent figurã aplorum quãtũ ad renuntiationẽ in speciali: ergo tenent quãtũ ad renuntiationem proprij in cõmuni. q: si tenẽt vnã ptẽ renũtiationis in speciali: nõ tñ pfectissime in cõmuni: sicut tenent fratres minores qui apostolorum pfectissimam figurã tenent. ex de ṽ.sig.exiij.§.i.li.vi. Immo sic est poti⁹ arguendũ: Monachi qui tenẽt figurã aplorum, nõ possunt in speciali et singulatim proprietatẽ habere alicuius rei vsu cõsumptibilis nec nõ cõsumptibilis. vt ex de sta.mo. cum ad monasterium.§.fi. ergo nec apostoli. Sz monachi non tenent figurã apostolorum in quãtũ habent proprium in cõmuni: sz proprius et verius religiosi mendicãtes: qui possessiones in cõmuni nõ habent. vnde dicit de predicatorib⁹ et minoribus ex de ex.p.in.c.antepenul. et penult. quod famulantur christo pauperi in altissima pauptate. Et inter ceteros mundi religiosos fratres minores qui non possunt nec in cõmuni nec in speciali propriũ possidere: plus eorum figurã et pfessionẽ tenẽt. Unde in decre.exiij.de ṽbo.signi. post duas colum.ṽ.vnde nos.li.vi.dicit quod christi semitas inter omnes hoies arcti⁹ elegerũt. Et preterea pcipue dixit dñs aplis Matth.vi. Nolite soliciti esse anime vestre qd mãducetis: aut corpori vestro quid induamini et c. q: ista nõ stant cum apice euãgelice pfectiõis. hoc em nõ potest dici proprie de habẽtib⁹ possessiones: de quibus extolẽdis solicitã curã gerũt etiã in cõmuni viuentes: nec curã eos habere oportet de alijs pcurandis. q: qd petũt intus habent: et de proprio suo viuũt. Et causam istius remotionis solicitudinis maxime in viris aplicis ipe christus ibi assignat dicẽs in psal.c. Matth.vi. Quia nõ potestis deo seruire et mãmone. Et si solicitudo cibi necessarij aliqualiter distrahit a predicatione euangelij et oratione et pfecto obsequio christi: quãto magis cura agrorum porcorum et asinorum distrahit a predicatione libera euangelij et perfecto obsequio christi: vnde Petrus pro se et pro alijs aplis ait Actu.vi. Nõ est equũ nos derelinquere ṽbũ dei: et ministrare mensis. Si nõ erat equũ aplos derelinquere verbum dei et ministrare mensis: ne impedirent cursus euangelij: quãto magis non fuit equum aplos p seipsis vacare cure agrorũ et possessionũ? Una vera causa singularis et precipua perfecte huius renuntiatiõis apostolice fuit scz libera predicatio euangelij, et perfecta imitatio christi vt omnes in speciali et in communi possent veraciter dicere. Mihi mundus crucifixus est: et ego mundo. Gala.vi. Et omnes in speciali in cõmuni monstrarent quod christus dixit eis, Uos de hoc mundo nõ estis: propterea odit vos mundus. Jo.xv. Item redeundo ad separationem vsus in cõsumptibilib⁹ a proprietate facit qd legitur Leui.vltimo: vbi dicitur quod omnes decime terre siue de frugibus: siue de pomis arborum domini sunt: et illi sanctificantur.

et tamẽ vsus decimarum erat leuitarum vt patet Numeri.xviij. ¶ Nec obstat si cõtẽdat quod etiã in eis leuite proprietatem habebant. q: saltẽ non põt negari quod in eis proprietatem liberã nõ habebant: q: nõ poterãt oblationes vendere: aut in alios vsus cõuertere: nec quõlibet eis etiam indifferẽter vti: sz tñ mares de stirpe Aaron et in solo sanctuario comedere. ideo dicit pdictum.c.xviij. Nume. In sanctuario comedes illud: et mares tñ edent ex eo. Et ita dominiũ liberũ et immediatũ et absolutũ sacrificiorum soli⁹ dei fuit: et nõ ministrorum. et facit qd legit et no.xij.q.ij. nulli in glos.i.ad vsum.et.c.q abstulerit. Sed et in forma leuit. tradita donationis oblationũ nihil ponit ptinens ad genus dominij: sz solũ ad modum vtẽdi. ideo dicit in ea. In sanctuario comedes illud et mares tñ edent ex eo. ideo scribitur Deutero.xviij. Nõ habebunt sacerdotes et Leuite et qui de eadẽ sunt tribu partem et hereditatem cum reliquo pplo israel. q: sacrificia dñi et oblationes eius comedunt. ad qd facit codẽ.c. Nume.xviij. Primitias aũt quas vouerunt et obtulerũt filij israel, tibi dedi et filijs ac filiabus tuis iure ppetuo. Qui mũdus est in domo tua vescet eis. et iterũ. Uniuersa frugum initia que gignit humus et dño deportant, cedent in vsus tuos. Qui mundus est in domo tua vescet ex eis. In quibus authoritatib⁹ nihil ponit pertinens ad genus nec speciẽ dominij: sz solum ad formam et modũ vtendi. Quod etiã euidẽter apparet in sacrificijs noue legis: scz in accidẽtibus seu specieb⁹ panis et vini in sacramento corporis et sanguinis domini nostri: quorum accidentium sumentes habent vsum separatũ a proprietate et dñio: licet illa accidentia sint vsu consumptibilia. qd sic patet: q: nullus sane mentis debet rem sibi quoad dñium subiectã et suo dominio subiacentẽ venerari et adorare adoratione latrie p se et primo nec sicut ex consequenti. de cõ.dis.iij. venerabiles. q: dñs nõ debet adorare seruum suo dñio subiacentẽ vt subest suo dominio. Sed qlibet fidelis catholic⁹ debet adorare illa accidẽtia adoratione latrie ex consequenti, rõne obiecti principalis. de cõ.di.ij. accesserunt.ṽ.de carne. ergo illa accidẽtia nõ subsunt nec subiacent proprietati et dñio alicui⁹ hominis puri: et subsunt aliquo modo quoad vsum. ergo sumentes corpus et sanguinem dñi habent vsum illaruz specierum seu accidẽtiũ sepatũ a proprietate et dñio. que tñ ita cõsumunt p vsum sumentiũ. sicut qcũqz alia vsu cõsumptibilia. no. de cõ.di.ij.trib⁹.in glos.sz nec. et.c.nõ iste panis. Et hoc est qd dicit apl's.i.ad Corum.x. Non potestis calicem dñi bibere: et calicẽ demoniorum. nõ potestis mense domini pticipes esse: et mense demoniorum. et.xi.c. Iã nõ est dñicã cenã mãducare et.i.in codẽ.c. Quicũqz manducauerit panẽ et biberit calicem dñi indigne: reus erit et c. Calix autẽ dñi nõ bibit corporaliter: nisi mediãtibus speciebus accidentiũ vini. similiter panis ille nõ mãducat corporaliter: nisi mediantib⁹ speciebus accidentiũ panis. de cõ.di.ij. panis est in altari. et.c.vtrũ. ergo sm apostolũ species accidẽtiũ panis et vini quoad dñium sunt immediate dñi et nõ sumẽtiũ: nisi quoad vsum terminatũ. q: dicit calicẽ dñi: et nõ calicẽ nostrũ. et dicit mense dñi: et nõ mense nostre. et cenã dñicam. et non nostrã. et calicẽ dñi: et nõ nostrũ. Calix aũt d: principaliter dñi: magis rõne contenti in eo existentis: quam ratione vasis cõtinentis. ergo illud qd continet in calice, est dñi. sed in calice p se et imediate cõtinent accidentia vini: q: sanguis christi non cõtinet p se in calice nisi rõne illorũ accidẽtiũ: ergo illa accidentia p se sunt dñi et nõ sumẽtis. Similiter mensa domini dicitur principaliter magis rõne contenti quam rõne tabule continentis. sed p se contenta in mensa sunt accidentia panis: ergo illa accidentia sunt per se domini: et tamen vsus conficientium. Ad hoc facit quod ait saluator.xxvi.c. Matth. Mar.xiiij. et Luc.xxij.c. hoc est corpus meum. de cõ.di.ij.timorem. nam totum qd cõtinetur in isto sacramento scz signatum contentũ cum signo accidentium cõtinente, est christi: et non sumentium: nisi quoad vsum participationis et communionis. Nec est diuidendũ signum illud inseparabile a suo signato inseparabili: qd cõtẽtũ signatum sit vnius et signum continens sit alterius. et sic apostoli habuerunt vsum illorum accidentium separatum a proprietate et dñio. Et nõ solũ apte hoc lex diuina pclamat: sz etiã lex humana. vnde Insti. de rerum diuisi.§.nullius. scribitur sic. Nullius autẽ sunt res sacre religiose et sancte. qd em diuini iuris est: illud in nulli⁹ bonis est. Sacra sunt que rite p pontificẽ deo cõsecrata sunt: veluti edes sacre et donaria que rite ad ministerium dei dicata sunt. hoc idem habetur.ff.de rerũ diui.l.i. in princi. et.§.i. et facit.xij.q.ij.c.i. et.c.qui abstulerit.

Ursus posset opponi quod pfectio paupertatis euangelice plus cõsistit in animo: vt scz amore animus istis tẽporalibus nõ adhereat: quam in carẽtia tẽporaliũ rerũ. iuxta illud Mat.v. Beati pauperes spiritu. et in ps.lxi. Diuitie si affluãt: nolite cor apponere. et quod talem paupertatẽ perfectissime christus habuit: et post eum apl'i: quasi ista oppositio innuat quod non fuerunt christus et apl'i pfectissimi in pauptate corporali: q cõsistit in carẽtia rerũ. Que quidẽ oppositio quãtũ ad pmã ptẽ sui quod pfectio pauptatis euãgelice magis consistit in animo quam in carentia rerũ tpaliũ vera est. q: hoc est generale et cõmune in quolibet triũ cõsiliorũ euãgelij: scz obedietia, castitate, et pauptate: quod perfectio cuiuslibet cõsilij euangelici magis cõsistit in dispositione animi interiori: quam in ope exteriori. q: virtus qcũqz magis est pfectio animi, qui violari nõ põt: quam sit pfectio corporis, qd nobis inuitis auferri põt.xxxij.q.v.§.i. cũ iij.c.se. Ideo Augu. dicit de bono coniugali, quod cõtinentia magis est virtus mentis quam virtus carnis. vt p.§.i.et.c.de pudicitia. Sz licet continentia magis in dispositione animi quam in abstinentia carnis consistat. tñ ad pfectã continentiam euangelicã sicut christi et apostolorum non solum requirit bonus motus animi interioris: sz etiã requiritur voluntaria continentia carnis exterior. sicut expresse dicit apl's i.ad Corum.vij. Qui iungit virginẽ suaz matrimonio: bene facit. et qui non iungit: melius facit.xxviij.q.i.sic est. vltra colum. Et ita sm apl'm ad pfectã castitatem euãgelicam requiritur non solum pfectio animi interioris: sz etiã requirit voluntaria continentia corporis exterior. Et dico voluntaria: quia interdum posset inuite corpus violari exteri⁹: sz hoc nõ diminuit pfectionem virtutis.xxxij.q.v.§.i.et.c. de pudicitia. cũ iij.c.se. vñ et in.e.c.vij.i. ad Corum. loquens apl's de muliere vidua dicit. Beatior aũt erit: si sic pmanserit sm meũ cõsiliũ.xxxi.q.i. quod si dormierit. in fi. ergo beatior est mulier q continet mente et corpore: quam que sola mẽte. vnde Matth.xix. Sunt eunuchi qui nati sunt de matris vtero. et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. et sunt eunuchi q se castrauerunt ppter regnũ celorum. vbi dicit glos.i. castitati se deuouerunt. Sicut ergo ad pfectam et continuã euangelicã vitã requiritur nõ solum continẽtia animi: sz etiam continentie corporis: licet perfectio cõtinentie magis consistat in pudicitia animi quam in abstinẽtia carnis. Ita ad pfectionem pauptatis euãgelice requiritur non solum bona dispositio animi: sed etiã expropriatio rerũ tẽporalium: licet perfectius cõsistat in expropriatione animi quam in carẽtia rerũ exteriorũ. et ista similitudo sit ex de sta.mona.cũ ad monasterium.§.fi.ibi. quia abdicatio proprietatis sicut et custodia castitatis adeo est ãnexa regule monachali et c. Ideo christus voluit nasci de virgine mente et carne.xxvij.q.ij.§.i. vñ et sm apostolum pre.c.i.ad Corum.vij. Reliquũ est vt qui habent vxores, tamquam non habentes sint: et qui emunt, tamquam non possidentes. et sic hic hec duo combinant. et de hoc legit et no.xxxiij.q.v. scdm. Similiter licet virt⁹ obedientie euangelice seu apostolice magis consistat in dispositione cordis quam in actiõe opis exterioris: tamen ad perfectam obedientiam euangelicam requiritur vtrumqz et sequela animi et sequela operis possibilis: quia ad impossibile nemo tenetur. ff. de regu.iur. impossibilium. ex de pac.c.fi. ideo christus dixit

Cõsiliorum euãgelicorũ pfectio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Jo.xiiij. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ibidē. Si quis diligit me: sermonē meū seruabit. ergo similiter ad ꝑfectionem pauꝑtatis euangelice ⁊ apostolice requiritur ꝑfectio animi ⁊ expropriatio rerum tēporaliū. Quod etiā apparet in speciali de vtraq; virtute sc; paupertate ⁊ obediētia. Matth.xix. Si vis perfect⁹ esse: vade. ⁊ vēde omnia que habes: ⁊ da pauꝑib⁹: ⁊ veni sequere me. Que aūt pauperibus erogant̄ re ⁊ nō solū mente: relinquunt̄ ergo perfectio apostolice pauꝑtatis ex genere operis nō pōt haberi: nisi homo omnia derelinquat quoad abdicationem ꝓprietatis ⁊ dominij: ⁊ hoc in speciali ⁊ in cōmuni. q: illa q̄ vendidisset ⁊ pauꝑibus dedisset / nec in speciali nec in cōmuni sibi retinuisset: sed omnia debebat vendere ⁊ pauꝑib⁹ dare fm consiliū christi: ergo nihil sibi in speciali nec in cōmuni debebat retinere. Et que semel homo ex ꝑfectione reliquit: stante illa perfectione nō debet amplius resumere: nō fortassis in casu necessitatis. q: nemo mittens manū suā ad aratruz ⁊c. Luce.ix. de peni.di.ij. pēnata. Et hoc est qd̄ dicit Nicolaus.iij. in decre. Exijt.li.vj. Dicimus ꝙ abdicatio ꝓprietatis huiusmodi omniū rerū tam in speciali q̄ etiam in cōmuni ꝓpter deum meritoria est ⁊ sancta: quā ⁊ christus viā ꝑfectionis ostendens verbo docuit ⁊ exemplo firmauit: quamq; primi fundatores militantis eccl'ie ꝓut ab ipso fonte hauserant / in volētes ꝑfecte viuere ꝑ doctrine aut vite ipsoꝝ alueos deriuarūt. ¶ Ecce in his verbis Nicolai tria. Primū: ꝙ in omnib⁹ rebus est vsus seꝑabilis a ꝓprietate ⁊ dn̄io. q: dicit meritoria est ⁊ sancta. s; non esset nec meritoria nec sancta: si non esset possibilis. ergo est possibilis. s; abdicatio vsus ad vitam necessarij nō est meritoria nec sancta: ergo vsus omniū rerū in speciali ⁊ in cōmuni est separabilis a ꝓprietate. ¶ Scdm: qd̄ dicit / est ꝙ abdicatio ꝓprietatis oīm rerū in speciali ⁊ in cōmuni pertinet ad paupertatē euangelicam ⁊ eius ꝑfectionē ¶ Tertiū qd̄ dicit / est ꝙ christ⁹ ⁊ apl'i istā paupertatē seruauerūt facto ⁊ exemplo vite: et nō solū docuerūt verbo. Et ita nō est verū ꝙ ad ꝑfectionē euangelice pauꝑtatis nō requirit̄ expropriatio rerū omniū temporaliū: sed solū nō adhesio animi per amorē rebus tēporalibus. Unde sicut illa verba Petri / Mat.xix. Secuti sumus te / debent intelligi quātū ad sequelā operationis possibilem: ⁊ nō solum cordis. ita illa verba ibi Petri. Ecce nos dimisim⁹ omnia / que simul copulatiue cum illis fuerunt dicta: debent intelligi quātū ad rem in effectu possibili: ⁊ non solum quātū ad affectū mētis. Immo sequit̄ necessario ex altero: sicut ꝑfectio effect⁹ sequit̄ ex ꝑfectiōe cause. q: sicut ex ꝑfecta obediētia animi sequit̄ ꝑfecta obediētia oꝑis possibil' ꝓ loco ⁊ tpe: q: ipossibiliū nō est obligatio: ita ex ꝑfecta abdicatiōe animi sequit̄ ꝑfecta expropriatio rerū i ope. Et sicut nō cēt ꝑfect⁹ obediēs in animo / qui renuit obedire ꝑfecte in opere possibili: ita non est perfecte pauꝑ voluntate in animo / qui pauꝑtatē respuit in effectu. Un̄ in regula beati Frācisci dicit̄. Pauperes rebus fecit. q: de amore cuiuscūq; virtutis est intelligēdū illud Greg. in Homil. pente. Amor nescit esse otiosus. opat̄ magna si est. si vero opari renuit: amor nō est. q: ꝓ bono dilectiōis exhibitio est operis. ergo si amor pauꝑtatis euangelice est ꝑfectus in animo: debet exire in effectu possibili quantum ad perfectam carentiā rerū temporaliuz. Unde.j. ethicorū dicitur ꝙ nō fortissimi viri s; agonizātes coronant̄. ⁊.ij. ethicoꝝ dicit̄. Signum oportet facere habitum supuenientē oꝑis delectationē. ⁊ hoc q: ad factionē hominis naturalē requirit̄ anima ⁊ corpus: nec ꝑfectio naturalis hoīs cōsistit in sola anima: s; in aīa ⁊ corpore simul: licet magis in aīa q̄ in corpore. ex̄ de cele. mis. in quadā. Ita ad rōnem virtutis sequit̄ perfectio animi et perfectio operatiōis possibilis. nec vnum sine alio sufficit. vnde Jaco.j. Estote factores verbi: ⁊ nō auditores tantum. de pe. di.ij. si em̄. post.iiij. colum. ⁊ Matth.v. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Unde non est dubium ꝙ ad perfectionem virtutis requiritur perfectio oꝑis facto vel ꝓposito ꝓ loco et tempore. q: etsi omnis virtus quecumq; sit / magis consistat in animo q̄ in opere: tn̄ ad perfectionē eius requirit̄ ꝙ si non semp / tn̄ ꝓ loco ⁊ tempore prorumpat in opus ꝓportionatū ⁊ cōueniēs: Ergo similiter ad ꝑfectionē paupertatis euangelice requiritur ꝙ reluceat ꝓportionabiliter in habitu exteriori fm proportionem habit⁹ interioris. Item ⁊ hoc patet ex professione religiosorū sine proprio in speciali viuere profitentiū. q: nisi expropriatio rerū requireretur ad perfectionem paupertatis: frustra et inutiliter religiosi paupertatem in speciali ꝓfitentes abdicarent in speciali ꝓprietatem omnium rerū. ex quo talis rerū expropriatio in speciali nō facit ad perfectionem paupertatis: sicut nec expropriatio reruz in cōmuni facit ad perfectionem paupertatis in cōmuni / fm oppositorē s; sufficit sola animi non adhesio ꝑ amorē. ¶ Aliud etiā dicit oppositor / ꝙ pauꝑtas euangelica nō excludit ꝓprietatē ⁊ dominium rerum vsu consumptibilium: immo scriptura supponit apl'os ad minus in cōmuni talia habuisse. vt.xij.q.j.c.ij. Ad hoc dicendū ꝙ / sicut supra dictum est. apl'i non fuerunt magis ꝓprietarij in ꝓpria cōmunitate ipsorum cum christo: q̄ in cōmunitate generali credentiū sed in communitate generali credentium nihil habuerūt in speciali nec in cōmuni quātum ad cōmunitatem ipsoꝝ specialem quoad ꝓprietatē ⁊ dn̄ium: q: illud non fuisset cōmune omnib⁹ credentibus. ergo nec in cōmunitate ꝓpria ipsoꝝ cū christo habuerunt aliquid in speciali nec in cōmuni quoad dn̄ium. Itē nō aliter intelligenda sunt de pauꝑtate hec verba Petri / Ecce nos reliquimus omnia / q̄ sint intelligenda de obedientia ista Et secuti sumus te q: simul copulatiue dicta sunt. Si ergo ista / Secuti sum⁹ te / sunt intelligenda in speciali ⁊ in communi: eadem ratione ista / Dimisimus oīa / sc; in speciali ⁊ in cōmuni: quū nulla sit ratio plus de illis q̄ de istis. Itē eodem mō sunt intelligenda hec verba de omnib⁹ simpliciter / Ecce nos dimisimus oīa / quomodo sunt intelligenda de auro ⁊ argento illa verba Matth.x. Nolite possidere aurū ⁊ argētum. s; illa non est dubiū intelligenda sunt in speciali ⁊ in cōmuni quātum ad communitatem coꝝ specialē: q: quomodocumq; in speciali vel in cōmuni aurū ⁊ argētū possedissent: christi euangeliū venale fecissent: ⁊ christuz perfecte imitati non fuissent. ergo similiter hec verba Petri Dimisimus omnia / in speciali ⁊ in cōmuni intelligenda sunt. Item eodem modo sunt intelligenda hec verba Petri / Dimisimus omnia / quomodo sunt intelligenda verba christi de ipsis apl'is. Joā.xv. Si de mūdo fuissetis mūdus qd̄ suū erat diligeret. Et illa Jo.xvij. Mundus odio habuit eos: q: non sunt de mundo. patet aūt ꝙ de mundo non erant. q: omnia reliquerant que pertinent ad mundum: ⁊ secuti fuerant christum. s; ista verba / Non estis de mundo / intelligēda sunt in speciali ⁊ in cōmuni: sc; quia mundus in speciali ⁊ in cōmuni oderat eos. ergo similiter ⁊ ista verba / Dimisimus omnia / propter que non erāt de mundo quātum ad cōcupiscentiā oculorū in speciali et in cōmuni intelligenda sunt. Item eodem modo ꝓportionabiliter apostoli reliquerunt oīa tēporaliter ꝓpter deū: quomō possederunt oīa spiritualiter ꝓpter deum. q: ideo fuerunt perfecti possessores omniuz spiritualiter: q: fuerunt perfecti cōtēptores tēporaliū omniū. s; apl'i fuerunt spūaliter perfecti possessores omniū in spāli ⁊ in cōmuni: q: illud quod ait apl's.j. ad Coꝝ.iij. Omnia vestra sunt: vos aūt christi. xxiij.q.vij. ꝙ aūt. i fi. ⁊.ij. ad Coꝝ.vj. ⁊ ex̄ de ex.p̄. nimis iniqua.j. rn̄. Tamq̄ nihil habentes ⁊ omnia possidentes. verificatur de apl'is in speciali ⁊ in cōmuni. Itē eodem modo ꝓportionabiliter reliquerūt ꝓpter christi euangeliū ꝓprietatē omniū temporalium: quomodo receperunt ex euangelio a christo potestatē sumendi oīa necessaria. q: ideo christ⁹ tradidit Matth.x. eis iure euāgelij potestatē sumēdi oīa necessaria: q: ꝓpter euāgeliū reliquerūt omnia tēporalia.j.q.ij. sacerdos.xij.q.j.§.

An euangelica paupertas dn̄ium ⁊ ꝓprietate excludat.

Ex euangelio viuere licuit apostolis.

bis ita. in prima colum. Sed christus tradidit eis potestatem sumendi ex euangelio omnia necessaria ⁊ in speciali ⁊ in cōmuni: q: in spāli ⁊ in cōmuni licebat eis viuere ⁊ vixerunt ex euāgelio cum christo q̄diu fuerūt cū christo: ⁊ post. ⁊ qui huic iuri sicut Paul⁹ interdū cedere velet / de labore suo viuere posset. vt p̄.c. sacerdos. iō Matth.x. dixit eis cōmuniter ꝓ oībus. Dignus est mercenari⁹ cibo suo. ⁊ Luce.x. Dignus est oꝑarius mercede sua. xij.q.ij. quicūq;. ⁊ Luc.xxij. Ego dispono vobis regnū sicut disposuit mihi pater: vt edatis ⁊ bibatis sup mensam meaz j. do vobis potestatē sumendi omnia vite necessaria ex officio qd̄ vobis cōmitto. Et ideo cōgrui ⁊ idonei p̄dicatores euangelij sunt ꝓprie pauperes euāgelici: qui omnia amore euangelij ⁊ ꝓpter euangeliū dimiserūt. q: nullus ꝓprie ⁊ ꝑfecte debet ex euangelio viuere: qui sua ꝓpria ꝓpter euangelium non dimisit. a sensu contrario. ar. p̄.c. sacerdos. Hinc est ꝙ fratres minores qui nihil ꝓpriū in cōmuni ⁊ in speciali habere debēt. vt ex̄ de v.sig. exijt.li.vj. inter omnes huius mundi status magis licite ⁊ ꝓprius et ꝑfectius de euangelio viuunt: q: eoꝝ regula ꝓprie ⁊ singulariter euangelica ⁊ apostolica est. vnde ⁊ eis ex regula sine alio p̄uilegio cōpetit predicare: vt habet̄ in regula in.c. fratres non predicent. ex̄ de v.sig. exijt.§. vbiq; quia. qd̄ nulli statui regulari licet ex regula. ergo apostoli q̄ fuerunt precipui euāgelij p̄dicatores. ex̄ de elec. fundamenta j. rn̄.li.vj. ⁊ de reli. ⁊ ve. sanct. gloriosus.j. rn̄.li.vj. quibus licuit in speciali ⁊ in cōmuni de euangelio viuere.j.q.ij. sacerdos. omnia in speciali ⁊ in cōmuni ꝓpter euangelium dimiserunt. Item importantia superogatiuā ꝑfectionem de apl'is nō debent diminui seu ꝑ synecdochen exponi: s; integre ⁊ plene interpretari. aliter esset detrahere de perfectione aploꝝ: qd̄ est impium. S; hec verba Petri / Nos reliquimus oīa / explicāt superogatiuā ꝑfectionē aplorū: ergo nō debent diminui: sed integre ⁊ plene interpretari Sed dicere ꝙ intelligant̄ solū in speciali ⁊ nō in cōmuni / est ea diminuere ⁊ per synecdochen exponere: quum scriptura nō plus eos reliquisse dicat omnia in speciali q̄ in cōmuni. ⁊ vbi canon nō distinguit: nec nos.ij.q.v. consuluisti. xxxj.q.j. ꝙ si dormierit. vbi de hoc. Omnes aūt instātie q̄ possunt adduci de apostolis de ijs que habuerunt / nō intelligende sunt quoad proprietatem ac dominium: s; q̄ad vsum actiue vel passiue. vt supra patuit. ¶ Itē qd̄ opponit̄ ꝙ abdicatio ꝓprietatis ⁊ dominij nō excludit solicitudinem aliquā: immo maiorē inducit: destruit ⁊ confundit omnē religionem habentem annexā abdicationē ꝓprietatis rerū in speciali. q: si abdicatio ꝓprietatis rerū in cōmuni: nō excludit aliquā solicitudinē in cōmuni: eadē ratione abdicatio ꝓprietatis ⁊ dominij in speciali nō excludit aliquā solicitudinem in speciali. q: eadē est ꝓportio ꝑ oīa expropriationis cōmunis ad solicitudinē cōmunē: que est expropriationis specialis ad solicitudinem specialē. ergo expropriatio proprietatis ⁊ dominij in speciali nihil confert ad ꝑfectionē. quod est omnē religionē adnihilare frustra ⁊ in vanū immo deceptorie ⁊ laqueū parādo cōtra id. xxvij.q.j. de viduis. Romani etiā pontifices a tēpore Greg.ix. vsq; ad tēpus pape Jo.xxij. retinuerunt sibi ꝓprietatē ⁊ dn̄ium rerū fratribus minoribus cōcessarū: vsu nudo fratribus ipsis dimisso. frustra etiā dict⁹ dn̄s papa Jo. in cōstit. Ad conditorē canonū / retinuit sibi ⁊ ecclesie Romane ꝓprietatem ⁊ dominium locorum domorum librorū vestimentorum ad cultum diuinum pertinētium fratribus minoribus cōcessorū / fratribus ipsis vsu ipsorum dimisso. S; esto salua veritate ꝙ talis expropriatio non excludit aliquam solicitudinem: vt dicit opponēs tamen excludit aliquam affectionem seu amorem ꝑfectioni dissonum. q: diuisio dominiorum venit causaliter ex diuisione animorum: que non stat cum summa perfectione charitatis: quia charitas nō querit q̄ sua sunt.j. ad Coꝝ. xiij. lxiij. di. nosse. de quo. s̄. e. ar. ⁊.§.j. v̄. quod etiam patet euidenti ratione. Et ideo talis expropriatio dominij excludit amorē partialem diuisiuum voluntatum. vnde sicut expropriatio ꝑsonalis excludit amorē perfectioni personali dissonuz: ita expropriatio collegialis excludit amorem ꝑfectioni collegiali dissonum. ⁊ ideo sicut diuisio dominioꝝ specialium ⁊ ꝑsonaliū est radix ⁊ materia litigiorū / questionum / ⁊ contētionū ꝑsonaliū. xij.q.j.c.ij. ita diuisio dn̄iorū collegiorū ⁊ communitatū specialium. Et propter hoc sunt hodie ⁊ fuerunt a principio litigia / ⁊ contētiones / ⁊ questiōes / inter collegia ⁊ cōmunitates speciales adinuicem ꝓpter diuisionez dominoꝝ cōmuniū: sicut fuerunt inter personas speciales ꝓpter diuisionē dn̄iorū ꝑsonalium. que omnia repugnabant statui ꝑfectiōis apostolice. quare talis expropriatio rerū in speciali ⁊ in cōmuni quacūq; cōmunitate speciali citra cōmunitatē generalem ecclesie / excludit aliquem amorem perfectioni charitatis apostolice repugnantem. Quicquid sit de solicitudine. q: nec dicendum est ꝙ vsus a dominio separatus excludat omnem solicitudinem. q: etiam aues celi de quibus saluator ponit exemplum Matth.vj. solicitantur ad querendum sibi victum. q: vbi est corpus: ibi cōgregātur ⁊ aquile. Matth.xxiiij. ⁊.xxiiij.q.j.qm̄. S; dico ꝙ vsus rerum separatus a proprietate ⁊ dominio proprio in speciali ⁊ in communi q̄cumq; cōmunitate speciali includit solicitudinem quamdam naturalem ꝓ statu isto mortali perfectioni virtutis consonam: ⁊ interduz necessariam ad exercitium virtutis excitandum / ⁊ otium continuum euitandum: ⁊ sine qua impossibile est istam vitam duci: ⁊ ne homo tentare deum videatur. Matth.xxij. xxij.q.ij. q̄liter. querens a deo pasci sine aliqua solicitudine ⁊ labore. Unde Augu. in questionibus Gen̄. Nemo debet tentare deum suum: dum habet quid rationabili consilio faciat. xxij.q.ij. qualiter. ⁊.xxiij.q.viij. si nulla. vn̄ Gen̄.iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Hec solicitudo approbatur in fratribus etiā minoribus. ex̄ de v.sig. exijt.§. nec quisq̄.li.vj. Augu. s; appropriatio dominiorū ꝑsonalis vel collegialis includit solicitudinem quādam partialem annexā dilectioni fraterne declinantem. ar. di.viij.§.j. vnde et Aug. Quis auarus querit cōpossessorez. xxiij.q.vij. qd̄ aūt. Unde ⁊ est triplex solicitudo. vna est naturalis necessitatis: de qua dixi ꝓxime. q̄ est materia virtutis. vn̄ Aug. de operibus monachoꝝ super p̄.c. Matth.vj. ibi. Ne soliciti sitis ⁊c. Nō hoc dicit vt ista nō procurent quantū necessitatis est vnde honeste poterunt: s; vt nō ista intueant̄ ⁊ propter ista faciant quicquid in euangelij predicatione facere iubentur. eam namq; intētionem paulo superius oculum vocauerat. ar. ad hoc bonū. xij.q.j. habebat. Item ibi glos. i. cura temporali nec retrahamur ab eternis. Itē ibi Hieronymus. Precipitur ergo nobis ne soliciti sim⁹ quid comedamus: quia in sudore vultus preparam⁹ nobis panem. ergo labor exercendus est: solicitudo tollēda. Item in.c.c. Matth. super verbo / Neq; nent. Chrysostomus. Hoc autem dicens non opus prohibuit: sed solicitudinem. sicut ⁊ supra quū de seminatiōe loqueret̄. ⁊ vt magis dei ꝓuidentiam in ipsis cōmēdet que omnē supat humanam industriā: subdit. Dico aūt vobis ⁊c. ¶ Alia est solicitudo connaturalis pietatis gratia proximi. ⁊ hec est effectus virtutis. de qua Luc.x. Martha solicita es ⁊c. ⁊.ij. ad Coꝝ.xj. Solicitudo omnium ecclesiaꝝ. ¶ Tertia est solicitudo preternaturalis necessitatis. q̄ est cupiditatis. et hec est obstaculum virtutis contra quam Phil.iiij. Nihil soliciti sitis ⁊c. Item fm beatuz Remigium / quātum ad abdicationem ꝓprietatis rerū temporaliū / fuerunt apostoli ad dignitatez primi hominis renouati. quia primus homo ⁊ eius posteri si stetissent in originali iustitia: habuissent vsum rerū vsu consumptibilium sine proprietate ⁊ speciali dominio eorūdē. vt.xij.q.j.c.ij. Sed si vsus rerum vsu consumptibilium est separabilis in speciali quātum ad specialitatē personarum singularium a ꝓprietate ⁊ dominio: eadem ratione ⁊ pari est separabilis in speciali de possibili ⁊ natura sua quantum ad specialitatem

Solicitudinez eijcit abdicatio ꝓprietatis.

Solicitudo triplex.

cuiuscumq; collegij seu cõmunitatis specialis. q: natura
rerũ vsu consumptibilium eadem est in speciali τ in cõmu
ni. Item pecunia vsu consumitur. legitur τ no. ex̃ de pig.
c. vltimo. sʒ in ea potest vsus a dominio separari. vñ Luc.
xix. simile Matth. xxv. Quare non dedisti pecuniã meam
ad mensam: τ ego cum vsuris exegissem qd̃ meuʒ est: ex
quo videtur ꝙ seruus habuit vsum pecunie separatum a
ꝓprietate τ dominio. Item in re in qua vsus non potest a
proprietate τ dominio separari, nõ potest constitui aliqd̃
iustum lucrũ saluo capitali nec non saluo. vt in frumento
vino τ oleo τ alijs mercibus. vsu cõsumptibilibus: τ que
cõsistunt in pondere numero τ mensura. vt. lxxxviij. di. in
palea, eijciẽs. τ ex̃ de vsu. in ciuitate. τ no. xiiij. q. iiij. in sum
ma. in prin. τ. c. j. in. j. glos. q: lucrũ iustum nõ constituit in
aliqua re: nisi rõne alicui⁹ vtilitatis. ex̃ de dona. inter vi.
τ vxo. per nostras. §. fi. Sed in pecunia põt cõstitui iustũ
lucrũ: si totum exponat fortune scʒ principale cũ fortuito
vt p̃. c. p nostras. τ xiiij. q. iij. c. j. in glos. j. τ i. c. plerique. i glos.
videtur. τ ex̃ de vsur. c. fi. ergo in pecunia vsus est separa-
bilis a ꝓprietate: al's nunq̃ species lucri posset iuste con-
stitui in ipsa: siue totũ exponat fortune piculo siue nõ. qd̃
est notorie falsum. ¶ Item non obstat ꝙ posset opponi ꝙ
decretalis Exijt de ṽbo. signifi. li. vj. que loquit de expro-
priatione fratrũ minorum omniũ rerũ in cõmuni τ in spe
ciali: nõ loquitur de expropriatione rerũ vsu consumpti
bilium. q: hoc non est verũ salua gratia opponẽtis. quia
quum ibi dicat in. §. nec quisq̃. ꝙ in rebus tẽporalibus sit
considerare precipuum, ꝓprietatem, possessionẽ, vsufru-
ctum, ius vtẽdi, τ simplicẽ facti vsum: τ vltimo tanq̃ ne
christo sm diuinitatē ostensiue et notificatiue. sm huma-
nitatem autē dictum est de christo post resurrectionē effe-
ctiue ⁊ cōmissiue: ⁊ nō ante resurrectionē actu cōpletiue
Unde super illud Apoca. xviij. Uidi alium angelū descē-
dentem de celo habentē potestatem magnā, dicit sic Re-
migius. Hec potestas ad vtrāq; eius naturā potest refer-
ri: ad diuinā scilicet et humanam. fuit enim hec potestas
in ipso per diuinitatē sine tēpore ante omnia secula. quia
sicut cum patre ⁊ spiritusancto cuncta creauerat: ita cum
patre ⁊ spiritusancto omnia possidebat. Hec etiam pote
stas data est ei in tēpore: quando post triduū resurrectio-
nis data est ei potestas in celo ⁊ in terra: vt in nomine ie-
su omne genu flectatur celestium terrestrium ⁊ infernorum
Phil. ij. De hac em̄ ipse surgens a mortuis dicit. Data est
mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. De illa vero quam
ante tempus habet cum patre, Daniel dicit Danielis. vij.
Potestas eius potestas eterna. hec Remigius. Ex quib⁹
patet rn̄sio ad authoritates in oppositū adductas. nam
authoritates noui ⁊ veteris testamenti loquentes de re

gno christi quātū ad humanitatē assumpte mortalitatis
pro statu psentis vite, nō sunt accipiēde de regno christi
tēporali: sed spūali ⁊ celesti. vt ex premissis patet. Quod vero
legitur Jo. xiij. Uos vocatis me magister et dn̄e. ibi q di-
cit dn̄e, referendū est ad christi diuinitatem. vnde sup illo
verbo Jo. xiij. Si ergo ego laui pedes vestros dn̄s ⁊ ma-
gister. glos. dicit. Dn̄s, q: deus. magister, q: veritas. Simi
liter super illud Matth. xxj. Dicite q: dn̄s ijs opus habet
glos. Dn̄s simpliciter oīm rerum: cui seruire debet creatu
ra. hec glos. Et sup illud Luc. xix. Quia dn̄s ea desiderat,
dicit glos. Quū dn̄s dicit: vn⁹ agnoscitur. nam etsi multi
dij ⁊ multi dn̄i: generaliter tn̄ vn⁹ deus ⁊ vn⁹ dn̄s. j. Cor.
viij. Et ita sm glos. talia ⁊ similia sunt intelligēda sm diui
nitatem que omnia cōtinet. Quod vero Petrus dixit Act.
ij. Certissime sciat oīs domus israel: q: ⁊ dn̄m eum ⁊ chri-
stum fecit de⁹ hunc iesum quē vos crucifixistis. quantum
ad christi humanitatem attinet vltimate ⁊ cōplete intelli
gendum est pro tēpore post resurrectionē quo dixit. Data
est mihi oīs potestas. vt. s. proxime dixi. Ante resurrectio-
nem vero fact⁹ dici potuit: q: imobiliter determinatū erat
vt fieret. licet etiā ante resurrectionē rex spūalis regni, vt
dictū est, fuerit. qd ⁊ ipa verba Petri satis sonant aperte
vnde et Rabanus ibi. Manifeste Petrus ex hoc ps. cix.
Dixit dn̄s dn̄o meo. regnū christi non terrenū, sed celeste
ostendit esse. i. non de terrenis: sed de celestib⁹: ⁊ a celo. Il
lud vero Apo. xix. Rex regū ⁊ dn̄s dominātiū, dupliciter
potest intelligi ad propositū pro hac parte. Uno modo q
verbum dei patris qd oīa regit et cōtinet: ab instanti sue
cōceptionis fuit scriptū digito dei viui in vestimento hu-
manitatis christi: ⁊ nō solū in aīa, sed etiam in ipsa carne
mortali ex patribus generata: q̄ per femur designat. vn̄
Gen. xxiiij. dixit Abraam seruo suo. Pone manū tuā sub-
tus femur meū vt adiurē te per dn̄m celi ⁊ terre. quasi di-
cat per illū q̄ nasciturus est ex me sm carnē. Mat. j. ibi. fi-
lij Abraam. ⁊ Gala. iij. Abrae dicte sunt pmissiones. ⁊. j.
Semini tuo q̄ est christus. q: qui de virgine nasci dignat⁹
est non solū hō sed etiam dei verbū, cōparatū est. Alio mō
q vniuersalis potestas christi sm q hō, post resurrectionē
sibi merito passionis collata sit scripta in vestimento ⁊ in
femore: pro quanto mortē qua sibi hanc potestatē acquisi
uit, in carne mortali sustinuit: ⁊ eam patri ostēdit. atq; in
obedientia quā deo patri ab instāti cōceptionis exhibuit
per quā vniuersale potestatē accepit in nostra humanita-
te fragili ex patrib⁹ assumpta: q̄uis non ab instanti cōce-
ptionis eam vt hō actu acceperit: licet etiā ab instanti cō-
ceptionis ea dign⁹ fuerit. sed nobis in exēplū pfectionis
datus, ipsam ad tēpus vite psentis suspēdit. sic em̄ assum
psit paupertatē ppter nos: sicut assumpsit mortalitatem
pro nobis. quē sensum ipse ordo verborū demonstrat: vbi
sic dicit. Et vestit⁹ erat veste aspersa sanguine: et vocabit
nomen eius verbum dei. Et sequitur parum post. Et ipse
calcauit torcular vini furoris ire omnipotentis dei. et ha-
bet in vestimento ⁊ femore suo scriptum. Rex regum ⁊ do
minus dominantiū. ¶ De duob⁹ gladijs de quibus Luc.
xxij. potest dici q per duos gladios significari potest du-
plex potestas Petri: scilicet potestas spiritualiter occidē-
di: et potestas spiritualiter viuificandi. quomodo. ij. Re-
gum. viij. legit q Dauid mensus est duos funiculos: vnū
funiculū ad occidendū: ⁊ aliū funiculū ad viuificandum
⁊ significabat duplicē potestatem pontificis: scilicet pote
statem ligandi ⁊ soluendi. xxiij. q. j. qdcūq;. que est duplex
clauis. xx. di. §. j. que eadem potestas licet differat ratione
non tamē differt iurisdictione. Uel etiam per duos gladi
os intelligit ptās spiritualis pōtificis infligēdi p delicto
duplicem penā quā expedit ⁊ spūalem ⁊ tēporalē. q: eccle
sie pontifex potest ratione delicti infligere reo duplicem
penam, spirituale vel tēporalē. xxiij. q. j. q̄ cōtra. xxxij. q. v.
pceptum. ex de homi. p humani. li. vj. ⁊ de penis. felicis. li.
vj. ⁊ de sentē. ex. dilecto. li. vj. licet etiam per duos gladios
duas potestates temporalē ⁊ spirituale aliqui autument

Quid p duos petri gladios intelligendum

vt de hoc satis dixi in prima parte istius operis parū post
prin. in. §. xiij. in ar. xiij. Sed licet Petr⁹ dixerit, Ecce duo
gladij, tamen Petrus nō legitur habuisse nec portasse ni
si tm̄ vnum illorum duorum gladiorum: sed alium gladiū
non legitur Petrū portasse: nec eo vsum fuisse. ex quo da-
tur intelligi q vnus illorū scilicet potestas spiritualis per
tinebat directe ⁊ imediate ad Petrum ⁊ eius successores
reliquus vero gladius scilicet potestas tāporalis seu im-
perialis pertinebat ad Petrū ⁊ eius successores tm̄ medi
ante ratione corporis ecclesie sibi cōmisse: que in collegio
apostolorū et discipulorum representabatur. ideo Petr⁹
dixit, Ecce duo gladij hic, scilicet in ecclesia militāti. ⁊ nō
dixit habeo vel habemus duos gladios. sed dixit hic, dās
intelligere q hic scilicet in ecclesia militanti est duplex po
testas per duplicē gladiū significata: scilicet potestas spi-
ritualis seu pontificialis, ⁊ potestas tēporalis seu impe-
rialis. xcvj. di. duo. ⁊. c. cum ad verum. et. x. di. quoniā. ideo
vnum illorū gladiorum legitur Petrus portasse ⁊ habu-
isse imediate: ac ipso vsum fuisse: alio vero non legit vsum
fuisse. Quāuis etiam per duos gladios vtriusq; testamē-
ti authoritas congrue possit intelligi sm Ambro. Uel etiā
per duos gladios possit intelligi gladius spiritualis sciē-
tie ⁊ veritatis: ⁊ gladius potentie seu potestatis: qui per-
tinent ad pontificē. quia pastor ecclesie secat ac necat vi-
tia ⁊ peccata gladio veritatis per predicationem ⁊ infor
mationem. Heb. iiij. Uiuus est sermo dei ⁊ efficax ⁊ pene-
trabilior oī gladio ancipiti. ⁊. ij. Macha. xv. Accipe gladi
um sanctū munus a deo: in quo deijcies aduersarios po-
puli mei. i. mala opera et voluptates. ⁊ ar. ad hoc. ij. q. vij.
oues. ibi, oris gladio. ⁊ gladio potestatis per correctionē
⁊ debitam punitionez. facit ex de priuil. ex ore. xxiiij. q. iij.
paternarū. ibi. anathematis gladio. Adde hic qd scripsi
s. in prima parte in. §. xiij. in ar. xiij. ⁊ in. §. restat. ℣. ad illud
quod obijcit scdo de gladio in ar. lix. Ex quibus etiā patet
q illud qd dicit apostolus. j. ad Corin. vj. An nescitis quo-
niam angelos iudicabim⁹: quantomagis negotia secula
ria: qd est intelligendum quantū ad apostolos attinet, de
potestate iudicandi rerū secularium mediata, ⁊ non ime
diata: ⁊ authoritate iudicandi quantū ad dignitatem ho
noris ⁊ meriti: ⁊ nō quātū ad opportunitatē laboris ⁊ of-
ficij. ideo subdit ibi apl's. Secularia igit si habueritis: cō
temptibiles qui sunt in ecclesia, illos cōstituite ad iudicā
dum. xj. q. j. §. ex ijs. nisi in causa pia pauperū ⁊ pupillorum
ac viduarum. lxxxvij. dist. per totum. xxiiij. q. iij. illi q̄. ex de
fo. cō. ex parte. ⁊ in casibus specialibus q̄ no. ex de fo. com.
licet. glos. ij. ⁊ vide qd no. e. t. ex tenore. glos. ij. Item dicitur
in pre. decre. Exijt. q ipse christus abdicationem ppietatz
omniū rerum verbo docuit: ⁊ exemplo firmauit. quod nō
esset verum: si in vestimentis ⁊ alimentis ⁊ alijs in specia
li ppium dn̄ium habuisset. Item christus nō fuit magis
proprietarius in speciali: q̄ fuerit quilibet de prima multi
tudine credētium. patet q: perfectio prime multitudinis
credentium fuit deriuata ⁊ exemplata mediantibus apo
stolis ab ipso christo sicut a capite. vnde Hieronym⁹. Non
potuit dominus habere quod prohibuerat in seruis. sed
in prima multitudine credentiū nullus in speciali habuit
proprietatem et dominiū alicuius rei. xij. q. j. c. ij. ergo nec
christus. Item christus in speciali non fuit magis proprie
tarius: q̄ fuit quilibet apostolorum. quum perfectio aposto-
lica fuerit imago ⁊ vestigiū perfectionis christi. sed null⁹
apostolorū habuit in speciali ppietatem ⁊ dominium. vt
pre. c. ij. xij. q. j. ergo nec christus. Item q loculi nō fuerint
proprij christi nec apostolorum quoad ppietatem, videt
ex hoc quoniā que dabantur christo pro pauperibus: non
erant propria christi nec apostolorum. Sed illa que dabā
tur christo pro pauperibus, ponebantur in loculis: ergo
loculi illi non fuerūt pprij christi nec apostolorum quoad
ppietatem. Maior ppositio est clara et nota per se. mi-
nor vero propositio patet per illud quod scribitur Jo. xij
Quare hoc vnguentum nō venijt trecentis denarijs; et

datum est egenis: Dixit autem hoc Judas nō quia ad eū
pertinebat de egenis: sed quia fur erat: ⁊ loculos habens
ea que mittebantur portabat. hec euangelista. Et non so
lum Judas hoc dixit: sed etiam alij discipuli a Juda exci-
tati hoc idem videntur dixisse. vt patet Matthei. xxvj. et
Mar. xiiij. Sed discipuli hoc nō dixissent: nisi ea que mit
tebantur pro pauperibus, ponerent in loculis. nec etiam
Judas potuisset furari de loculis res pro pauperib⁹ mis-
sas: nisi res pro pauperibus misse in loculis fuissent posi-
te. ergo res que mittebantur pro pauperibus, ponebant
in loculis. que fuit ppositio. vnde glos. ibi. Cui angeli mi
nistrabant: loculos habebat in sumptus pauperum, con-
descendens infirmis. Item oblata ⁊ custodita a christo p
seipso apostolis ⁊ alijs pauperibus, non erant ppria ei⁹
nec apostolorum. sed ea que ponebantur in loculis erant
oblata ⁊ custodita non solum pro christo ⁊ apostolis, sed
etiam pro alijs pauperibus: ergo loculi illi nō fuerunt p-
prij christi nec apostolorū quoad dominiū. Minor ppositio
patet. tum ex eo qd ipse christ⁹ dixit Jo. xij. Pauperes
semper habebitis vobiscum: et quū volueritis poteritis
illis benefacere. In quib⁹ verbis christus supponit aper-
te q oblata ⁊ custodita a christo ⁊ apostolis, erant obla-
ta ⁊ conseruata nō solum pro seipsis sed etiam pro paupe
ribus alijs. Tum etiam ex eo qd scribitur Jo. xiij. sic. Qui
dam enim putabāt q: loculos habebat Judas q dixisset
ei iesus: eme ea que opus sunt nobis ad diem festum: aut
vt egenis aliquid daret. sed discipuli non putassent q ie-
sus ppterea dixisset Jude, eme ea q̄ opus sunt nobis ad
diem festum: aut vt egenis aliquid daret: q: loculos habe
bat Judas: nisi q: conseruata in eis erant non solum pro
christo ⁊ apostolis: sed etiā pro alijs pauperib⁹. ergo illa q̄
ferebant pro cōmuni necessitate christi ⁊ apostolorum et
pauperum nō fuerunt ppria collegij christi ⁊ apostolorū.
Et hoc clare patet. xij. q. j. habebat. ibi. Et suorū necessita-
tibus alijsq; indigentibus tribuebat. vn̄ signanter euāge
lista nunq̄ facit mentionē de loculis, nisi faciendo mētio
nem de egenis: q: ⁊ ad eorū subleuandam inopiam fere-
bantur. vnde sup predictis verbis Jo. xiij. dicit glos. Quia
loculos in quibus oblata seruabant: suorum necessitatibus
⁊ alijs indigentibus profutura seruabat. in quo forma ec
clesie datur seruādi necessaria. Et q iubetur nō cogitare
de crastino est ne pro terrenis seruiat: vel timore inopie iu
stitiam deserat. hec glos. Idē dicitur in pre. c. habebat. Itē
Jo. Chrysostomus sup eisdem verbis euangeliste Joan.
xiij. dicit. Et nimirum nullus discipulorum pecunias defe
rebat: sed per hoc quod hic dicit, occulte insinuat q que-
dam mulieres euz de suis facultatibus nutriebant. Qui
autē nō virgā non peram nō es iubet deferre: loculos de-
ferebat ad inopum ministerium. vt discas quoniam val-
de pauperem ⁊ mundo crucifixum huius oportet partis
multam facere procurationem. multa enim ad nostram
doctrinam dispensans agebat. Item Hieronymus super
illud Matthei. xvij. Uade ad mare: ⁊ primum piscem ⁊c.
dicit sic. Christus propter eximiam charitatem ⁊ crucem
sustinuit: et tributa reddidit: nos infelices q̄ christi cense-
mur nomine: ⁊ nihil tanta dignum facimus maiestate: p
illius honore nec tributa reddim⁹: ⁊ quasi filij regis a ve-
ctigalibus immunes sumus. hoc idem simpliciter intelle
ctum edificat auditorem: dum audit dominum fuisse tan
te paupertatis, vt vnde tributa pro se ⁊ apostolo solueret
non haberet. Quod si quis obijcere voluerit quomodo Ju-
das in loculis portabat pecuniam. Respondebimus: res
pauperum in vsus suos cōuertere nefas putauit: nobisq;
idem tribuit exemplum. hec Hieronymus. vbi etiaz glos.
or. dicit sic. Sed simpliciciter intellectum edificat: dum do
minus tante fuerit paupertatis, vt vnde daret tributa nō
haberet. Judas tn̄ habebat cōmunia in loculis: sz res pau
perū in vsus suos cōuertere nefas duxit: illud ipm dans ex
emplū nobis. hec glos. Itez glos. dicit ibidem. Si ille cen-
sum soluit qui nihil possidebat; tu q̄ lucrū seculi sequeris

Universidad de Deusto Biblioteca

cur seculi negotium nō agnoscis: hec glos. Ex quib⁹ oīb⁹ patet christū nō habuisse dñiū i loculis. Adde hic de istis loculis qd̄ scripsi.j.in.§.hoc aūt preceptū christi fuit ergo vna causa.in ar.lxv. Qr vero obijcit de vestimentis et calciamentis christi, q ideo fuerunt christi quoad dñium proprietatis: q: leguntur in scriptura eius fuisse: dicendū q si ideo vestimenta ꝛ calciamenta fuerunt eius quoad proprietatē q: legunt in scriptura fuisse eius: eadē ratione vestimenta angeli fuissent angeli quoad ꝑprietatē: q: in scriptura sacra legunt fuisse eius. vnde Marci vltimo. Et vestimenta eius sicut nix. Et stella que apparuit magis, fuisset christi quoad ꝑprietatem: q: legit fuisse eius. Mat.ij. Vidimus stellā eius. Et crux fuisset eius quoad ꝑprietatem: q: legitur Joā.xix. Stabant autē iuxta crucē eius. Et vincula quibus alligatus erat Paulus, fuissent eius quia legit Colos. vltimo. Memores estote vinculoꝝ meorum. Et.ij. Timo.j.c. Et catenā meam non erubuit. q̄ oia sunt friuola ꝛ ridicula. Adde hic qd̄ scripsi.s̄.e.§. Item q simplex.ꝟ. qd̄ potest obijci de Jacobo in ar.lvj.ꝟ. q potest iterum obijci.ꝛ.ꝟ. Qr etiā euidenter. Ideo dicendum ad oia talia q sicut crux christi dicitur fuisse christi quantum ad officium passionis ꝛ redemptionis. Et stella dicit fuisse eius inquantū homo, quātum ad ministerium operis significationis. Et vestimēta dicuntur fuisse angeli quoad officium apparitionis ꝛ denūtiationis: Ita vestimenta ꝛ calciamenta dicuntur fuisse christi quoad officiū deputationis ꝛ vsum accōmodationis: nō quoad dominiū appropriationis. Excepto q de calciamētis intelligendū est de sandalijs. vt patet Mar.vj. Similiter loculi dicunt fuisse christi quoad officiū gubernationis vel administrationis ꝛ dispensationis: et nō quoad dñiū appropriationis. Similiter panis quem comedit Judas dicitur fuisse christi sm q homo, quantū ad participium ꝛ quantū ad officium retributionis ꝛ dispēsationis: q: christus tribuebat apud deum suis meritis ꝛ intercessione omnib⁹ benefactorib⁹ nō solū pro se sed etiam spiritualiter pro omnib⁹ discipulis: non q ille panis esset christi hoīs quoad dominiū tēporalis appropriationis: q: christ⁹ vt ait Hieronymus, alieno cibo vtebatur vel vescebat. Sic vestimenta ꝛ calciamenta ꝛ libri in quibus student et supellectilia q̄bus vtunt, dicunt religiosoꝝ: q: eis vtuntur: vel q: ad officium eoꝝ spectat talia distribuere: non q: habeant ꝑprietatem quā habere nō possunt: vt patet in ijs que legūtur ꝛ no.xij.q.j.c.ij.ꝛ.c. nō dicatis.xvj.q.j. alia causa. Panis autem ꝛ vinū de quib⁹ christ⁹ consecrauit in die cene, fuerūt absoluta a lege tēporalis ꝛ humani dominij: ꝛ fuerūt effecta iuris diuini ꝛ spiritualis dñij: vt superius est ꝓbatū ꝛ facit.xij.q.ij. nulli.ꝛ.xiiij.q.ij.q̄ semel est. Item de expropriatione christi. Bern. in ep̄la cōsolatoria loquēs de christo ait. Ipsi nimirū vtpote qui peccare non potuit, ꝛ vniuersoꝝ dñs erat: quum mūdi huius delicijs libere ꝛ iuste vti potuisset: voluntariā tā paupertatē tam diligēter amplexus est: vt nec haberet vbi caput suū reclinaret. Mat.viij.ꝛ Luc.ix. In cui⁹ paupertatis executione tantā patri exhibuit reuerentiā: vt non solū delicias sed etiā seipsum abnegaret petens in oībus non suā sed patris fieri voluntatem. Luc.xxij. de con.di.ij. in christo. Qui ergo hoīem errantē in solitudine ꝛ in inaquoso venerat reducere in viam rectam: vt iret in ciuitatē habitatiōis. ps̄.cvj. salubriorem ꝛ securiorē viam redeundi nobis exēplo sue cōuersationis ostendit: nihil ꝑpriū in mūdo possidens: patri obediens vsq ad mortē. Phil.ij. hucusq Bern. Per istā authoritatē Bern. videt patere solutio primaꝝ allegationū ꝛ opinionis ꝛ secundarū. vt videlicet christ⁹ non solū inquantū deus, sed etiā inquantū homo ꝟbo vnit⁹, habuerit dñium generale in regnis et rebus tēporalibus: sicut quilibet rex habet in regno suo. ꝛ sic intelligunt prime allegationes. Dñium vero particulare in regno aliquo aut in rebus quibus vtebat nō habuit postq̄ pdicauit ꝛ cōsilia de paupertate dedit: ꝛ sic intelligant secūde. Facit pro hac solutione di.viij. quo iure. Et hic iungendū est qd̄ notaui de ista materia.s̄. in prima parte istius operis in ar.xiij in.§. tertiusdecim⁹.ꝛ in.§. ad illa. in ar.xxxvij. Et hoc dico salua veritate per ecclesiā declarata vel declaranda.

¶ Articulus.lviij.

Consequēter opponitur q apostoli ꝑprium habuerūt et dñiū in rebus quibus vtebantur: nec apparet q renuntiauerūt oībus rebus. q: legit Mar.j.ꝛ. Mat.viij.ꝛ Luc.iiij. q iesus egrediēs de synagoga venit in domū Simonis ꝛ Andree.ꝛ Luc.v.ꝛ Mat.ix. legit q Matthe⁹ al's leui, postq̄ relictis oībus secut⁹ est christum vocantē: fecit ei magnū cōuiuium in domo sua. Itē de discipulis legit etiam q ꝑprium habebant. vñ Mat.xxvj. legitur de Joseph ab arimathia q erat diues homo ꝛ discipul⁹ iesu. Itē de Simone leproso discipulo christi legitur Matthei.xxvj q Jesus in Bethania erat in domo eius. Itē Lazarus Martha ꝛ Maria qui erāt discipuli eius: erāt multa bona habētes. vnde legit de eis Jo.xj. q castrū dictū Bethania, erat Marie magdalene ꝛ Marthe. ꝛ q in Bethania fecerunt ei cenaꝫ magnā. Jo.xij. De Tabita discipula ꝛ q multas eleemosynas faciebat legit Act.ix. Et vita apostoloꝝ ꝛ discipuloꝝ eadem videtur fuisse. vt patet.xij.q.j.c.ij.ibi. Qui vitā apostoloꝝ eorūq discipulorum ꝛc. Itē apl'i habuerunt panes ꝛ pisces. Mat.vj. Luc.ix. Et de denarijs ibi dicit Matthe⁹. Euntes emamus denarijs.cc. panes: ꝛ dabimus eis manducare. et in Luca. ibi. Eamus ꝛ emam⁹ in oēm turbam escas. Itē Jo.iiij. ibi. Discipuli eius abierūt in ciuitatē: vt cibos emerēt. Et Luc.xxij. Qui habet sacculū tollat: similiter ꝛ peram: ꝛ q non habet vendat tunicam suam ꝛ emat gladium. et sequit ibi. Ecce duo gladij hic.ꝛ Jo.xviij. Simō Petrus habens gladiū ꝛc. Et sequit. Mitte gladium tuū in vaginam. Item saltē quin in cōmuni ꝑprium habuerint negari nō potest. q: apostoli inter credentes etiam cōputandi sunt sicut precipui: sed credētes primi oia habebāt cōmunia: ergo ꝛ apostoli. Act.iiij.xij.q.j.c.ij. Immo videtur Lucas innuere q ante ecclesiam credentiū apostoli habebant ꝑprium: ex quo illud cōmunicauerunt. Itē quantū ad ecclesiam ex gētibus nō videtur q ipsi sibi cōmunicauerunt ꝑprium: imo videtur q ipsi sibi retinuerunt proprium vt ꝓbatur de Corinthis.j. ad Corin.c.xi. in prin. vbi sic dicitur. de collectis ꝛc.ꝛ.j. Vnusquisq vestrū apud se reponat recondens qd̄ placuerit sibi. Itē ad Phil.iiij. ibi In ratione dati ꝛ accepti nulla mihi cōmunicauit ecclesia nisi vos soli.ꝛ seq̄tur. Repletus sum acceptis ꝛc. Itē Act.xj. ibi. Discipuli prout vnusquisq habebat, ꝓposuerūt singuli in ministerium mittere ꝛc. Et hoc est qd̄ Augu.iij. de doc. christia. dicit expresse sic dicens. Tam capaces extiterunt spūssancti qui primo ex iudeis crediderunt, ex quib⁹ facta est prima ecclesia Hierosolymitana: vt ꝛ oia sua venderent: eorum preciū indigentibus distribuendum ante pedes apostolorum ponerēt: seq totos etiā dicarent deo tamq̄ templū nouū in orationib⁹, in fractione panis spiritualis ꝛ corporalis: qui prius veteri templo seruiebant quod nullas ecclesias gentium fecisse scriptum est: quia non tam prope erant: quia simulacra manifesta deos habebant. Ex quo intelligimus magnam vtilitatem fuisse iudeos sub lege tamq̄ sub pedagogo custoditos vt signa que temporaliter eis carnaliter seruientibus erant posita, vnius dei cultum qui fecit celum ꝛ terraꝫ: opinionem obseruantium religarent. hec Augustinus.

Sed contra hoc dicendum videtur potius, q apostoli post vocationem ad apostolatum non habuerunt propriū nec in speciali nec in communi. Vnde circa hoc ꝛ contra predicta proxime allegata, sciendum est q ordo discipuloꝝ christi fuit triplex. Nā quidā fuerunt dicti discipuli christi generaliter cōmuni noīe discipulatus: sicut omnes in ipsum credentes dicebant generaliter eius discipuli vt no.xcij.di.c.ij. in glos.j. Primo enim quō Joseph ab arimathia fuit discipulus iesu: q: credebat in eū: non q esset ex illis.lxxij. quos christ⁹ misit ad predicandū. q: illi.lxxij. discipuli erāt publice ꝛ aperte discipuli: ꝛ ex alijs discipulis electi: de quibus Luc.x.ꝛ.xxj.di.§.j.ꝛ.c.i nouo.ꝛ.xvj.di. septuaginta. Joseph aūt erat occultus discipulus iesu propter metū iudeorum: sicut habet. Jo.xix.c. Predict⁹ autē Joseph sicut habet Mar.xv. erat nobilis decurio: et per cōsequēs sequebatur curiā ꝛ adsistebat curie ꝛ officio curialium: ꝛ non sequebatur christū corporaliter: nec insistebat officio pdicandi euangeliū: sicut faciebant illi.lxxij. discipuli: quibus christus cōmiserat authoritatē predicādi Luc.x.ꝛ.xxj.di. in nouo. Et tales discipuli generali nomie ꝛ cōmuniter dicti poterant habere in speciali diuitias et temporalia queq: sicut habebāt zacheus, et centurio ille cuius seruū christ⁹ curauit: de quib⁹ Luc.xix.ꝛ Mat.viij. ꝛ Luc.vij.ꝛ de con.di.ij. quotidie.ꝛ.xij.q.ij.cū deuotissimā. Et princeps ille Jayrus: cuius christus filiam suscitauit. Mat.ix. Luc.viij. Mar.v.ꝛ de peni.di.j. quē penitet. ad fi. Et plures alij in christū credentes: ꝛ sibi per fidem ꝛ dilectionem adherētes: sicut modo multi boni christiani habent multa bona tēporalia. Quidā vero fuerunt discipuli christi specialiter nomine speciali: quibus cōmisit potestatem predicandi et curandi infirmos: quib⁹ interdixit ne portarent sacculū, nec perā, nec calciamenta: de quib⁹ dicit in pre.c. Luc.x.ꝛ pre.c. in nouo. Et de tali genere discipuloꝝ christi, nō legit q habuerint aliq̄s diuitias nec ꝑprietatē ꝛ dñium alicui⁹ rei tēporalis, postq̄ talē discipulatū sunt adepti. nō est ergo cōfundēdus ordo discipuloꝝ Vñ instātia de Joseph ab arimathia ꝛ de lazaro, ꝛ simone leproso, de maria, ꝛ martha, ꝛ tabita, et similibus discipulis, nō est ad ꝓpositū: qm̄ isti non fuerunt de secūdo sed de primo ordine discipuloꝝ. Nec etiam instātia de castello marthe et marie: q: non sequit q esset de ꝑprietate marthe ꝛ marie ꝑpterea sicut nec bethsaida erat de proprietate petri: q: dicit Jo.j. q Philippus erat de bethsaida ciuitate petri ꝛ andree. Sed ꝛ esto q fuisset eoꝝ quātum ad ꝑprietatem: nō sequitur ꝑpter hoc, q apostoli et alij discipuli ad predicandū missi potuerint habere castella ꝛ villas quoad dñium: q: nō eadem lege paupertatis ꝛ forma viuendi adstringebatur martha ꝛ maria cū euāgelizatoribus veritatis ꝓfessoribus paupertatis. Tertius ordo seu gradus discipuloꝝ fuit ipse ordo apostolorum: quos ipse christus ex oībus alijs discipulis specialiter elegit: ꝛ specialibus donis ꝛ gratijs pre omnib⁹ alijs discipulis priuilegiauit: qui velut christi comites indiuidui ꝛ cōmensales assidui eadem expropriationis lege cū christo viuebant. quod de alijs discipulis ab eis nō est necesse dicere: vnde ꝛ post christi ascensionem pecunia rerū venditarū ponebatur ad pedes ap̄loꝝ: ꝛ non ad manus eoꝝ: q: ipsi pre ceteris a tēporalibus elōgati vsum pecunie ꝛ non solū dñium aspernabātur. vnde ꝛ glos. Act.iiij. dicit destituendū probat, qd̄ tāgere deuitat: ꝛ calcādum docet aurū quod subdit gressibus apostoloꝝ: in quorum persona petrus ad literaꝫ dixit, Ecce nos dimisimus oia. In persona aūt aliorum discipuloꝝ ad predicandū missorum, vtrū petrus prefata verba dixit an non, ex scriptura non habet. Ex eo aūt qd̄ opponitur.s̄. de domo Petri ꝛ Matthei ꝛ eius cōuiuio: per qd̄ non solum in cōmuni: sed etiam in specialitate videntur apostoli ꝑprietarij fuisse. Nam si Mattheus post verba illa, Relictis omnib⁹ secutus est eū: nō reliquit oia quoad dñium: eadē ratione sequitur q petrus et andreas Jacobus ꝛ Joannes post illa verba, relictis retib⁹ ꝛ naui, Mat.iiij. non reliquerūt tunc retia ꝛ nauim quoad dñium: quuꝫ illa fuerit vltima vocatio Matthei sicut ista fuit vltima vocatio istoꝝ quatuor. Et si isti quatuor apostoli nō dimiserunt tūc quoad dñium retia de quibus in speciali specificatur: multo magis non dimiserunt tunc quoad dñium ad qd̄ ibi non specificatur: ꝛ p cōsequens retinuerunt sibi dñium omnium. quod est contra scripture sacre literam et intentionem et sanctoꝝ doctrinā. Contra doctrine euangelice intentionem: qm̄ nisi apostoli tunc dimisissent ꝑprietates ꝛ dominium rerū expressarum: scriptura frustra dixisset de Mattheo Luc.v. q relictis omnibus secut⁹ est eū. Et de petro Jacobo ioanne ꝛ andrea, q relictis retib⁹ secuti sunt eū. Matth.iiij. vnde glos. sup verba predicta petri ꝛ andree Matth.iiij. dicit sic: Incessu pedū: sed magis obedientia ꝛ affectu apli⁹ ad ꝑpria nō reuersi. ꝛ sup predicta ꝟba Jacobi et ioannis dicit glos. relictis retibus. q: etsi postea resumuntur: non tamē cupiditate ꝛ amore ꝑprietatis. in ijs datur forma volētibus sequi. hec glos. Et ita sm glos. isti quatuor apostoli tunc reliquerūt non solū proprietatem ꝛ dñium retiū: sed et ꝑprietatem omniū: q: amplius sm glos. ad propria nō sunt reuersi. Et super illud Luc.v. Relictis omnibus secuti sunt eum. dicit glos. accepta ab Ambrosio sic. Reliquit propria qui rapiebat aliena. nec solum lucra vectigalium reliquit: sed etiam periculum contemnit quod poterat euenire a principibus seculi: q: vectigalium rationes incompositas reliquit. Et quia in nullo prorsus huius vite respectum vel cogitationem sibi reseruauit: dominicorum talentoꝝ talis fidelis dispensator esse meruit. hec glos. et ita sm glos. Matthe⁹ nihil tūc sibi retinuit: nec proprietatem: nec cogitatū eius. Ad hoc est Ambro. in quadā homilia in qua dicit sic: Mystica vocatio publicani quem sequi iubet nō corporis gressu: sed mentis affectu. Itaq illa auara de mercedibus. dura de laboribus periculisq nautarum emolumenta cōuertēs verbo vocatus ꝑpria dereliquit qui rapiebat aliena. ac illud vile sedile destituens, toto post dominum vestigio mentis incedit. hec Ambro. Item hieronym⁹ ꝛ ponitur in glos. super illud Marci.j. Venite post me: faciā vos fieri piscatores ꝛc. dicit sic: Vocantur quatuor piscatores, Simon, Andreas, Jacob⁹, ꝛ Joannes, relictis oībus sequūtur. Hac quadriga vehimur ad ethera vt Helias. his q̄tuor angulis cōstituitur prima ecclesia. his q̄tuor literis hebraicis tetragrammaton nomen domini cognoscitur a nobis: quibus similiter precipitur vt audiamus dominum vocantem: ꝛ obliuiscamur populum. ps̄.xliiij. vitiorum: ꝛ domum paterne traditionis fugiam⁹: que est stultitia deo. ꝛ rete aranearum: quos pene lapsos velut culices tenebat aer inanis qui pēdet in nihili. nauem pristine conuersationis fugiamus. pellibus enim mortuis tegit. de peniten. distin.j. Adam post.c. fleat. Adam pater noster sm carnem ꝛ nunc deposito veteri homine cum actibus suis nouum hominem. Ephe.iiij. sequentes pellibus Salomonis. Canti.j. tegimur. quibus sponsa gloriatur se factam esse formosam. Simon autem obediens, Andreas virilis, Jacobus supplātans, Joannes gratia, in latinū sonat. quibus quatuor nominibus in imaginem dei conuertimur. obediētia vt audiamus. virilitate vt pugnem⁹ supplantatione vt perseuerem⁹. gratia vt conseruemur. q̄ quatuor virtutes cardinales dicunt. per Prudentiā enim obedim⁹. per Justitiā viriliter agimus. per Tēperantiā serpentē calcam⁹. per Fortitudinē grām dei meremur. hec Hieronym⁹. Itē Greg. sup euangelia homi.v. exponens pdicta verba Mat.iiij. de Petro ꝛ Andrea dicit sic: Audistis fratres charissimi q: ad vni⁹ iussionis vocē Petrus ꝛ Andreas relictis retib⁹ secuti sunt redēptorē. nulla vero hunc miracula adhuc facere viderāt: ꝛ tā ad vnū dñi pceptū hoc qd̄ possidere videbant obliti sunt.ꝛ.j. Sꝫ fortasse q̄s tacitis cogitationib⁹ dicit. sed q̄d qm̄ vterq iste piscator ad vocē dñi dimisit q̄ pene nihil habuit: sed hac in re fratres charissimi affectū poti⁹ debem⁹ pēsare: q̄ censum Multum reliq̄t: qui nihil sibi retinuit. Multū reliquit: q̄ quantūlibet parum totū deseruit. hec Greg. Idē no.s̄. in ar.liiij. in.§. nūc vero. iuxta prin. ibi vide. Et ita sm Amb. Hiero. Greg. glos. or. ex dictis sctōꝝ collectā, apostoli in vltima vocatione omnia dimiserunt, nec ex tunc aliquid

Universidad de Deu[sto]
Biblio[teca]

quoad ꝓprietatē ⁊ dominiū sibi retinuerunt. Et qḋ di-
citur de exꝓpriatione istorū.v.apostolorū: licet specialiter
de renuntione ipsorum in euangelio non legatur. Et hoc
apparet expresse per verbum Petri loquentis in persona
omniū apostolorū: quorū vna ⁊ similis fuit vocatio ⁊ pro
fessio. Ecce nos reliquim⁹ omnia. Mat.xix. Mar.x. Luc.
xviij. Qḋ vero legitur de Mattheo/ ꝙ post ista verba/ re
lictis omnib⁹ ⁊c. fecerit christo magnū cōuiuiū in domo
sua: dicendū ꝙ illud est dictum explicando et exponendo
prius dictū: nō ꝙ posterius sit factum. ſm modū loquēdi
scripture in pluribus locis: q̄ prius narrat cōclusionē fa-
cti: ⁊ postea explicat ordinē ⁊ seriem rei geste. Cur autem
non de oib⁹ apostolis sicut de Mattheo scriptura expres
sit ꝙ relictis omnibus secutus est christū? Fortassis q: so-
lus Mattheus lucris auaritie deditus/ ne vllū in se locū
auaritie dereliquisse videref: cuncta pro dn̄o dereliquisse
describitur. Cur etiā sex apostolorū solummō scilicet Pe-
tri andree Jacobi Joannis Matthei et Philippi voca-
tio in euangelio nominatim ꝑsonaliter exprimif: aliorū
vero sex apostolorū vocatio sub silentio tacite pertransi-
tur? Arcanum mysteriū est. ⁊ literalis ratio nescio si reddi
potest: nisi quia ex parte cognoscim⁹ ex parte ꝓphetam⁹.
j. Corin.xiij. vt quemadmodū in celo materiali/ sic in celo
spirituali militantis ecclesie sex signa nobis oriantf: ⁊ toti
dem nobis occultenf per illū qui claudit stellas sub signa
culo: ⁊ facit interiora haustri: expanditq; nubem sup fa-
ciem vniuerse terre. Job.ix. Qḋ vero obijcif de domo Pe-
tri. ſ. responsum est in.lvj.ar.in.§.porro.in.*. nō obstat eti
am. ꝙ domus illa Petri dicebaf: non ꝙ protunc esset actu
ipsius quoad dn̄ium: sed q: prius fuerat eius ⁊ Andree q̄-
ad dominiū vel quoad habitationē. quō Gen̄.xxiiij. legif
ꝙ Ysaac introduxit Rebeccā in tabernaculum Sare ma-
tris sue. ⁊ tamē Sara iam erat mortua. vnde ibi vocabaf
tabernaculū Sare nūcupatiue: q: fuerat eius quoad mā
sionem. Quomodo etiam legitur.xxj.c. primi libri regū ꝙ
Achimelech dixit ad Dauid post mortē Goliath sic. Ecce
hic gladius Goliath philistei quē percussisti in valle tere
binthi. Sic de virga Aaron: q̄ dicebatur eius post mortē:
q: fuerat eius. Hebre.ix. Sic etiā sion post mortē Dauid:
q: fuerat eius: nō ꝙ mortuus haberet dn̄ium. j. Macha.
j.c. vbi legitur ꝙ edificauerūt ciuitatem Dauid muro ma
gno ⁊ firmo. Quō etiā Simon ille in cuius hospitio ꝓpe
passionē christus hospitabaf / dicebatur simon leprosus.
Matth.xxvj. Mar.xiiij. nō ꝙ tūc esset actu leprosus: sed
q: aliqñ fuerat: ⁊ curatus erat. Et ꝙ tunc domus illa non
esset actu Petri: ex hoc etiā patet q: vt legitur Luc.ix. qui
dam ait christo Sequar te: sed primū permitte mihi renū
tiare ijs q̄ domi sunt. ait ad illū Jesus. Nemo mittens ma
num suā ad aratrū ⁊ respiciēs retro/ aptus est regno dei.
Ex quo sequif aperte qm̄ si ille nō erat aptus regno dei/
q: solū volebat renūtiare suis que erāt domi: quanto ma
gis nō fuisset aptus regno dei Petrus: si voluisset sibi re
tinere domū quoad dn̄ium: tanto vtiq; minus/ quātoma
lus est retinere sibi domū q̄ renuntiare ijs que sunt domi
Quū ergo Petrus ⁊ Andreas vocati a dn̄o non curaue-
rint renuntiare ijs q̄ domi sunt: multo magis nō curaue-
runt retinere sibi ꝓprietatē ⁊ dn̄iū dom⁹ quūmagis sit si
gnum terreni amoris retinere sibi domum: q̄ renuntiare
ijs q̄ sunt domi. Ideo vtrūq; propheta Dauid.ps̄.xliiij. vi
ro spūali cōsulit. Obliuiscere populū tuū: ⁊ domū patris
tui. Utrūq; etiam monuit cōtemnere saluator. Mat.xix.
Qis qui reliquerit domū/ vel fratres/ vel sorores/ aut pa
trem/ aut vxorē/ aut agros. Et preterea si Petrus et An-
dreas dimiserunt retia pro christo: quod vili⁹ et imperfe-
ctius fuit: per cōsequens non recte dimiserunt: licet recte
obtulerint pro christo vilius dimittendo ⁊ pro seipsis me
lius retinendo. de cōdi. di.ij. si credis. qḋ de tantis aposto
lis credere indignū est. ¶ Qḋ vero posset obijci: ꝙ qñ chri
stus misit ad predicandū apostolos: inhibuit eis ne por-
tarent aurū ⁊ argentū peram ⁊ calciamenta ⁊ duas tuni
cas: ergo ante q̄ mitterentur ad predicandū: nō relique-
runt ista: nec ante ipsis fuerant interdicta: alr̄s frustra tūc
fuissent interdicta: si eis antea talia nō licebant. Dicendū
ꝙ istud non valet. qm̄ sepe aliquid de nouo precipif: non
q: illud prius preceptū non erat: sed propter specialem ra
tionem precepti superuenientē ⁊ de nouo occurrentē: vel
ad maiorem obedientie cumulū. q: opus factum ex obe-
dientia est perfectius opere sponte facto. xj.q.iij. quid er-
go. vel ad maiorē expressionem seu explicationem ⁊ cōfir
mationē prioris precepti. Sicut deus precepit filijs israel
in lege moysaica. Exo.xx. Non occides. Non mechaberis
Non furtum facies. Non falsum testimoniū dices ⁊c. Nō
quin ista ante fuerint eis iure nature prohibita: quū sint
per se nota omnibus in lumine naturalis rationis. di.j. in
principio. sed propter imediatiorē subiectionē dei/ ⁊ maio
rem infixionem cordi. Similiter christus in cena precepit
apostolis. Jo.xiij.c. dicens. Mandatū nouū do vobis: vt
diligatis inuicem sicut dilexi vos. ⁊ tamen prius apostoli
obligabantur ad illud preceptū. q: prius fuerat manda-
tum eis datum de dilectione dei ⁊ proximi/ ⁊ de dilectiōe
amici ⁊ inimici: sicut patet Mat.v. ⁊.xxij. Mar.xij. Luc.x.
Leuitici.xix.c. Similiter christus precepit apostolis quā-
do misit eos ad predicandū: ne venderent gratiam cura-
tionū/ ⁊ doctrinam euangelij. Mat.x. quod tamen exem
plo christi ⁊ documēto prophetarū eis fuerat interdictū
iiij. Reg.v. de Giezi facto leproso q: Naaman gratiā ven-
diderat sanitatis. j.q.j. cito. ⁊.c. qui studet. ⁊.c. quicq̄d. Si-
militer christus precepit discipulis quādo misit eos ad ꝑ-
dicādum: Manducate que apponunf vobis. Luc.x. ⁊ tñ
prius hoc faciebant discipuli: sicut patet Luc.v. Sed pro-
pter specialē rationem precepti superueniētem: ne scilicet
hoies ꝓpter eorum singularitatē retraherentur ab offi-
cio hospitalitatis ⁊ doctrina euāgelij: voluit eis de nouo
iniungere. Ita similiter ante q̄ christus mitteret aposto-
los ad predicandū: erat eis exemplo christi quē sequebā
tur/ interdictum ne portarent pecuniā: ne haberent duas
tunicas ⁊c. sed propter specialem rationē precepti occur-
rentem ⁊ superueniētem/ ne scilicet propter eorū questū
homines a veritate euangelij retraherentur: ⁊ ne tempo
ralibus spiritualia crederemur esse venalia: ad maiorem
expressionē precepti ⁊ informationē ⁊ exemplū posteris
dandum/ q: non solū propter illos sed etiā ꝓpter nos illa
gesta ⁊ scripta sunt: voluit christus tunc actu ⁊ immedia-
te eis precipere ne talia facerent. Et ꝙ ante predicationē
fuerint apl̄is talia interdicta/ patet: q: nō min⁹ apl̄i in vl
tima sua vocatione omnia reliqrūt: q̄ ille iuuenis cui chri
stus dixit. Matthei.xix. Mar.x. ⁊ Luc.xviij. Uende ois
que habes: ⁊ da pauperib⁹ ⁊ veni: sequere me. reliquisset
si christi consiliū seruasset. sed ille si cōsilium christi seruas
set: non debebat sibi pecuniā aliquam retinere: sed omnē
pecuniam quā habebat vel habere poterat/ debebat pau
perib⁹ dare: ergo nec apostoli in vltima sua vocatione pe-
cuniam aliquā sibi retinuerunt: quū vltima vocatio apo
stolorum non fuerit imperfectior vocatione illius iuue-
nis. Quib⁹ aūt non licet ꝓpriam pecuniā retinere: eisdē
non licet ꝓpriam pecuniam portare: nec cōmuniter defer
re. ergo apostoli ante q̄ mitterentur ad predicandū: non
portabant pecuniam ꝓpriam: nec portabant pecuniā cō-
munitatis: q: quod non licebat ad cōmunitatem ipsorum
deferre: non licebat in eorum cōmunitate deferre: sed vo-
cato ad cōmunitatem ipsorū non licebat aliquā pecuniā
afferre. Similiter Mattheus relictis omnibus secutus
est christum. Mat.ix. ⁊ Luce.v. ⁊ per consequens nullam
pecuniam attulit eorum cōmunitati: quū vocatio omniū
apostolorum par fuerit ⁊ equalis quantū ad rerum tem-
poralium cōtemptum: ergo nec in eorum cōmunitate cō-
muniter licebat pecunias deferre. Nec legitur de aliq̄ apo
stolo ante q̄ mitterentur ad predicandum ꝙ pecuniā ali-
quam attulerit eorū cōmunitati. nec etiam ꝙ pecuniam
aliquam portauerit secum: ⁊ ideo nō est eis imponendū.
¶ Aliud

¶ Aliud quod opponif est/ ꝙ christus quādo misit apo-
stolos ad predicandum/ non interdixit eis simpliciter pro
omni tēpore ne portarent pecuniam: ⁊ ne haberent duas
tunicas: et ne portarent calciamenta: sed solum in via ꝓ
tempore predicationis: q: post reditum a predicatione/
poterant licite talia habere. et aliquādo vt opponitur ta
lia habuerunt. Qḋ non potest stare cum veritate euange
lica: qm̄ vt scribitur Joā.xij. ⁊.xiij.c. christus cōmiserat Ju
de dispensationem loculorū in quibus mittebanf ea que
portabanf. Sed si apostolis fuisset licitū cōmuniter por-
tare post reditum a predicatione pecuniam: tunc pecu-
nia eis necessaria non fuisset posita: nec missa in loculis
post reditum a predicatione: sed solum pro tēpore predi-
cationis: q: non est verisimile ꝙ tantam habuerint pecu-
niā/ ꝙ nō potuerint eā secū portare. hoc aūt est falsum: q:
ꝓ tēpore illo quo iudas dixit Joā.xij. poterat hoc vnguē-
tum venumdari plus q̄ trecentis denarijs et dari pau-
peribus. iam tunc redierant a predicatione. et non ibant
tunc ad predicandū: q: hoc dixit in bethania/ qñ martha
ministrabat et effudit vnguentum super pedes christi: et
protunc dixit euangelista/ ꝙ hoc dixit Judas eo ꝙ locu-
los habebat: in quibus mittebantur ea que portabantur
ergo ea q̄ mittebanf christo ⁊ apostolis post reditū a pre-
dicatione: mittebanf in eis ⁊ in seruabanf. Similiter qñ
christus dixit Joā.xiij. Jude: qḋ facis fac citius: tunc apo
stoli nō ibant ad predicandum: sed redierāt a predicatio-
ne: q: hoc dixit christus in hierusalē tēpore cene: sed tunc
putauerunt apostoli aliqui: vt refert euangelista: ꝙ chri-
stus dixisset Jude/ eme ea que sunt opus nobis ad diem
festum: aut vt egenis aliquid daret: eo ꝙ Judas loculos
habebat. ergo post reditum a predicatione pecunia in lo
culis mittebaf et cōseruabaf. alioquin discipuli nō putas-
sent ꝙ christus post reditum a predicatiōe dixisset Jude/
eo ꝙ loculos habebat: Eme nobis necessaria ꝓ die festo:
aut egenis aliq̄d daret. ergo post reditū a predicatione/
pecunia que portabatur in loculis mittebaf ⁊ cōseruaba
tur: ⁊ ꝑ consequens post reditū a predicatiōe apostoli cō-
muniter nō portabant pecuniam: nec portare poterāt: ni-
si fortassis in casu necessitatis extreme ab omni lege acce-
pte. de cō. dist.v. discipulos. Et hoc est qḋ dicit Joā. Chry-
sostomus sup illud Joā.xiij. Quidā autē putabāt q: locu-
los habebat Judas ⁊c. vbi sic dicit: Et nimirū nullus di-
scipulorū pecunias afferebat: sed ꝑ hoc ꝙ hic dicit occul-
te insinuat/ ꝙ quedam mulieres eū de suis facultatib⁹ nu
triebāt. hec Chrysostomus. Et ita ſm Chrysostomū/ nul-
lus discipulorū tūc pecunias afferebat: et tamen tūc apo-
stoli ad predicandum nō ibant. Et propterea si talia fue-
runt eis interdicta solum ꝓ tēpore ꝑdicationis: ⁊ nō post
reditum a predicatione: tunc fuisset visa quedam simu-
latio ⁊ spūs hypocrisis maiorē paupertatē pretendendo
exterius exeundo corā hominibus/ q̄ interius seruarent
apud seipsos. qḋ de christo ⁊ apostolis sentire nefas est.
ar. bonū.xij.q.j. nolo. ⁊ ꝓfanum mēdaciū est exterius mo
re pauperū mendicare: ⁊ interius more diuitū abundare
et vita sanctorū paupertatē vniformiter seruat. xij.q.j. cle
ricus. Itē apostoli minus indigebant calciamentis ⁊ dua
bus tunicis in domo qñ stabāt sub tecto: q̄ indigebāt ex-
tra domū/ qñ ibant ad predicandū. si ergo tunc fuit eis in-
hibitū multo potius in domo. Itē predicatores veritatis
debent ostēdere vitā exēplarem: nō solū quū vadunt ad
predicandū: sed etiā ante ⁊ post reuersionē. alioquin defi-
ciens ante vel post magis predicationē infirmaret q̄ cō-
firmaret. ar. op. xliij. dist. sit rector. xxxvj. di. §. ecce. iij.q.vij.
§. Idē testaf. Sed christ⁹ interdixit talia apostolis: vt ex
eorū vita mirabili et venerabili eorū doctrina testimoniū
acciperet: ⁊ veritati rerū facta nō verba sola fidē darēt. vñ
dn̄s in Joā.x.c. Si mihi nō creditis operibus credite. vbi
Aug⁹. Ut christo nō verba: sꝫ facta testimoniū darent. et
Greg. Plus mouēt facta q̄ ṽba. ergo talia interdixit nō
solum ꝓ tēpore predicationis: sꝫ etiam ꝓ quolibet tēpo-
re. Et hoc est qḋ dicit Chrysostomus super Mat. homil.
xxij. sic: Neq; em̄ a signis volebat apparere clarus solū: sꝫ
etiam ante signa a ꝓpria virtute. nihil enim sic monstrat
philosophiā sicut nō supfluis vti. ⁊ ſm quod possibile est:
in nullo indigere. hoc ⁊ pseudo apostoli nouerant: ꝓpter
qḋ paulus dicebat. ij. ad Cor.x. vt in eo in quo gloriantur
inueniantf sicut et nos. Si autē in aliena patria existētes/
et ad ignotos abeuntes nihilominus amplius oportet
petere quotidiano cibo: quantomagis domi manentes.
hec Chrysostomus. Et ita ſm Chrysostomū/ si talia non li
cebāt apostolis tēpore ꝑdicationis: multominus licebāt
eis post reditū a predicatione qñ erant domi. Item talia
fuerunt apostolis interdicta/ nō solum ꝓpter doctrinam
euangelij: ne scꝫ ipsam venalē facerent: sed etiam propter
grām curationū/ et potentiā signorū: ne ipsa vendere vi-
derenf. vnde christus de vtrisq; / scꝫ de verbis doctrine/ et
signis potentie precepit apostolis Matth.x. Gratis ac-
cepistis gratis date. j.q.j. quicq̄d. ex̄ de magistris. c.ij. sed
apostoli habebant gratiā curationū/ et efficaciam signo-
rū seu miraculorū/ non solum quādo exibāt ad predican-
dum: sed etiā post q̄ reuertebanf a predicatione ⁊ ante q̄
exirēt ad predicandū: q: potestas miraculorum fuit data
apostolis ꝑmansiue ⁊ stabiliter: et non transitiue ⁊ insta
biliter per interualla tēporū. ꝓpter qḋ Act.v. legif de apo
stolis/ Per manus autē apostolorū fiebant signa ⁊ ꝓdi-
gia multa in plebe. Et sequif ibi: Magis autē augebaf
in dn̄o credentiū multitudo virorū ac mulierum: ita vt in
plateis eijcerēt infirmos: et ponerēt in lectulis ac graba-
tis: vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret
quēq̄ illorū: et liberarenf oēs ab infirmitatib⁹ suis. Cur-
rebat aūt et multitudo vicinarū ciuitatum in hierusalem
afferentes egros et vexatos a spiritibus immundis: qui
curabanf omnes. Ergo talia fuerunt interdicta aposto-
lis/ nō solum pro tēpore predicationis: sed etiam ꝓ quoli
bet tēpore: siue post predicationē/ siue ante: sicut gratia
signorū fuit eis collata ꝓ quolibet tēpore opportuno: si-
ue tēpore predicationis: siue tēpore alio. Itē illud quod
nō licet nisi in casu necessitatis dispensatiue et speciali di-
spensatione: simpliciter ⁊ absolute nō licet: q: cessante ca-
su et dispensatione speciali: nō licet. j.q.vij. qḋ ꝓ remedio.
sed predicta non licuerunt apostolis post reditum a pre-
dicatione si eis licuerunt nisi in casu necessitatis dispensa
tiue et speciali dispensatione. ergo talia simpliciter et ab-
solute nō licuerūt eis post reditū a predicatione. Minor
ꝓpositio patet ꝑ illud qḋ ipse saluator legitur dixisse apo
stolis post reditum a predicatiōe Luce.xxij. Quādo misi
vos sine sacculo et pera ⁊ calciamētis: nunq̄d aliquid de-
fuit vobis? At illi dixerūt: Nihil. Jesus vero ait illis: Nūc
autē qui habet sacculū tollat. similiter ⁊ peram. ⁊ q̇ nō ha
bet: vendat tunicam suam ⁊ emat gladium. In quib⁹ ver
bis saluator intelligēdo ipm ad literā manifeste dispensa
uit cū apostolis tēpore mortis sue ꝓpter instantē necessi-
tatē persecutionis/ ꝙ possent talia habere que ab ipo eis
alr̄s fuerāt interdicta. qḋ ptꝫ ex eo qḋ dixit: Sed nunc q̇ ha
bet sacculum tollat. silr̄ ⁊ peram. ergo antea apostolis cō
muniter post reditum a predicatione talia nō licebant: sꝫ
fuerant eis regulariter interdicta. vnde sup predictis ver
bis Luce.xxij. Beda/ et glos. ordi. sic dicunt. Non enim ea
dem viuendi regula ꝑsecutionis/ que pacis tēpore disci-
pulos informat. Missis quidem discipulis ad predican-
dum/ ne q̇d tollerēt in via precepit/ ordinans scꝫ vt q̇ euā
gelium annūtiant de euāgelio viuant. Instante ṽo mor
tis articulo/ et tota illa gēte pastorē simul ⁊ gregē ꝑseque
te/ cōgruā tēpori regulam decreuit: ꝑmittens vt tollat vi
ctui necessaria/ donec sopita ꝑsecutorū insania tēpus euā
gelizandi redeat. In hoc quoq; nobis daf exemplū/ iusta
nonnunq̄ causa instante quedā de nostri rigoris ꝓposito
posse sine culpa intermitti. Ad hoc idem facit quod dicit
Chrysostomus super eisdem verbis sic. Et quidem quan
do nec calciamenta: nec zonam habebant: nec baculum:

Universidad de Deusto Biblioteca

necesmullius sunt passi penuriam.vt autem marsupium eis concessit et peram:esurire videntur et sitire et nuditatem pati.acsi eis diceret.hactenus cuncta vobis vberrime affluebant:nunc autē volo vos et inopiam experiri. Ideoq3 non addico necessitati pristine legis: sed mando loculum habere et peram.poterat enim dominus vsq3 in finem in tantam cōstituere copiam:sed noluit ob multas causas.primo quidē vt nihil sibi tribuerent:sed recognoscerent totum sibi emanasse.scđo vt moderari sibi sciant. tertio ne maiora de se opinentur.Horū trium causa pmittens eos incurrere multa inopinatorū/relaxauit prioris legis rigorē:ne grauis et intolerabilis fieret eis vita.hec Chrysostom⁹.Et ita fm Bedā Chrysostomū et glos.christus dispensatiue relaxauit ad tempus prioris precepti rigorem.Et si nunq̄ aliquis dixisset hoc:patet euidenter ex eo qđ dixit.Et qui nō habet:vēdat tunicā suā: ⁊ emat gladiū.Certū est aūt q̄ apostolis nō licuit ante vel post portare arma ad offendendū nec ad defendendū:q2 vt dicit̄.ij.ad Cor.x.Arma nostre militie non carnalia:sed potentia dn̄i ad destructionē inimicorum. ⁊ Math.v. christus dixit discipulis:Ego aūt dico vobis nō resistere malo.⁊.j.ad Cor.xij.⁊ Rom.xij.Nō vos defendēres charissimi:sed date locum ire. et de his satis.xxiij.q.j.§.j.⁊.q.iij.§.j.⁊.q.viij.§.j.Ergo christus tēpore passionis ppter iminentē timorē dispēsatiue ɔcessit apostolis q̄ possent portare gladios.vnde nunq̄ nec ante nec post legunt̄ gladios portasse:nec habuisse.Et eadē ratione dispensatiue concessit eis tunc sacculū et perā pro seipsis. Ex quibus patet etiā q̄ illi duo gladij nō fuerunt apostolorū quoad ppietatē et dominiū:qm̄ vt dictū est:apostoli ante christi passionē nō portabāt gladios:nec arma alia:nec tūc illos gladios emerāt seu alio modo acquisierāt:q2 statim quū christus dixit:Qui non habet:vendat tunicam suam et emat gladiū:Petrus imediate rn̄dit dn̄o:Ecce gladij duo hic. Et infra inter verba christi et respōsionem Petri nō potuissent apl̄i illos gladios emere:nec alio mō acquirere:ergo predicti gladij nō fuerūt apostolorū quoad dn̄ium:sed solū dispēsatiue quoad vsum.fuerūt aūt vel illius hospitis vbi cenauerāt:vel alicuius alterius psone q̄ eos adduxerat.vn̄ nec Petrus dixit:Nos habem⁹ duos gladios:sed dixit:Ecce duo gladij hic.que nō fuerant verba ppria:sed plus alieni dn̄ij.Nec obstat q̄ christus dixit Petro: Conuerte gladiū tuum in locum suum: vt Math.xxvj. quia sicut christus dixit Petro: Conuerte gladium tuum:ita dixit sibi: in locum suum: et tamen locus gladij non fuit gladij quoad dominium:sed quoad repositionem et receptaculū. Ita gladius fuit dictus Petri nō quoad dn̄ium:sed quoad dispēsationē et ministerium. Item nō est verisimile/q̄ christus dei filius iret discalciatus ⁊ nudis pedibus:⁊ apl̄i hoies plebei incederēt calciati. hoc em̄ fuisset valde reprehensibile et confusibile in apostolis/maxime postq̄ fuerūt missi ad predicandum. Si em̄ dn̄s et magister incederet discalciatus: ⁊ discipulus ⁊ seruus incederet calciatus/ fuisset monstrosum et irrationabile:sed christus omni tēpore postq̄ incepit predicare: incessit discalciatus siue eundo ad predicandū:siue redeūdo a predicatione:ergo ⁊ apostoli similiter:⁊ p consequens preceptū de nō portando calciamenta/nō fuit ad tēpus: sed p semp.Et eadem ratione preceptū de nō portando pecuniam/nō fuit ad tēpus:sed p semp et cōtinuo:nisi forte in casu necessitatis. Maior ppositio est clara. Minor ppositio pz:qm̄ christus qn̄ iuit ad domū pharisei vt manducaret cū illo:sicut legitur Luce.vij.tūc nō iuit ad predicādum:sed ad cōuiuandū:sed tunc mulier que erat in ciuitate peccatrix/lachrymis rigauit pedes christi:et capillis capitis sui tersit:⁊ osculata fuit pedes eius: ⁊ vnguento vnxit pedes eius: vt Lucas refert:sed tunc cōmode et cōuenienter predicta mulier nō potuisset lachrymis pedes ei⁹ rigare:nec capillis tergere:nec osculo pedes eius osculari;nec vnguento pedes eius vngere/si christus calciatus fuisset.nec legitur q̄ se tunc discalciauerit:aut mulier(qđ fuisset indecens)aut alius eū:ergo tunc erat discalciat⁹. Similiter in bethania ante sex dies pasce/quādo discumbebat cū lazaro ⁊ martha ministrabat:sicut legit̄ Ioan.xij.tūc christus nō iuerat ad predicandum: sed ad cenandū:sed tunc maria effudit vnguentū sup pedes iesu: ⁊ capillis suis tersit.que similiter ɔuenienter facere nō potuisset:nisi christus p tunc discalciatus fuisset:ergo tunc christus discalciatus erat. Similiter in cena/ qn̄ lauit pedes discipulorū:tūc nō ibat ad predicandū:sed tūc legit̄ Ioā.xiij.deposuisse vestimēta sua:⁊ iterū reassumpsisse ea: nō autē calciamēta:⁊ tn̄ nō est dubium/ q̄ erat discalciatus/ sicut erant apostoli quorū pedes lauit:vt se eis cōformiter coaptaret.ex̄ de vi.et ho.cleri.deus.nec etiā tunc apostoli legunt̄ deposuisse nec reassumpsisse calciamēta. In passione etiam legit̄ Ioā.xviij.q̄ milites diuiserunt vestimenta christi:⁊ super tunicam inconsutilē miserunt sortē. de calciamentis autē christi nihil legit̄ fuisse factum.vnde Hieronymus ad Eustochiū:Discipuli sine calciamentorū onere et vinculis pelliū ad predicationē noui euangelij destinantur.Et milites vestimentis iesu sorte diuisis/caligas nō deuiserunt:q2 caligas nō habebat quas tollerēt. nec em̄ poterat habere dominus qđ phibuerat in seruo.

Caligas et calciamēta ne q̄ christus nec apl̄i habuerunt.

Ex quib⁹ oibus euidenter colligitur/ q̄ christus dei filius exceptis sandalijs:de quibus Mar.vj.et q̄ Rome in sancta sanctorū/cū capitibus apostolorū petri et pauli/⁊ alijs ibi reliquijs cōseruant̄.⁊ que papa Nicolaus.iij.romano populo cū predictis capitibus ostendit. Calciamēta alia non habuit:nec portauit:et per consequens nec apostoli eum sequētes:quia valde dissonum fuisset/q̄ christus discalciatus/et apostoli calciati incessissent. vnde in pre.c. Luce.xxij.Quādo misi vos sine sacculo et sine pera ⁊ calciamentis.Hieronym⁹ li.ij.cōtra Iouinianū ait: Nunqđ omnibus preceptum est ne duas tunicas habeant: nec cibos in pera:es in zona:calciamēta in pedib⁹: vt vendant vniuersa que habent et dent pauperibus et sequantur iesum.sed his qui volunt esse perfecti. Alioquin aliqđ militib⁹ a Ioāne baptista preciperet̄ Luc.iij.xxiij.q.j.paratus in fi.et.c.militare.in fi.publicanis.hucusq3 Hieronymus. Itē idē ad Heruciam: Apl̄i toto orbe peregrini/neces in zonis:nec virgā in manu:nec caligas habuere in pedibus Itē Ambrosius de fuga seculi. Iesus discipulos sine calciamentis misit: ne secū terrena portarent. Item Hieronymus ad Eustochium: Moyses.Exođ.iij.et iesus naue. Iosue.v.in fi.nudis in terra pedibus iubent̄ incedere:et discipuli christi sine calciamentorū onere/in vinculis pellium/nudi ad predicationē euangelij destinant̄. Mat.x. Itē Chrysostom⁹. Vna tunica induti/⁊ discalciati circuierunt ⁊ oēs superauerunt apostoli. vltima Homil̄. super Mat.Eusebius etiā in laudem Origen̄.vij.libro ecclesiastice historie ait:Ante oia vero precepta euangelica/⁊ voces saluatoris summo amore et studio implēdas esse censebat:quib⁹ precipit̄ Mat.x.Luc.ix. duas tunicas nō habendas:nec calciamentis vtendū:nec de crastino cogitādum.Math.vj. Item Grego. Nazāzenus/ Desiderabā inquit et intentis ac pendentibus oculis reqrebam videre cupiens sanctum illū psallentem chorū laudē et gloriā offerentem dn̄o: q̄ in lege dn̄i meditant̄ die ac nocte.ps.j.Qui ad exempla et cōmonitionem melioris vite oibus viuunt/legis dei atq3 euangelij taciti predicatores:in quibus quoq3 ipse habitus prefert virtutis insignia: hirsutū caput/incultis ⁊ horrentibus comis/pedes nudi et apostolicis similes/indumenti vilitas/arrogantiā seculi supbiamq3 cōdēnans/zona ipso suo neglectu preciosior: parū qđ cohibens vestimenti. Nec etiam pmi parentes nostri post peccatum calciati:sed discalciati incessisse creduntur: quod patet ex eo qđ legitur Gen̄.iij.sic:Fecit quoq3 deus ade et vxori sue tunicas pelliceas:et induit eos. de peni. dist.j.Adam.non autem legitur q̄ fecerit eis calciamēta. vnde et dominus dixit de muliere ad serpentem ibi/Tu

insidiaberis calcaneo illius:et ipsa conteret caput tuum. Si aūt mulier calciata incessisset: serpens eius calcaneo ad literā insidiari non potuisset:vel insidiādo nocere nō potuisset.Deus etiā mādauit Moysi:vt ptz Exođ.xxviij. q̄ faceret vestes sacerdotales Aaron ⁊ filijs eius.de calciamentis nihil dixit. Similiter filij israel obtulerūt deo vestes sacerdotales Aaron: sed nō calciamenta. Exođ.xxxviij.Silr̄ deus mādauit Moysi/q̄ spoliaret Aaron fratrem suū in morte:et indueret Eleazarū filiū eius pro eo:de calciamentis nō dicit. Num.xx.c. Precipui etiā prophete/vt Helias ⁊ Ioā.baptista precursores dn̄i/ legunt̄ habuisse vestimenta et zonam pelliceā:non autem calciamenta.iij.Regū.j.et Math.iiij.⁊ Mar.j.et Luce.iij. et Esaias discalciatus incessit tribus annis. Esa.xx. Angeli quoq3 in nouo et veteri testamento in forma et specie humana apparētes vestiti ⁊ nō calciati apparuisse legūtur. Math.⁊ Mar.vltimo ⁊ Luce ⁊ Ioan.penulti.⁊ Act.j. Daniel.x.⁊.xij.c.Tobie.v.⁊ vsq3 ad.xij. Angeli quoq3 qui apparuerunt Abrae ⁊ Loth nudi pedes apparuisse creduntur:ppter qđ eorū pedes lauare rogauerunt. Genes.xviij.⁊.xix.c. In transfiguratione quoq3 dn̄s vestitus/nō calciatus apparuisse describit̄ Math.xvij. ⁊ Mar.ix.et Luce.ix.¶ Nec obuiat q̄ Ioan.baptista dicit/Nō sum dignus soluere corrigiā calciamenti eius. Mat.iij. Mar.j.Luce.iij.et Ioan.j.quoniā calciamēta quātum ad literā accipiuntur p sandalijs; vt patet Mar.vj.licet Ioānes magis mystice fm Grego.in homil̄.sc3 q̄ non erat dign⁹ Ioā.soluere.i. explicare mysterium incarnationis christi: q̄ literaliter de christi calciamentis loqueret̄.hoc idem dicit̄ in petro Act.xij.Calcia te caligas tuas:q2 calige fm q̄ ibi dicit Beda: accipiuntur p sandalijs vel soleis: q2 calige dicunt̄ a calo pedis/eo q̄ ligant̄ ad calū.vn̄ fm eūdē Bedam p caligis vel caligulis grecus habet sandalia.H em̄ genus calciamentorū legit̄ in euangelio Mar. vj.c. apostolis fuisse cocessum.Cui cōsonat Papias dicēs/Calige vel caligule:idest sandalia dicta sunt a calo pedū vel quasi a colligando:q2 ad pedes ligant̄.Sic etiam intelligit caligas petri de caligulis vel soleis.i.sandalijs Ioan.cassia.in pmo libro institutionū monachorū egyptiorum in.c.calciamēta dicens de monachis egyptijs. Calciamenta vero velut interdicta euangelico Mat.x. precepto recusantes/quū infirmitas corporis vel hyemis rigor/seu meridiani estus feruor exegerit:tantūmodo caligis suos muniūt pedes.hoc signātes vsu earū pmissione dn̄ica cōcessarum. Mar.vj.vt si in hoc mundo cōstituti cura et solicitudine carnis hmōi oimodis exuti esse nō possumus: saltē occupatione leui necessitatem corporis expleamus: ne ve anime nostre pedes:idest affect⁹ fm Augustinū/ q̄ expediti ad spūalem cursum et predicationē euāgelij padis semp debē esse parati. Esa.lij. viij.q.j.olim.quib⁹ post odorē vnguentorū christi currim⁹. Cañ.j.⁊ de quib⁹ dauid in ps.lxj.cucurri in siti. norticinijs seculi hui⁹ curis patiamur inuolui.de his sc3 cogitantes que non ad supplendā necessitatē nature:sed ad supfluam noxiāq3 ptinent voluptatē.qđ ita implebimus si fm apostolū/carnis curā non fecerimus in desiderijs.de cō.di.v.nō mediocriter.in fi. et Rom.xiij.hucusq3 Ioā cassia. Et sic ptz q̄ preceptū de nō portādo calciamēta/fuit datū aplis simpliciter ⁊ absolute pro quocūq3 tēpore:⁊ nō pro tpe pdicationis tm̄.vnde fm q̄ refert̄ Mar.x.pcepit christus apostolis simpliciter et absolute ne portarent pecuniā/dicēs: Nolite possidere aurū et argentū:neq3 pecuniā in zonis vestris.in q̄ parte precepti nihil ponitur de via:sed absolute fuerūt eis inhibita:licet Marcus.vj.c.⁊.Lucas.x.c.dicant q̄ pcepit eis/ Ne qđ tollerēt in via:neq3 perā:neq3 pecuniā ⁊c. q2 illa q̄ interdicunt̄ aliquib⁹ simpliciter ⁊ absolute: interdicūtur eis p via ⁊ in via.ar.eorū q̄ legunt̄ ⁊ no.ex̄ de trasla.inter corporalia.§.sed nec illud.⁊ in glos.ar.qđ.⁊ de priuil̄.quia circa.licet etiā dn̄s vtroq3 modo potuerit eis talia interdicere.Ideo mattheus refert vnū modū; Marcus vero et Lucas aliū modū interdicēdi.Sed mattheus magis videt̄ referre distincte seriē et ordinem pcepti fm formā et modū eis dati:ideo post verba premissa subiungit dicēs/ Nō perā in via:neq3 duas tunicas: neq3 calciamēta:neq3 virgam.Et ita fm Mattheū aurū et argentū et pecunia fuerunt eis interdicta simpliciter ⁊ absolute. Pera vero fuit eis inhibita p se et directe in via:q2 perā cōsueuit homo portare maxime in via:ideo perā inhibuit eis p se et primo in via.Ex cōsequēti aūt inhibuit eis in domo: quia si inhibuit eis pro tēpore p quo magis indigebāt/et quo cōsueuerūt eā maxime hoies portare: multomagis inhibuit eis p tēpore quo minus indigebāt/⁊ quo ɔsueuerūt homines minus ipam portare. Aurū vero argentū et pecuniā cōsueuerunt hoies querere simpliciter ⁊ absolute siue in via siue in termino:ideo simpliciter interdixit eis. Similiter calciamentis ppter itineris asperitatē magis indiget homo in via/q̄ in termino. Tunicis etiā vt se possit mutare magis indiget viator q̄ quiescens domi.virga quoq3 defensionis vel sustentationis tam magis hō indiget in via/q̄ termino. Ideo prima tria sc3 aurū argētum et pecunia/fm Math.fuerūt aplis interdicta simpliciter et absolute:reliqua vero quatuor/pera calciamēta ⁊ due tunice in via/fuerūt fm Mat. eis inhibita p se ⁊ pmo in via.Ex cōsequēti aūt et p locū a minori cōstructiue fuerūt eis inhibita etiam in domo:vnde ⁊ post ascēsionē manēs petrus Hierosolymis ait claudo Act.iij.qn̄ ad orādū nō ad predicandū ibat/Argētū et aurū nō est mihi.supl̄.nec Ioāni:q2 pro vtroq3 loquebat̄ Petrus.vnde ait ibi/ Respice in nos.Qđ verbū ptractans Aug⁹.in libro de mirabilibus sacre scripture/dicit sic: In excusatione eleemosyne/paupertatis pfessione/petrus paralytico dixit/argentū et aurū non est mihi:in noie iesu christi nazareni surge et ambula. Illud magistri preceptū seruans/Nolite possidere aurū ⁊c.Qui em̄ soli deo seruiēs:de iniquo māmona expeditus fuerit/verbo impij morbo ligatū cito soluebat.et Ambro.sup illud Math.x. Nihil tuleritis ⁊c.dicit sic:Si phibemur aurū possidere:quid eripere apl̄s Petrus prius dn̄ice executo: sentētie/nō in vacuū effusa dei precepta custodiens/quū posceret̄ a paupere/vt ei aliqđ pecunie largiret̄:ait.Argentum et aurū nō habeo:nō tātum in hoc gloriat̄ Petrus/q̄ aurū ⁊ argentū nō habeat q̄ q̄ seruet dei mandatū q̄ pcepit: Nolite possidere argentum ⁊ aurū ⁊c.hec Ambro.et facit.xj.q.iij.ira.Et si queratur/quomodo apostoli qui ibāt per psonas inhospitales poterāt trāsire sine pecunia et sine pera: Dicendū q̄ lex siue preceptū dat̄ p loco ⁊ tpe possibili:q2 casus necessitatis nō subiacet legi: sed est supra legē: vt patet Mat.xij. Mar.ij.⁊ Luc.xiiij.et de cō.dist.v.discipulos.⁊ ex̄ de reg.iur̄.qđ nō est.ideo p loco ⁊ tēpore necessitatis/quo aliter aplis subueniri non poterat:ad hoc preceptum nō astringebant̄.Sed et hoc nō sequit̄ q̄ tunc ppietatem ⁊ dominiū taliū habuissent:qm̄ necessitas taliū nō respicit ppietatē ⁊ dn̄ium:sed vsum ⁊ modū vtendi.portare em̄ pecuniam p viam ⁊ ipsam expendere p se vel p alijs loco ⁊ tēpore necessitatis nō includit necessario habere ppietatē et dn̄ium eius:q2 vsus pecunie est separabilis a ppietate ⁊ dn̄io eius:vt supra ostensum est:⁊ fm modum quem dant Nicolaus.iij.et Clemens.v.fratribus minorib⁹:quū deponit̄ pecunia apud nuntiū vel depositariū psentatur a fratribus p necessitatib⁹ eorū/vel p dante: vt patet ex̄ de v.signi.exijt.li.vj.⁊ de v.signi.exiui. in Clemē. Similiter de alimētis quibuscūq3:quia vsus alimentorum est separabilis a proprietate et dominio in speciali et in cōmuni quacūq3 cōmunitate speciali vt supra ostensū est:ideo et hoc q̄ apostoli legantur habuisse panes et pisciculos in deserto:non sequitur q̄ tunc habuerint in eis propietatem ⁊ dn̄ium aliqđ:quū sit multiplex modus habendi. ff.de v.sig.l.habere duob⁹ modis.⁊.ff.de verbo.obli.l.stipulatio ista.§.habere dupliciter accipitur.ff.de pre.c.seruus.⁊.l.id vestimentū.⁊ no.xij.q.j.c.ij.in glos.ergo.⁊.c.nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicatis.in glos.nunquid.τ legitur τ no.xxiij.q.vij.qd aūt.
in glos.non intelligas.quia Judas dicitur habuisse locu
los:vt patet Joā.xij.τ.xiij.τ tamē iudas nō dicit habuisse
in loculis ppietatē:licet loculi illi essent de rebus q vsu
cōsumunt:q: hō potest consumere dñium rei aliene/sicut
potest cōsumere dñium rei proprie. Similiter homo pōt
trāsferre in alium authoritate alterius dñium rei aliene
sicut dñium rei proprie:nec semp meum et tuum et suū ac
cipiunt quoad ppietatē τ dñium etiam in rebus que vsu
cōsumunt:sed sepe accipiunt quoad vsum vel quoad me
ritum laboris:quomodo accipit illud Matth.x.Dignus
est operarius cibo suo:vel mercede sua.xij.q.ij.quicūq.ci
bo inquā suo/nō quoad proprietatē dñij sz quoad ppie
tatē meriti et eqtatē debiti.vñ glos.dicit ibi/dign9 est ope
rarius cibo suo.glo.q: omnia eis debent.isto mō oia sunt
iustoꝝ.j.ad Coꝝ.iij.τ.xxiij.q.vij.qd autē.et tñ non omnia
sunt iustorū q̄ad proprietatē τ dñium.Et ita nō sequit ꝙ
apostoli habuerūt ppietatē τ dominiū in predictis:sic
ut de hoc satis in superioribus dictum est.vnde sicut legi
tur de apostolis Matth.xiiij.non habemus nisi q̄nq pa
nes τ duos pisces:Ita legit Joā.vj.de quodā puero.Est
puer vnus hic q habet q̄nq panes hordeaceos et duos
pisces.si ergo illi panes et illi pisces fuerunt quoad pro
prietatem dñij apostolorum/eo ꝙ apostoli dicunt eos ha
buisse:eadē ratione et fortiori fuerūt quoad proprietatē
et dñium illi9 pueri:q: legit ille puer habuisse:τ apostoli
non habuerūt nisi mediante illo puero:quū vnam τ eam
dem rem et eodē modo insimul τ in soliduz duo nequeāt
possidere.ex de pba.licet.§.ex premissis. Scdo dicendū
ꝙ sicut legit Mat.xxviij.τ Mar.xv.τ Luc.viij.quedam
mulieres fideles sequebant christū et apostolos:q ipsos
de suis facultatib9 sustētabāt/et nutriebāt:et p cōsequēs
vt plurimū illa q pro christo τ aplis emebant p tales pso
nas intermedias pcurabant:ideo et loculos tales vel cō
similes psone custodiebant:propter qd apostoli nec pdi
cationis tēpore:nec tēpore alio de cōmuni lege pecunias
portabāt.Nā postq a dño sunt electi:et ad predicandum
missi/semp vsq ad mortem τ eorum martyria predicaue
runt maxime post ascensionē christi/τ in puincijs sibi de
cretis:q: ita christus eis mādauerat Mar. vltimo.Eun
tes in mundū vniuersum pdicate euangeliū. Licet nō es
sent in actu cōtinuo predicandi:qd fuisset impossibile:sed
horis et tēporibus et locis cōgruentibus.ar.eorū que le
gunt τ no.de cō.dist.v.nunq.in glo.j.τ.xxxvj.di.c.vltimo.
Nam τ aq̄ quotidiana est τ assidue duci dicit etiam si in
terdum nō ducat.ff.de aqua quoti.τ esti.l.j.§.j.τ.l. seque.
cum si.imo etiā quādo discipuli iuerunt in samariā cibos
emere Joā.iiij.non habet:nec haberi potest/ꝙ ipsi pecu
niā portabāt:quia potuit fieri illa emptio mediāte aliq p
sona idonea alia:sicut in deserto legitur ꝙ ipsi mediante
ministerio illius pueri habebāt quinq panes τ duos pi
sces.Quis etiam si tunc pecuniam portassent:ppter ca
sum necessitatis fuissent excusati:quia samaritani nō erāt
de gente iudeorū:sed erāt iudeis inhospitales non come
dentes cum eis.Joan.iiij.vnde Luce.ix.legit ꝙ quū ipse
misisset in samariā vt pparēt sibi:et nō receperūt eū.xxiij.
q.iiij.quod christus.τ.c.ea vindicta.apli etiā post dñi ascē
sionē legunt habuisse in suo comitatu honestas mulieres
que ipsis ministrabāt:sicut pz.j.ad Coꝝ.ix.exceptis Pau
lo et barnaba:qui pro parte ne offendiculum.j.ad Coꝝ.
viij.darent euangelio/de labore manuū suarū viuebant.
j.q.ij.sacerdos.de con.di.v.nūq. In parte vero vel p tē
pore de predicatione euangelij ducebant vitam suam: vt
patet.j.ad Coꝝ.ix.ad Philippē.vltimo.ij.ad Timoth.j.ac
alijs locis:non tamen propter hoc Paulus et barnabas
pecuniam communiter portabant tempore predicatio
nis:nec alio tēpore.Nec credo posse inueniri/ꝙ vnq pro
seipsis pecunias portauerunt:nec etiam pro alijs.Quis
saluo iudicio meliori/preceptum de non portando pecu
niam/videat datum apostolis pro seipsis; non pro alijs;
ne scilicet ipsi pro semetipsis cupiditatis vel pusillanimi
tatis intuitu pecuniam deferrēt. non autem videtur eis
fuisse interdictum/ꝙ non possent aliquotiens/pietatis
intuitu necessitate interueniēte pro alijs maxime sanctis
pauperibus pecuniam deferre: quod innuitur vel ar. ad
hec.j.ad Coꝝ.vlti.ibi:Qꝛ et si dignum fuerit vt ego eā me
cum ibunt.τ ad Rom.xv.c.ibi/Nunc igitur proficiscar hie
rusalem ministrare sanctis.Probauerunt enim macedo
nia et achaia collationē aliquam facere in pauperes san
ctorum:qui sunt in hierusalem.

Jaūt querat quorū erāt immediate quoad dominium bona
vsu consumptibilia/quibus christus τ apo
stoli vtebantur/Dicendum ꝙ in parte erāt
(vt videtur)dantium et offerentium.Quādo christus et
apostoli inuitabantur ad comedendum et bibendum ab
aliquo fideli et deuoto:tunc vt plurimum dominium ci
bi et potus remanebat apud inuitantem et cōcedentem:
vsus vero erat christi et apostolorum.Et hoc est quod di
cit Hieronymus/ꝙ christus alieno cibo vescebatur. Illa
vero que fideles deuoti dabant christo et apostolis libe
re et absolute absq aliqua retentione dominij videntur
fuisse de iure cōmuni vniuersitatis fidelium pro quib9 se
ipsuz dare venerat et offerre.hinc est ꝙ in deserto de q̄nq
panibus et duobus piscibus ei oblatis/satiauit turbam
vniuersitatis credentium in eum. Joā.vj.xxxvj. dist.§.ex
ce.Matth.xiiij.τ similiter de.vij.panibus et paucis pisci
culis.Mar.vj.Matth.xv.Hinc est etiam ꝙ vestes chri
sti per milites diuise sunt in quatuor partes/significātes
quatuor partes orbis:de quibus.xcvj.di. Constantin9.§.
ecclesijs.Et in tunica incōsulti significāte vniuersitatē o
bis.ar.xxiiij.q.j.quoniā.in prin.ad quam et quas pertinet
de iure cōmuni dominiū rerū temporalium christo τ apo
stolis oblatarū/eo ꝙ p vestes corporales substantia seu
supellex rerū tēporaliū designatur.de iure vero speciali
videtur fuisse vniuersitatis pauperū:quorum christus et
apostoli specialē curam assumpserant.Et eis ex primaria
abdicatione omnia eroganda decreuerāt/iuxta illud ps.
cxj.Dispersit dedit pauperib9. hinc est ꝙ christus cū apo
stolis loculos aliquotiēs specialiter ad inopū ministeriū.
xij.q.j.habebat.arg.lxxxij.dist.eps.τ.xvj.q.j.quoniam. vel
semp remanebat dominium apud dantem vsq ad cōsum
ptionem rei:q: no potuit a se dominium abdicare τ illud
in incapaces trāsferre:vt est expressum ex de v.signi.exiit.
li.vj.¶ Item querēdum est de domo Philippi vnius de
septē diaconib9 de qua dicitur Act.xxj.Et intrātes domū
philippi euāgeliste q erat vnus de septē:mansimus apud
eum.quō dicebatur Philippi post missionem spūsancti:
quū esset discipulus precipuus ab aplis constitutus.Aut
dicebatur sua q: tunc erat quoad dominiū sua:aut q: pus
fuerat sua si erat sua propria.Et fm opponentem nō fuit
alia lex discipulorū et apostolorū quoad contemptū tem
poraliū vt opponit:ergo q̄libet aplorum in speciali pote
rat sibi retinere domum in speciali et in proprio:qd est ex
presse cōtra christi cōsiliū/Mat.xix.et cōtra id qd dicitur
Act.iiij.τ.xij.q.j.c.ij.Si autē domus illa dicebat eius quia
fuerat eius:sz nūc nō erat.eadē ratione domus Petri di
cebat ei9 q: fuerat quoad dñium ei9. Mat.viij. Idē dicē
dum est de domo marie matris Joānis/qui cognomina
bat Marcus:que erat vna de precipuis credentib9 que
erat Hierosolymis: de qua Act.xij.Cōsiderāsq venit ad
domū marie matris Joannis:que dicebat sua q: fuerat:
vel q: inhabitabat eam:q: alijs credentib9 cōmunicaue
rat.sua et quātum ad vsum/et quantū ad dñium:vt pz.c.
xij.q.j.c.ij.¶ Inter alia opponitur ꝙ etiam apostoli licet
non litigasse in iudicio legant:tamen ꝙ eis litigare licue
rit:quia verba illa Mat.v.τ Luc.vj.Qui vult tecum i iu
dicio cōtendere et tunicam tuam tollere:dimitte ei τ pal
lium,intelliguntur fm opponentez de his qui in proprio

Bona vsu consumptibilia/quibus christus et apostoli vtebantur erāt immediate q̄ad dominium.

tēporalia possidebāt.loquit eñ dñs illi qui tunicā habe
bat et palliū.quū dicit/Siquis voluerit tunicā tuā tolle
re:dimitte ei τ pallium.sic etiam sequit ibi:Qui petit a te
da ei:et volenti mutuare a te: ne auertaris. Ex qb9 patet
ꝙ habentibus tēporalia est locut9 quū dixerit/ꝙ det ei q
a se petit.qd nō posset facere quū dare sit accipiētis face
re.j.q.j.qui studet.nisi dñiuz etiā q̄ad tēporalia obtineret.
nec etiam mutuare posset:nisi ei9 qd mutuaret esset dñs:
quū in mutuo a mutuante in eum q mutuum recipit rei
mutuate dñium transferat.lxxxviij.dist.in palea.eijciens.
vnde dicit mutuum quasi de meo tuū.Sed ad hoc dicen
dum est/ꝙ predicta verba fuerunt dicta etiam apostolis
in sermone sancto de mōte/ante quē sermone apostoli fue
runt electi:vt patet Luc.vj.Factum est autē in dieb9 illis/
exijt in mōte orare.Et quū dies factus esset vocauit disci
pulos suos et elegit.xij.ex ipsis:quos τ apostolos nomi
nauit petrū τc.Et sequitur ibi/Et descēdens de monte cū
illis τc.Et sequit ibi/Et ipse eleuatis oculis suis in disci
pulos/dicebat.Beati pauperes spū τc. Et sequit ibi/Et
ab eo qui aufert tibi vestimentum etiam tunicā noli phi
bere. Et.j.et sequit ibi.Et qui aufert que tua sunt ne re
petas τc.hec ibi.Itē super illud Mat.v. Accesserunt ad
eum discipuli ei9 τc.dicit glos.quos ibi cōstituit.xij. Item
alia glos.dicit ibi scz Mat.v.sic aplos preeminentius ab
ducit vt a monte prius.ps.lxxj.Montes.i.apostoli susci
piūt pacem pplo.ex de elec.fundamenta.li.vj.Item sup il
lud Mat.ix.Vidit hoiem sedentē in teloneo/Mattheū
nomine.dicit sic glos.Hinc pbabilius videtur ꝙ ptermis
sa memorat quū.xij.elegerit ante sermonē.vnde verba de
nō repetendo sua/fuerant data apostolis vt viris pfectis
p modū precepti:alijs vero generaliter p modū cōsilij.vñ
τ signāter dicit ibi Mat.v.c. Et accesserūt ad eum disci
puli eius.q: aliud est accedere ad christū p obedientiam
pcepti:aliud p obedientiā cōsilij: vnde Aug9 sup homil.
ibi.Et accesserūt ad eū discipuli ei9:dicit.Vt audiēdis ver
bis illis hi essent etiam corpore viciniores:q pceptis im
plēdis aio appropinquabāt.Unde qd dicit opponens ꝙ
talia verba fuerūt dicta habentibus tēporalia p verba il
la/Qui voluerit tunicā tuam tollere:dimitte ei et palliū.
et ei qui aufert que tua sunt:ne repetas.τ qui petit a te da
ei.Dicendū ꝙ tuum est equiuocum et cōmune ad tuum
quoad dñium et tuū quoad vsum.vnde ad Philip.j.Eo
ꝙ habeā vos in vinculis meis.τ.j.Ita vt vincula mea ma
nifesta fierent in christo.τ.j. Vinculis meis abundāti9 au
derent.τ.j.Existimantes pressuram se suscitare vinculis
meis.Et.j.apostolus quātū in eodē.c.asserit vincula sua:
que tñ non erant sua quoad ppietatē τ dñium:sz quoad
seruitutē τ supplicium.Item Colos.vlti.Memores esto
te vinculorū meorū.τ.ij.ad Timoth.j.Et catenam meam
non erubuit.Et illud ps.cxv. Dirupisti dñe vincula mea.
Et si vincula nobis incōmoda dicunt nostra absq oī no
stra ppietate τ dñio:multo magis vestimenta nobis cō
moda sepe dicunt nr̄a absq omni nr̄a ppietate τ dñio.
xxiij.q.vij.quod aūt.τ no.xij.q.j.nō dicatis. Similiter qd
arguit de mutuo nō valet:q: sicut meum est equiuocū vt
dixi:ita τ mutuū qd descēdit ab hoc pnoie meo: est equi
uocū et cōmune ad mutuum quoad dñium/τ ad mutuuz
quoad cōmoduz. Et isto scdo modo accipit mutuum. iiij.
Reg.iiij.Uade et pete mutuū ab omnib9 vicinis tuis va
sa vacua:τ nō pauca.vbi mutuum nō fuit factum quoad
dñium accipientis:sed solum quoad cōmodum necessita
tis.Similiter eodē li.c.vj.quidā de filijs pphetarū de fer
ro securis qd sibi ceciderat in Jordane/dixit heu heu heu
dñe mi/τ hoc mutuo accepera.vbi mutuū nō fuit effectū
quoad dñium passiue mutuātis: sed solum quoad cōmo
dum.Et ita in mutuo non semp transfert dominium rei
mutuate in accipientē.Nec semp locuz habet in pecunia:
nec in alijs que vsu consumūtur.Et per consequens non
oportet ꝙ ille qui mutuat actiue/ex hoc ꝙ mutuat: sit do
minus rei mutuate:quia homo potest authoritate alteri9
mutuare rem alienam sicut propriam:licet mutuans rem
aliquam authoritate ppria sit dñs eius:tñ mutuans rem
aliquā quacūq authoritate τ nomine alterius τ nō suo/
nō oportet ꝙ sit dñs eius/τ maxime quoad res que non
cōsumunt vsu/sicut sunt vasa τ instrumenta ferrea et bo
na mobilia quecūq.vnde τ religiosi sine pprio viuere psi
tentes/tota die mutuant seu commodant sibi libros suis
vsibus deputatos:quoꝝ tñ librorū adinuicem mutuatoꝝ
neuter scz nec dans nec accipiens habet dñium ipoꝝ.quū
neuter ipsorū sit capax in speciali alicuius ppietatis.Et
si dicat ꝙ in talib9 nō reperit mutuū:q: mutuū est in solis
rebus q vsu cōsumunt. Dicendū ꝙ mutuum fm ꝙ de ipo
loquit scriptura sacra:reperitur in quibuscūq rebus siue
vsu cōsumptibilibus siue nō:vt patet ex premissis autho
ritatibus:vnde scriptura accipit distincte mutuū pro cō
modato:et econuerso accipit accōmodatum indistincte
pro mutuo:et sic accipit mutuo Mat.v.τ.Luc.vj.put mu
tuum est equiuocū τ cōmune ad mutuum quoad dñium/
τ ad mutuū quoad cōmodū.vnde sup illud Mat.v.τ vo
lenti mutuare ne auertaris.dicit glos.duo genera prestā
di cōplectitur.vel eñ beneuole damus:vel redditurо cō
modamus.Et sup illud Luce.vj.Et si mutuum dederitis
ijs a quibus speratis accipere:q vobis gratia? dicit glos.
sic/Duo sunt genera beneficij. vel quū beneuole damus
quod damus:vel quū redditurо cōmodamus.Et sup il
lud Luc.vj.Mutuū date nihil inde sperantes.dicit glos.
sic.Non in homine spem mercedis figentes:qui si nō red
dat quod cōmodastis:reddet deus quo iubente fecistis:
siue non reddat hereditas nostra in eternū erit.¶ Item
arguit opposito: ꝙ apostoli potuerūt in iudicio petere.
q: Mat.xviij.dixit christ9 discipulis vbi erat petrus vt se
quit ibi:Tunc accedens petrus τc.Si peccauerit in te fra
ter tuus τc.τ.j.dic eccl'ie.ergo τc. Itē illud apostoli. j.ad
Coꝝ.vj.Iā quidem delictum est in vobis ꝙ iudicia habe
tis τc.Intelligitur dictum fm oppositorē nō talibus pso
nis qui a se dñium omniū tēporalium abdicarunt.loque
batur eñ apostolus Corinthijs: qui nō renuntiauerunt
bonis suis:vt patet.j.ad Coꝝ.vlti.de collectis quas facie
bant.et Aug9 etiā dicit/ꝙ nō legit ꝙ cōuersi ex gētib9 cō
municauerint sua. Unde dicit opposito: ꝙ precepta illa
data Matth.v.Si quis te percusserit τc. Et qui vult te
cum in iudicio contendere τ tunicā tuam tollere: dimitte
ei et palliū.et quicūq angariauerit te mille passus τc. nō
sunt seruāda in executione operis fm Augustinū in libro
de sermone dñi in monte:sed semp in preparatione animi
sunt habenda:vt scz simus parati hec facere et sustinere/
qñ charitas hoc requiret.et ad hoc allegat.xxiij.q.j.para
tus.cum.§.precedenti.τ propter hoc fm eū non dicit apo
stolus.j.ad Coꝝ.vj.Quare nō iniuriam accipitis.sed dixit
quare non magis iniuriam accipitis.¶ Repetit etiā op
positor de apostolis/ꝙ nō fuerunt electi ante sermonē fa
ctū in monte/Matth.v.Ad hoc dicendum/ꝙ sicut supra
dictum est:apostoli electi fuerūt ante sermonē:sicut patet
Luc.vj.τ ex sex que colligunt ex sermone illo/Matth.v.
Et primo ex eo quod dicitur:Accesserunt ad euz discipuli
eius.scz.xij.vnde glos.ibi/Quos constituit ibi.xij.ergo di
scipuli qui dicuntur propius ad christū accessisse:fuerunt
xij.apli iam ab ipso preelecti. propter qd dicit Aug9 ibi:
Vt hi etiam essent corpore viciniores:qui pceptis adim
plendis animo appropinquabant. Secūdo patet ex eo
quod christus dixit ibi/Vos estis sal terre.qd de solis.xij.
intelligitur ad literam esse dictum:quia ceteri alij discipu
li erant per.xij.apostolos postea spiritualiter sale sapien
tie condiendi.sal enim sapientia est.xliij. distin. sit rector.
apostoli vero a solo christo fuerūt sale sapiētie celestis cō
diti.Et hoc est quod dicit ibi glos.tracta a Hiero.sic Sal
facit terram sterilem.vnde irati victores destruentes vr
bes salē seminabant:ne quod in eis germen oriretur.ita
et apostoli destructo peccati regno/germen vitiorum cō
pescunt.hec glos.Et alia glos.dicit sic.Vt enim non est ci

Universidad de Deusto
Biblio

bus aptus nisi sale conditus: ita sermo non est vtilis sine documento apostolice sapientie. vnde in Leuitico. ij. c. In omni sacrificio sal offeres. i. in omni quod facis vel dicis apostolicam sapientiam habe. hec glos. Item Chrysostomus ibi, In quo monstrat, quod necessario hoc iniungit. non enim pro vestra vita: aut pro vna gente: sed pro vniuerso orbe. vos merito etsi alios mordentes mala audiatis, gaudete. hoc enim est opus salis mollia mordicare: quare aliorum maledictio nihil vobis nocet. xj.q.iij. fin. et c. temerarium. et §. Item Salomon. xxiiij.q.iij. cum sancti. sed est testis vestre virtutis. Item Hilarius ibi, Est autem hic proprietas querenda verborum ass dictorum: quam et apostolorum officium: et ipsius salis natura monstrabit. hoc igitur in omnem vsum humani generis effectum, incorruptionem corporibus quibus fuerit aspersum impertit: et ad omnem sensum conditi saporis aptissimum est. Apostoli autem sunt rerum celestium predicatores et eternitatis velut satores merito sal terre nuncupati: quia per virtutem doctrine quasi salientes eternitati corpora seruant. Item ibi Remigius: Sal etiam per aquam et ardorem solis, et per flatum venti in naturam alteram commutatur: sic et apostolici viri per aquam baptismi et ardorem dilectionis, et flatu spiritussancti, in spiritualem regenerationem commutati sunt. Sapientia etiam celestis per apostolos predicata exiccat humores carnalium operum. aufert fetorem et putredinem male conuersationis, et vermem libidinose cogitationis. et illum de quo dicit propheta Esa. vlti. in fi. Vermis eorum non morietur. Sunt etiam apostoli sal terre. i. hominum terrenorum: qui amando terram, terra vocantur. Vel secundum Hieronymum, apostoli sal terre nuncupantur: quia per illos vniuersum hominum conditur genus. Petrus tamen apostolus hoc verbum, Vos estis sal terre, ad omnes sacerdotes extendit. xciij. dist. sacerdotes. Adde hic quod scripsi. s. de sale in. §. O gloriosa ciuitas. ver. cum enim. in ar. liij. Tertio hoc patet ex eo quod ibi subiungitur. Quod si sal euanuerit: in quo salietur? ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras. quod de solis apostolis intelligendum est ad literam: quia ceteri discipuli si euanuissent: vel infatuati fuissent: potuissent per apostolos sicut per superiores saliri et reparari. Apostoli vero qui erant supremi: non habebant alios superiores per quos potuissent saliri: et ad statum pristinum reparari: ideo et hoc est quod dicit ibi glos. sic. Si vos per quos alij condiendi sunt: aduersis vel prosperis cesseritis: per quos vobis error auferetur quum vos deus elegerit tollere alijs? Quarto patet ex eo quod ibi sequitur: Vos estis lux mundi. quod de solis apostolis intelligitur: per quos alij erant illuminandi. et hoc est quod dicit ibi glos. sic: Hic ostenditur officium apostolicum: quia scilicet sunt sal terre et lux mundi. Item ibi Chrysostomus, Apostoli dicti sunt prius sal propter iudeos: vel propter populum christianum, a quibus deus cognoscitur: quos seruant in dei scientia. lux autem propter gentes quas ad scientie lumen perducunt. Item ibi Hilarius. Natura enim luminis est, vt lucem quocunque circumferatur emittat: illatumque edibus tenebras interimat luce dominante. Igitur mundus extra cognitionem dei positus obscure tenebratur ignorantie tenebris: cui per apostolos lumen scientie inuehitur: et cognitio dei daret: et de paruis eorum corpusculis quocunque incesserint lux tenebris ministratur. Item ibi Remigius: Sicut autem dirigit radios suos ad effugandas humani cordis tenebras. Quinto patet per id quod dicitur ibi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. vsque ibi. coram hominibus etc. Que quidem verba principaliter et precipue de apostolis, qui supra montem vniuersalis ecclesie constituti, ceteris alijs discipulis prefecti sunt. xxj. dist. in nouo. dicta intelliguntur. vnde ipsi soli velut lucerne celestis fulgoris super candelabrum militantis ecclesie positi, ceteris prestant lumen gratie multiformis. vnde glos. ibi dicit sic. Quia apostoli fundamenta sunt apte ciuitas dicuntur. probatur extra de elec. fundamenta in prin. li. vj. Et super illo verbo; Sic luceat lux vestra

glos. Lux tenebras soluit et postea illustrat: sic apostoli expulsis vitijs deducunt ad lumen fidei et cognitionis. Item Hieronymus. Ne autem apostoli abscondantur: sed tota libertate se prodant: docet eos fiduciam predicandi, quum dicit: Non potest ciuitas abscondi etc. Sexto apparet ex eo quod ibi sequitur: Qui autem soluerit etc. vsque ibi, regno celorum. Ex quibus aperte insinuatur, quod erant iam apostoli a christo constituti predicatores veritatis quum dicit: et docuerit sic homines etc. et. j. qui fecerit et docuerit etc. Tunc autem fuerunt apostoli electi ad apostolatum: quando fuerunt constituti predicatores veritatis a christo: sicut patet Mar. iij. c. Et ita non est dubium quin apostoli in sermone domini in monte, essent iam ante ipsum sermonem electi. ¶ Aliud quod opponitur, est quod preceptum de non litigando, et de non contendendo in iudicio datum Mat. v. et Luc. vj. et. j. ad Cor. vj. non semper est seruandum a viris perfectis quantum ad operis executionem: sed solum quantum ad animi preparationem. Et quod hoc dicat: Aug. vt supra dictum est xxiij.q.j. parat. quod est manifeste contra intentionem sacre scripture, et Augustinum ac doctrinam sacrorum doctorum. Omnia in isto precepto siue consilio dato Mat. v. Ei qui vult tecum in iudicio contendere: et tunicam tuam tollere: dimitte ei et pallium. Et in illo dato Luce. vj. ab eo. Qui aufert tibi vestimentum: etiam tunicam noli prohibere. et qui aufert que tua sunt: ne repetas. Continentur duo. vnum affirmatiue: et aliud negatiue. Illud quod continetur affirmatiue est, vt auferenti tunicam dimittamus ei et pallium. et econuerso, auferenti vestimentum dimittamus ei et tunicam. et istud absque dubio non est semper seruandum exterius in opere: sed semper tenendum est in animo preparato. quia preceptum affirmatiuum non obligat pro semper vt est etiam illud: Si quis percusserit te in vnam maxillam prebe ei et alteram. Luc. vj. Et sic intelligit Aug. et sic intelligit eum Gratianus. xxiij.q.j. §. his ita respondetur. quum dicit ibi precepta patientie. et sic loquitur expresse. c. sequens, paratus. Aliud quod continetur seu implicatur negatiue in illo precepto seu consilio est, quod non contendamus in iudicio pro pallio seu tunica nec quacunque re temporali: nec nobis ablata iudicialiter repetamus: nec etiam auferenda iudicialiter prohibeamus. Et istud semper est seruandum a viris perfectis quoad operis executionem: et non solum quantum ad animi preparationem. Sic et in illo precepto. Qui percusserit te in vna maxilla etc. includuntur duo. vnum affirmatiue, scilicet quod percutienti vnam maxillam: ei alteram prebeamus. et istud non semper faciendum est in opere exteriori: sicut probat Aug. de christo et paulo: quorum neuter in maxilla percussus prebuit corporaliter alteram: vt pre. c. paratus. Aliud quod includitur in illo precepto negatiue, quod percutientem nos in quacunque parte corporis, non repercutiamus. et istud seruandum est in opere exteriori maxime a viris perfectis: nisi in casu quum quis tenet locum presidentis: vt pater percutit filium: et dominus seruum corrigendo. iudex reum puniendo. xxiij.q.iiij. quod peccat. ad fi. ideo christus nunquam percussit: sed petro percutienti dixit. Conuerte gladium tuum in locum suum. Mat. xxvj. et. xxiij.q.j. §. j. et. q. iij. §. j. demonstrans facto et exemplo malo non esse corporaliter resistendum. vnde in predicto loco, Conuerte gladium etc. Rabanus dicit sic. Oportuit etiam vt author gratie fideles patientiam doceret: vt potius ad sustinendum aduersa instrueret, quam ad vindicandum prouocaret. Item ibi Aug. contra faustum. Nam vtique dominus iusserat vt ferrum discipuli eius ferrent: sed non iusserat vt ferirent. quid ergo indignum si petrus post hoc peccatum factus est pastor ecclesie: sicut moyses post percussum egyptium factum est rector synagoge. vterque enim non detestabili immanitate: sed emendabili animositate regulam excessit. vterque odio improbitatis aliene. sed ille fraterno: iste dominico: licet adhuc carnali tamen amore peccauit. vnde et christus arguit Jacobum et Joannem petentes vindictam ignis contra samaritanos. Luc. ix. et. xxiij.q.iiij. ea vindicta. Et christus docuit Matth. v. non resistere malo. vbi Chrysostomus. Sine enim hoc mandato legis mandatum stare non potest; quia si secundum legis mandata Leuitici. xxiiij. xxiij.q.iiij.

§. et his cum. c. seq. omnibus reddere malum pro malo ceperimus: omnes efficiemur mali: eo quod persequentes abundant. Si autem secundum christi mandatum Matth. v. non resistitur malo. etsi mali non leniuntur: tamen boni permanebunt boni. Item ibi Hieronymus. Dominus ergo noster vicissitudinem tollens truncat initia peccatorum. In lege namque culpa emendatur: hic peccatorum auferuntur exordia. vnde et Ambrosius de sancto Joseph dicit, quod propterea christus prohibuit discipulos non portare virgam: vt instrumenta eriperet vltionis. xj.q.iij. ira. et Aug. super prece. verbo, non resistere malo, dicit sic: Non ait non reddere malum pro malo: sed non resistere aduersus malum: vt non solum non rependas quod tibi fuerat irrogatum: sed etiam non resistas quin aliquid irrogetur. hoc est quod consequenter exponitur: sed siquis te percusserit in dexteram maxillam: prebe ei et alteram. vbi etiam Aug. Docet ergo dominus medicus animarum: vt discipuli eorum quorum saluti consulere vellent: imbecillitates equo animo tolerarent. omnis namque improbitas ex imbecillitate animi venit: quia nihil innocentius est ab eo qui in virtute perfectus est. Ibi etiam Aug. Omnia autem in quibus improbitatem aliquam patimur: in duo genera diuiduntur. quorum alterum est quod restitui non potest: alterum quod potest. sed in illo quod restitui non potest: vindicte solatium queri solet. Quid enim prodest quod percussus repercutis? nunquid propterea illud quod in corpore lesum est: restituitur? sed timidus et vilis animus talia fomenta desiderat. Item ibi Chrysostomus. Nunquid autem si repercusseris eum compescuisti eum vt te non percutiat: sed magis excitasti eum vt adhuc percutiat. nam iracundia per iracundiam non compescitur: sed amplius irritatur. Item ibi Aug. Tenebitur ergo in hoc iniuriarum genere iste modus a christianis: vt accepta iniuria non surgat odium: sed paratus sit animus plura perpeti: nec correctionem negligat. xxiij.q.iiij. quisquis. cum. c. seq. que vel consilio vel authoritate vti potest. propter quod etiam apostolus ad Rom. xij. c. christi preceptum sequens scribit: Non vos defendentes charissimi: sed date locum ire. xxiij.q.j.§. j. vbi dicit glos. Ille dat locum ire: qui aduersarium permittit facere quod vult. Et si viris perfectis non licet se corporaliter defendere: vt tot originalia probant propter virtutem patientie commendandam et dilectionem proximi, quem debemus in amore christi cunctis rebus temporalibus preferre, etiam vite corporali, extollendam. Eadem ratione non licet viris perfectis iudicialiter defendere et contentiose res suas temporales propter virtutem paupertatis commendandam et dilectionem proximi: quem debemus in amore christi cunctis rebus temporalibus preferre et anteponere. ad hec. xxiij.q.j.§.j.c. nisi bella. et. q. iij. §. j. et legitur et no. extra de homici. suscepimus. Et ideo sicut christus et apostoli nunquam repercusserunt excepto Petro: qui in hoc peccauit: vt. s. ver. Item ibi Aug. dixi: et cui ilico dictum est: Conuerte gladium in vaginam: Ita christus et apostoli pro rebus temporalibus: quibus pax fraterna preferenda est: nunquam in iudicio litigauerunt: nec contenderunt: nec eorum statui competit. Et ideo sicut christus dixit non esse resistendum malo: ita dixit non esse contendendum in iudicio. et sub eadem lege precepti interdixit vtrumque immo vnum comprehenditur sub alio: quia non contendere in iudicio, est quoddam non resistere malo. Similiter sicut apostolus dixit Rom. xij. Non vos defendentes charissimi sed date locum ire. Ita dixit. j. Cor. vj. Jam quidem delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos: Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Ideo secundum preceptum christi percussi in vna maxilla, citius debemus sustinere quod percutiamur in alia maxilla: quam repercutiamus. Item secundum preceptum eius spoliati tunica citius debemus permittere quod spoliemur pallio, quam iudicio contendamus. Et eadem ratio est vtrobique: quia sicut minus: immo nec malum est ex parte patientis, nisi malum pene. de quo malo Esa. xlv. ibi, Creans malum. et. xxiiij.q.iij. quidam. ver. coliciani.

malum est percuti in altera maxilla, quam repercutere: ideo citius debemus esse parati ad sustinendum in altera maxilla: quam repercutiamus: ita minus malum est dimittere pallium quam contendere in iudicio per quod abijcitur vel remittitur pax cum proximo: ideo dimissio pallij intelligenda est quoad preparationem animi: sed declinatio iudicij contentiosi et litigij intelligenda est simpliciter quoad executionem operis. Et ideo sicut corporalis defensio permittitur secundum veniam infirmis et imperfectis: prout patet Luce. xxij. vbi christus concessit apostolis secundum veniam, quod possent circa tempus sue passionis propter ipsorum infirmitatem sumere gladios ad eorum defensionem: ita in iudicio contendere et litigare pro temporalibus rebus permittitur secundum veniam infirmis et imperfectis: ideo apostolus. j. ad Cor. vj. et. xj.q.j.§. ex his omnibus. secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia constituite ad iudicandum. que verba pertractans Grego. xix. li. moral. sic dicit. Quia spiritualia dona non caperet si terrena eos negotia deperissent. longe autem pernisit dicens, Contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. ac si aperte dicat: qui minoris sunt meriti in ecclesia: et nullis magnorum donorum virtutibus pollent: ipsi de terrenis negotijs iudicent: quatenus per quos magna nequeant bona: suppleantur minora. quos et contemptibiles nominat: et tamen sapientes nominat quum dicit sic. Non est sapiens quisque inter vos qui possit iudicare fratrem suum. Qua ex re quid colligitur, nisi vt hi terrenas causas examinent: qui exteriorum rerum sapientiam perceperunt. qui autem spiritualibus donis ditati sunt: profecto non debent negotijs implicari: vt dum non coguntur inferiora bona disponere exercitati valeant bonis superioribus deseruire. hec Grego. Et si iudices immediati rerum temporalium siue secularium: qui ad hoc constituuntur, vt dirimant lites et litigia ac contentionum certaminis finem ponant. vt. C. de agrico. et cen. litibus. extra de re iud. iurgantium. et de do. et co. finem. vbi de hoc. et. c. si. extra de transac. c. vltimo. vbi de hoc. et. v.q.ij. si primates. non debent esse supremi et honorabiles: sed infirmi et contemptibiles in ecclesia: quanto magis supremi et perfecti in ecclesia non debent contendere et litigare. vtique quanto magis distrahit a perfectione contendere in iudicio et litigare quam contentionem et litigium dirimere et interimere. iudices enim pacem et concordiam ferunt procurant et nutriunt. xc. di. c. penul. et vlti. extra de treu. et pa. c. j. litigantes vero ac contendentes rixas et discordias pariunt et accendunt. illi enim omne bonum prospectant: isti bona propria affectant et querunt. Item Aug. pertractans predicta verba apostoli in enchiridion. xliiij. c. dicit sic: Nam et hic posset putari iudicium habere aduersus alterum non esse peccatum: sed tantummodo si extra ecclesiam vellet iudicari: nisi secutus adiungeret. Jam quidem omnino delictum est in vobis: quia iudicia habetis vobiscum: et ne quis ita excusaret et diceret se iustum habere negotium: sed iniquitatem pati: quam velit a se iudicij sententia remoueri: continuo talibus cogitationibus vel excusationibus occurrit atque ait: Quare non magis iniquitatem patimini? quare non potius fraudamini? vt ad illud redeatur quod dominus ait Mat. v. xiiij.q.j.§.j. Si quis voluerit tunicam tuam tollere: et in iudicio tecum contendere: dimitte ei et pallium. et alio loco Luc. vj. Qui abstulerit inquit tua: noli repetere. Prohibuit itaque suos de secularibus cum alijs habere iudicium. Ex qua doctrina apostolus dicit esse delictum: tamen quum finit in ecclesia talia iudicia: finiri inter fratres fratribus iudicantibus: extra ecclesiam vero terribiliter vetat. Manifestum est etiam hic quid secundum veniam concedatur infirmis. propter hoc itaque atque huiusmodi peccata et alia: licet his minora: oportet vt quotidie crebroque oremus dominum, atque dicamus Mat. vj. de peni. dist. j. in actione. et dist. iij. de quotidianis. Dimitte nobis debita nostra. hec Aug. Et ita secundum Augustinum non licet perfectis litigare: infirmis autem conceditur secundum veniam: sed non fraudulenter et cum scandalo. vnde. j. ad Thessalo. iiij. Neque circumueniat fratrem in negotio. et Mat. xviij. Ve illi

Universidad de Deusto Biblioteca

ture conseruandum indispẽsabiliter obligati sunt. ergo his renuntiare non possunt. Manifestũ est autem ꝙ esse nature non potest aliquo modo conseruari sine vsu facti rerũ necessariarum ad vitam humanam: vt sunt alimẽta ⁊ vestimẽta: que sunt inter res illas que consumũtur vsu. ꝓprietas autem siue dominiũ rerum alimentorũ quod est de iure ciuili / non conseruat esse nature: sed vsus facti tm̃. ergo vbiq̃ ⁊ semꝑ proprietati huiusmodi rerũ renuntiari potest. Qꝛ autem vsus rerum alimentorũ cadat sub precepto legis nature / patet Geñ. ij. vbi legitur ꝙ ab exordio rationalis creature in statu scꝫ innocentie deꝰ dedit duo precepta homini. Unum de comendendo. Secũdum de non comendendo. primũ affirmatiuũ. secũdum negatiuũ / dicens Ex omni ligno paradisi comede. de ligno autem scientie boni ⁊ mali ne comedas. ℭ L Ergo aperte patet ex predictis ꝙ vsus rerum alimentorũ que per vsum consumũtur / sic sunt de iure nature: ꝙ etiã earum vsus cadit sub ꝓcepto diuino. Certum est autẽ ꝙ stante iure nature nullus potest dicere de aliqua re / hoc est meum. hoc tuũ. hec enim duo pronomina / vt dicit Clemens / sunt ex iniquitate ⁊ cupiditate gentium ⁊ per humanum ius introducta. vt. xij. q. j. c. ij. ⁊ dist. viij. §. j. Ergo vsus rerum que per vsum consumũtur nõ habet necessario annexum meum ⁊ tuũ. Et per consequens clare ptꝫ ꝙ vsus rerum que vsu consumũtur potest esse sine ꝓprietate ⁊ dominio. Et si quis dicat ꝙ status ille innocentie parum durauit: hoc non soluit q̃n vsus talium rerũ que vsu consumũtur / possit esse in perpetuũ sine ꝓprietate ⁊ dominio. potuit eñ ꝑmus homo nõ peccare. de conse. di. iiij. placuit. ⁊ sic vsus omniũ rerũ semper fuisset in oĩbus hominibus ⁊ omni tẽpore ⁊ vbiq̃ absq̃ ꝓprietate ⁊ dominio. Preterea constat tam de iure canonico ꝙ̃ ciuili / ꝙ tempore necessitatis extreme omnia spectantia ad huiꝰ vite sustentationem sunt omnibus hominibꝰ mundi cõmunia: ita ꝙ nemo potest dicere hoc ꝓprium est: qd̃ tempore huius necessitatis omnibꝰ hominibus cõmune est xlij. disti. sicut ibi. Nemo ꝓprium dicat qd̃ cõmune est. ff. ad le. rho. de iac. l. ij. §. idem. de conse. distin. v. discipulos. Matth. xij. ex̃ de obser. ieiu. c. ij. de consue. quãto. de regu. iur. quod non est. Incongruum est igitur dicere ꝙ iesus christus filius dei qui est etiam dominus sabbati. Mat. xij. Marci. ij. Luce. vj. ⁊ supra omnem legem: subiaceat legi imperatoris: quum etiam ipse imperator sit supra legem: nec legi sue subiectus. ff. de legi. ꝑnceps. ⁊ no. ex̃ de consti. c. j. immo etiam est supra legem nature ipse deus: quia natura ab eo / vt dicit Ambro. in hexameron / ꝙ natura rei nõ est aliud ꝙ̃ voluntas dei. Ergo iste dominus ⁊ apostoli sui quos ad imitationem sui traxit / ⁊ alij eos sequẽtes non subiacẽt legi imperatoris quãtum ad vsuꝫ rei. ℭ Certuꝫ est etiam ꝙ cui potest derogari per aliquã legem: potest pacto siue renũtiatione alicuius vniuersitatis siue collegij quãtum ad singulos ⁊ vniuersos derogari. vt expresse dicitur ⁊ no. C. de decretis decurionũ. in glos. posita super rubricam libro. x. ⁊ no. ff. de regu. iur. l. neq̃ ex pretorio. vbi dicit glos. ꝙ si vniuersitas aliqua statuat contra ius seu etiam legem: quantum ad illam vniuersitatem tenet. Patet igitur ex predictis ꝙ apostoli et fratres minores in speciali ⁊ in communi potuerunt a se abdicare proprietatem ⁊ dominiũ omniũ rerum que vsu etiam consumuntur: ⁊ sibi in omnibus rebus tm̃modo vsum facti simplicem retinere. ℭ Si vero dicatur / cuius ergo erat dominiũ rerum quibus vtebãtur apostoli: Respondetur sicut respondet Augustinꝰ pre. c. quo iure. scꝫ ꝙ iure diuino domini est terra ⁊ plenitudo eius. ps. xxiij. ⁊ lxxxviij. ergo erant dñi: sicut ⁊ res oblate ⁊ donate pauperibus dicuntur esse in dominio dei. xij. q. ij. qui abstulerit. sicut ⁊ res sacre ⁊ religiose nullius hominis sunt: nisi dei. Instit. de rerum diui. §. in nullius. in textu ⁊ in glos. Uel dicetur sicut sunt quedam que de iure naturali communia sunt: sicut sunt aer ⁊ aqua perfluens ⁊ mare ⁊ litora maris. Instit. de rerum diui. §. j. ⁊ in predicto. c. dilectissimis. Et res ecclesie non dicũtur alicuius singularis hominis vel collegij: sed quasi communes vniuersitatis omniũ fidelium que est corpus christi. xij. q. j. res ecclesie. ⁊ c. vltimo. Sic ⁊ dominiũ siue ꝓprietas omniũ rerũ quibus vtebantur apostoli erant vniuersitatis omniũ fidelium siue bonorũ: quorum sunt de iure diuino. xxiij. q. vij. c. j. Non autem potest dici ꝙ dominiũ earum esset ipsis apostolis singulariter aut eorum collegio speciali appropriatum: quũ proprietatem omniũ rerum tam in speciali ꝙ̃ in cõmuni a se abdicassent: vt sepe ⁊ sepius superiꝰ est probatum. Iunge quod notaui. s̃. e. §. si autem queratur in ꝑn. in ar. lviij. ℭ Propterea arguitur sic ad idẽ ꝙ christus ⁊ apostoli se ad statũ innocentie reduxerunt: in quo nullus ꝓprium habuit: vt supradictum est pre. c. xij. q. j. dilectissimis. ergo ⁊ ipse ⁊ apostoli. Item si cõcederetur ꝙ christus ⁊ apostoli habuerunt illarum rerum dominiũ q̃ vsu consumũtur: ex eo ꝙ vsus earum nõ possit a dñio separari: duo absurdissima sequerentur. Primũ / ꝙ ꝺm hoc christus ⁊ apostoli fuissent omnes ꝓprietarij in singulari. quia quũ quilibet vsum haberet vestis quã ferebat: et panis quẽ comedebat: ⁊ vini qd̃ bibebat: ⁊ sic de ceteris rebus que vsu consumũtur: per consequens quilibet in speciali siue i singulari habuisset dominiũ. ⁊ sic quilibet eorum fuisset ꝓprietarius. ⁊ sic ecclesia vniuersalis vsq̃ ad hec tẽpora errasset: que tenuit docuit ⁊ docet ⁊ leges fecit ꝙ religiosi quãtum ad expropriationem ⁊ abdicationẽ dñij rerum temporalium tenent figuram apostolorum. xvj. q. j. ex authoritate. ⁊ supra in. §. porro. in ar. lv. late dixi. Nam ꝺm hoc nulli tenerent figuram apostolorũ: nisi habentes dominia et ꝓprietatem rerum in speciali. Et sic quũ omnis vera consequentia perfectionis nulla esse possit: nisi illa que a christo ⁊ apostolis exemplo ⁊ verbo docta est: nullus haberet statum ꝑfectionis: nisi haberet dñium ⁊ ꝓprietatem rerum in speciali. qd̃ dicere erroneum est ⁊ falsum. Et etiam ꝺm hoc omnes sancti q̃ statum expropriationis omniũ rerum in speciali ita habuerunt ⁊ docuerunt / vt nec panem nec vestem nec aliud aliquid dicerent ꝓprium: nec haberent tamꝙ̃ statum perfectiõis a christo ⁊ discipulis eius edoctũ: errassent. ℭ Secũdum / etiã sequeretur ꝙ christus ⁊ apostoli in singulari habuissent dominia ꝓprietates ⁊ possessiones pecuniarum. nam quũ pecunia inter res illas que vsu consumuntur cõnumeretur. vt Instit. de vsufructu. §. constituitur. ⁊ ex̃ de pig. c. vltimo. ⁊ Io. iiij. dicitur ꝙ discipuli eiꝰ abierunt in ciuitatem: vt cibos emerent. per quod videtur ꝙ haberent pecuniam ad emendum. Sed eoipso quo pecuniam habuerunt: ipso facto dominiũ ipsius pecunie habuerũt: vt dicta opinio arguit: ergo ⁊ possederunt: ⁊ possidere licite iure ꝓprietatis ⁊ dñij potuerunt aurũ pecunias ⁊ argentũ. qd̃ est cõtra textum euangelij Matth. x. Nolite possidere aurũ ⁊ argentũ neq̃ pecuniã in zonis vestris. Preterea si vera esset dicta obiectio que sit de ijs que vsu consumũtur: non faceret aliquid ad questionem propositam. quia non argueret ꝙ christus ⁊ apostoli habuerunt aliquod dominiũ in cõmuni: sed potius in speciali. ℭ Preterea nec huiusmodi lex ad obiectionẽ probandam in contrarium allegata. ff. de vsufruc. ea. re. que vsu consu. l. si vini. nec alique alie similes ꝓbant ꝙ vsus illarum rerum que vsu consumũtur / nõ possit a ꝓprietate ⁊ dominio separari: quia nõ loquũtur in vsu facti simplicis: qui vsus nihil iuris habet annexum. sed loquũtur in vsufructu. vnde merito ⁊ optime differentiam facit dicta decre. exijt / inter ista: dicens ꝙ est ꝑcipuum considerare in rebus proprietatẽ / possessionem / vsufructum / ius vtendi / ⁊ simplicem facti vsum / tamꝙ̃ diuersa ⁊ diuersarum rationũ: quia simplex facti vsus vtentibus nihil prebet iuris. At qui habet vsufructum habet ius in re: ⁊ vtilem possessionem illius rei in qua habet vsufructum. vnde lex definit vsufructum sic dicens. ℭ D Usufructus

est ius vtendi ⁊ fruendi rebus alienis salua rerũ substãtia. ff. de vsufruc. l. j. ⁊ ex̃ de pigno. c. vltimo. ⁊ Insti. de vsufruc. in ꝑn. Et alibi dicitur ꝙ vsufructus est ius quoddã incorporale ⁊ qd̃ in iure tm̃ consistit. sicut hereditas est ipm̃ ius hereditatis: ꝙuis in hereditate contineãtur res corporales. sed ⁊ vsufructus est incorporale quoddã ius vtendi ⁊ fruendi: ꝙuis fructus qui percipiuntur ex fundo in quo quis habet vsufructum / sint corporales: vt hec ꝓbantur Instit. de re. corpo. ⁊ incor. per totuꝫ. ⁊ hoc ius vtendi ⁊ fruẽdi est per leges imperatoris introductũ. q̃ etiam leges dicũt ꝙ ille res que etiam vsu consumũtur / ꝓprie non recipiunt vsufructum. vt Instit. de vsufruc. ea. re. que vsu cõsu. l. j. ⁊. ij. ⁊ quia in eis vsus et fructus q̃ est ius vtendi et fruendi rebus salua rerũ substantia / ꝓprie nõ consistit: quia substantia rei que ipso vsu consumitur / non potest esse salua: ideo improprie dicit̃ ꝙ vsufructꝰ talium rerũ separetur vel nõ separetur a dñio: quia vsufructus qui nõ est / separari vel vniri nõ potest. ff. de vsufruc. lega. l. sempronius accaldus. nec desinere põt vsufructꝰ. l. titio vsufructus. Usufructus autem in rebus q̃ vsu cõsumũtur / ꝓprie nõ cõsistit. ergo nec transire potest cũ dñio: nec ab eo separari põt: quia nusꝙ̃ est. Et ꝙuis in rebus talibus vsufructus ꝓprie non consistit: vtilitatis tamen causa ex interpretatione benigna lex statuit ꝙ vsufructꝰ in his rebus constitui possit. vt in dicto. §. constituitur. et in dicta. l. ij. ff. de vsufruc. ea. rerum que vsu cõsu. In. l. etiã in contrariũ allegata dꝛ / Si vini olei ⁊ frumenti vsufructus legatus fuerit: ꝓprietas ad legatariũ transferri debet: ⁊ ab eo cautio desiderãda est. vt si quãdo is mortuꝰ fuerit aut capite minutus sit: eiusdeꝫ qualitatis restituatur: aut estimatis rebus certe pecunie noĩe cauendũ est. ad idem ex̃ de pigno. c. vltimo. ⁊ habens talem cautionẽ ipsam rem iuris interꝑtatione hr̃e censetur. ff. de solutionibus. qui ergo soluit. ⁊. ff. si certũ peta. l. si tibi. ⁊. ff. de regu. iur. qui actioneꝫ. cũ si. Ex quibus etiã ptꝫ ꝙ ꝓpositio que dicit̃ / In ijs rebus que vsu consumũtur vsufructus non põt a dñio siue ꝓprietate separari / non cõtinet veritatem: siue accipiatur vsufructus vere ⁊ ꝓprie ꝺm definitionẽ vsufructus: qui ꝺm hunc modũ sumendi in rebus talibus vsufructus nullo modo cõsistit: qꝛ definitio ipsiꝰ rebus nõ competit: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs nec diffinitũ. siue sumat̃ improprie vsufructus ꝑ quasi vsufructu: sicut ⁊ in rebus incorporalibus nõ dꝛ quis habere possessionẽ: sed q̃si possessionẽ. ff. de serui. l. vltima. ex̃ de causa pos. cũ ecclesia. qꝛ ꝺm hunc modũ sumendi sicut ex benigna interpretatiõe ⁊ vtilitatis causa ꝑ legẽ statutũ est ꝙ in his rebus quasi vsufructus cõseruatur: sic eadem interꝑtatione fit quasi q̃dam separatio: duꝫ is cui vsufructus vini ⁊ olei siue pecunie legatus est: in his rebus sibi legatis et traditis ad fruendũ debet hr̃e quasi vsufructũ. ⁊ is cui debet fieri restitutio tante quãtitatis vini ⁊ olei adueniẽte morte vel capitis diminutione fructu ipsam rem hr̃e videt̃ quũ habeat actionẽ: vt ꝓbatũ est. Dicta etiã lex Si vini / q̃ dicit / Proprietas vini ⁊ olei ad legatariũ transferri dꝫ: loquit̃ de illo qui erat capax ꝓprietatis. ⁊ ideo secus esset in ijs ꝑsonis q̃ nõ sunt capaces ꝓprietatis: vt serui ⁊ religiosi / vt superius est ꝓbatum. ℭ Ex q̃bus concludit̃ ꝺm oĩa iura tam diuina ꝙ̃ canonica ⁊ ciuilia ⁊ ꝺm determinationẽ decre. Exijt / ꝙ ꝓprietas ⁊ dominiũ omniũ rerũ vtibiliuꝫ etiam earũ que vsu consumũtur põt abdicari: ⁊ ei penitꝰ renũtiari: ⁊ vsus simplex facti earũ haberi ꝑ ipsos renũtiantes tali ꝓprietati ⁊ dñio in spãli ⁊ in cõmuni. vt per ꝯ ꝙ talis vsus facti põt a ꝓprietate ⁊ dñio separi. ⁊ sicut equꝰ habet vsum facti auene vel feni qd̃ comedit: nec hꝫ aliqd̃ dñium: sic seruus ⁊ religiosus expropriatus habet vsum simplicẽ facti in vino / pane / ⁊ vestibus / ac alijs rebus q̃ vsu consumũtur: ⁊ tñ in his nec ad momentum hꝫ dñium aliqd̃ / nec aliquã ꝓprietatem / nec ius vtendi: sed simplicẽ facti vsum: q̃ nihil iuris tribuit in vtendo: vt dictũ est. sed iuste vtitur: qꝛ ab habente dñium ei concedit̃. Adde hic qd̃ de ista materia plene scripsi supra in. §. Itẽꝫ simplex facti vsus. in. lvj. ar. Et hoc semꝑ dixi saluis cõstitutionibus dñi pape Io. de ista materia loquẽtibus: quarũ intellectibus sto. que etiam nõ contradicunt veraciter intellecte declarationibus fratrum minorũ: sicut supra scripsi in earũ concordia in. §. restat inter hec. in ar. lix.

ℭ Articulus. lxj. A

Religio autẽꝫ almi

Francisci viri apostolici vere hoĩs missi a deo cui nomen ꝑmo fuit Ioãnes: qui venit in hũc mũdum: vt vita ⁊ v̉bo christo lumini testimoniũ perhiberet. Io. j. que approbat ⁊ cõtinet dictam expropriationẽ tã in speciali ꝙ̃ in cõmuni: quã christus ⁊ apl̃i habuerunt. de qua supra copiose tractaui. lv. ar. vsq̃ huc. Non fuit ficta aut picta aut mathematica: sed digito dei scripta. Luce. xj. q̃ a spũsancto eidem reuelata: euãgelica veritate subnixa: ac Innocẽ. iij. data ab Honorio. iij. ⁊ alijs ꝙ̃ plurimis romanis pontificibꝰ approbat̃ a Greg. ix. Inno. iiij. Alexãdro. iiij. Nico. iij. Clemẽte. v. in Uiẽnensi concilio declarata: ⁊ a dño Io. papa. xxij. vltimo roborata: corpore iur̃ clausa. ex̃ de v̉bo. sig. exijt. li. vj. Et in Clemen. eo. tit. exiuĩ de paradiso. Per vitã multorꝫ sanctorꝫ ⁊ quorũdaꝫ ab ecclesia canonizatorꝫ eam profitentiũ authenticã. ab emulis ⁊ dyscolis ⁊ male de euangelio christi sentiẽtibus impugnata: sed semꝑ a sctã romana eccl̃ia defensata. Cuiꝰ religionis ⁊ regule ꝓfessores nõ colunt eccl̃iam aberrãtem: sed ecclesiã romanã nõ habentẽ maculã neq̃ rugã. Ephe. v. xxj. dis. ꝙuis. xxiiij. q. j. oĩbus. neq̃ a veritate spõsi sui qui christus est / deuiantẽ: sed in ea ꝑseuerantẽꝫ. xxiiij. q. j. a recta. Nam Donati Sabellij Arrij ⁊ Macedonij ecclesia est depicta: saltem quãtum ad effectũ sacramentorum. j. q. j. siquis inq̃t. nõ sancta romana eccl̃ia: q̃ nũꝙ̃ extitit fornicata: sed sancta ꝑstitit ⁊ imaculata. xxiiij. q. j. qm̃. Quid eñ aliud esset ꝓfessoribus huiꝰ regule aliã regulã recipere: istam imutare: maxime a fundamento pauptatis eradicare: nisi actu cõtrario ꝯfiteri ꝙ almus Franciscus istius euãgelice regule institutor et eius socij et alij inumerabiles sancti fratres post eũ: ⁊ oẽs a tꝑe suo vsq̃ huc q̃ eũ exaltauerũt / ꝑuilegiauerũt / declarauerũt / ꝯfirmauerũt / romani põtifices ⁊ gñalia ꝯcilia sacrosancte romane eccl̃ie errauerũt: Absit a ꝓfessoribꝰ huiꝰ sctẽ regule ⁊ ab alijs filijs q̃buslibet eccl̃ie orthodoxe talis ꝯfessio q̃ esset fidei ⁊ clauiũ eccl̃ie eneruatio. Absit etiaꝫ a q̃cũq̃ beatissimo papa nostro ꝙ de hac regula apl̃ica ⁊ euãgelica aliud sentiat ꝙ̃ sui ꝑcessores ⁊ gñalia ꝯcilia a tꝑe bti Frãcisci senserunt. ℭ B Non eñ vicarius dei destruet: sed construet / ꝯfirmabit ⁊ approbabit / que sui ꝑcessores sancte ⁊ ꝑmature fecerũt: ⁊ leges eccl̃iasticas ediderunt. qꝛ vnũ est regnũ ecclesie non diuisum. xxv. q. ij. si ea. ⁊. q. j. in oĩbus. c. vsq̃ ad. §. si ergo. maxime in. c. sunt q̃dã. Sunt q̃dam dicẽtes romano põtifici semꝑ licuisse nouas cõdere leges. qd̃ ⁊ nos nõ solũ nõ negamꝰ: sed etiã valde affirmamus. Sciendũ v̉o summope est: qꝛ inde nouas leges põt cõdere / vñ euãgeliste aliq̃d ⁊ ꝓphete nequaꝙ̃ dixerũt. Ubi vero aperte dñs vel eius apl̃i ⁊ eos sequẽtes scti pr̃es sententialiter aliq̃d definierũt: ibi nõ nouã legẽ romanꝰ põtifex dare / sed potiꝰ qd̃ ꝑdicatũ est vsq̃ ad aĩam ⁊ sanguinẽ cõfirmare dꝫ. Si eñ qd̃ docuerũt apl̃i ⁊ prophete destruere (qd̃ absit) niteretur: nõ sniam dare / sed magis errare cõuincerẽt. Sed hoc ꝓcul sit ab eis q̃ semꝑ dñi ecclesiam cõtra luporꝫ insidias optime custodierunt. hucusq̃ Urbanus papa in dicto. c. sunt quidam. Sed et nũquid iste christi discipulus christo ꝯfixus. Gala. v. etiã corporaliter Frãciscus nouã adinuenit regulã: aut eã de sensu carneo eructauit: minime. Nam dicit lr̃alis ꝓfessio sanctũ euãgelium obseruare in ꝑncipio regule ⁊ in fine. In ꝑncipio dicit sic. Regula ⁊ vita minorꝫ fratrũ hec est: scꝫ dñi nostri iesu christi sanctũ euãgelium obseruare ⁊c.

Professionis fratrum minorꝫ commẽdatio

Universidad de Deusto Biblioteca

⁊ in vltimo.c.dicit sic. Paupertatē ⁊ humilitatem ⁊ san-
ctū euangeliū dñi nostri iesu christi qđ firmiter ꝓmisim⁹
obseruemus.qđ est intelligendū ſm qđ sancta ecclesia ⁊
sancti doctores eā sequētes ipsam declarant. nō ꝙ regu-
la beati Frācisci sit vere ⁊ ꝓprie idem ⁊ ipm euangeliū
qđ christi: ⁊ ecōuerso: ⁊ ꝙ dñs papa non habeat ptātem
sup eā sicut nec sup euāgeliū: vel q̄cq̄d est in regula bti
Francisci totū christus ad literā obseruauerit: vel aplis
imposuerit obseruandū.q: hoc verum nō esset: sed qđ re
gula bti Francisci sit vere ⁊ ꝓprie illa euāgelica quā chri
stus in seipso seruauit: ⁊ aplis imposuit: ⁊ in euāgelijs cō
scribi fecit.sicut cōstat p decre.exijt.ex de ṽbo.sig.lib.vj. ⁊
ꝓpter irrefragabilia testimonia librorū euāgeliorū ⁊ cete
rarū scripturarū sanctarū. ⁊ sanctos expositores earū: et
sicut cōstat p cōsilium multorū magrorū in theologia da-
tum Auinione dño pape Joā.xxij. vt.s.in.§.restat inter
hec.in ṽsi.preterea.in ar.lix.posui.Unde ꝓfessores istius
regule ꝓmittunt in effectu ⁊ in veritate sanctū euāgeliū
seruare pure ⁊ pfecte ſm intellectū ecclesie ⁊ sanctorū. vt
nulla alia obseruantia euangelica ista Francisci purior
possit esse: nec sibi in pfectione pfectissima euāgelica ade
quari.vñ dicit p̄dicta decre.Exijt de professoribus istius
regle christi semitas arcti⁹ ꝙ ceteri elegerūt.Et ꝓpterea
sanct⁹ iste Franciscus signifer christi in vltimis tēporib⁹
euāgelij christi obliterati verbalis ⁊ realis cū suis filijs
legitimis in carne totaliter mortuis purissimus repara
tor/dicebat vt legit in legenda antiqua eius/quā compo
suit frater Joānes de celano hanc regulā librū vite/spem
salutis/medullam euāgelij/viam pfectionis/clauē para-
disi/pactū eterni federis. ¶ Et si dicat ꝙ puritas illi⁹ re-
gule a suis ꝓfessoribus nō seruat: fatendū est.q: dies ma
li sunt.Ephe.v. ⁊ carne pleni. Nec aliqua ꝓfessio est q̄ pu
re hodie obseruet.sed nihilomin⁹ multi sunt in illa euan
gelica ꝓfessione ipsius purissimi obseruatores: necnon
illa cōmunitas plus obseruat de paupertate ⁊ puritate
euāgelica ꝙ regularis cōmunitas q̄ sit in mūdo. vñ etsi
in ista ꝓfessione euangelica dicat ꝙ filij pactū nō serua-
uerunt: pactū tñ in semetipso/q: eterni federis est/immobi
le est: ⁊ in suis purissimis filijs aplorū ductorū ⁊ rectorum
gregis dñici.vij.q.j.sciscitaris.sic exponitur illud p̄s.lxv.
Cum incenso arietū.i.cū oratione aplorū arietū pinguiū
⁊ taurorū aplorū duobus cornibus.i.authoritatibus testa
menti veteris ⁊ noui ventilantiū fidei inimicos. xxiij.q.
iiij.cū in lege.obseruabile ⁊ possibile est: q: euāgelicū est.
Asserere aūt ad seruandū eē impossibile blasphemia est:
quia lex maxime euāgelica nō est de impossibili.ff.de reg.
iur.impossibiliū.ex de pac.c.vltimo.iiij.di.erit aūt.Corri-
genda ergo p̄uaricatio: nō abolenda euāgelica sanctio.
Reducat homo.xxiij.q.iiij. duo. Non feriat Franciscus
terrestris angelus.Ardeat palea: reponat granū. Mat.
xiij.xxiij.q.vij.c.j.de ɔse.di.iiij.cū vnitas.Cōculcet amur-
ca.Recondat oleū in lechito.iiij.Reg.iiij.Non diffamen
tur p̄res antiqui q̄ arctas ⁊ paternas regulares ⁊ ij qui
eos seq̄ desiderant semitas tenuerūt. Prouideat mater
eccl'ia debilioribus impugnantib⁹ statū suū sanctissimū q̄
nō curauerūt regulā nec curant. Nūquid p̄ualebit falsi
tas veritati cōmista: Separet p̄ciosum a vili. Hiere.xv.
ouis morbida ne sanas inficiat.xlv.di.sed illud.ex de sta.
mona.ea que.Samaritan⁹ in duas partes claudicās/le
gem ⁊ idolum: nō vtatur cū ꝑplo isrl. Jo.iiij.q: viri israe
lite nō hñt deū recentē nec deū alienū ſm Dauid in p̄s.
lxx.Sed vnus est eis deus christus dñs: cui⁹ est euange
lium sacrosanctū qđ in arcanis pectoris cōscripsit/serua
uit/ ⁊ sequētibus se seruare p̄cepit ille vir Franciscus ve-
stitus lineis paupertatis ⁊ puritatis: atramentariū scri-
ptoris euangelij habens ad renes suos. Ezech.ix.q̄ ⁊ ad
literā ptātem habuit signandi tau.T.in frontib⁹ gemen
tium ⁊ dolentiū. vñ ait Frāciscus christo/Feci sicut p̄ce-
pisti mihi. ⁊ vbi đ:. Si autē querat quē intellectū habuit
iste Frāciscus scriptor in regula sua de ista exproprlatio-
ne: non a seipso locutus est: q: subtilitates iuriū ignora-
bat.nec multū puto sciuisset discernere inter proprium/ ⁊
possessionē/vsufructū/ius vtendi/ ⁊ simplicē facti vsum.
Sed quū esset christi discipulus cui datum erat nosse my
steriū regni dei.Mar.iiij.Luce.viij.didicit glossare euan
gelium qđ ꝓmiserat lumine spūssancti q: paruulus erat.
Matth.xj.et in p̄s.cxviij. Intellectū dat paruulis.Dicit
ergo sic in sua regula euāgelica ⁊ ecclesiastica q: ecclesia
catholica que regulā approbauit ⁊ dedit/dicit ꝙ Franci
scus fratres dixit in cōmuni nō frater: q: pluralis locutio
plures cōprehēdit.iiij.q.iij.vbi numerus.§.fratres nihil
sibi qđ nedum spālitatem sed etiā cōmunitatem respicit
appropriēt.qđ ⁊ declarat amplius. Sed tamq̄ aduene
⁊ peregrini in hoc seculo in paupertate ⁊ humilitate do
mino famulātes/vadant p eleemosyna cōfidenter.Quā
exproprlationē sicut intellexerat sanctus Franciscus: sic
eam romani pontifices Greg.ix.Innocē.iiij.Alexan.iiij.
Nicolaus.iiij.Clemens.v.declarauerūt esse nedū in spe
ciali sed etiam in cōmuni.Sicut autem scripsit et docuit
iste Frāciscus atramentarius simplex litera/sensu gna-
rus: sic ⁊ vixit: ⁊ fratres suos viuere precepit.Nam sicut
scripserūt socij sui vita ⁊ miraculis corusci: nolebat locū
a fratribus recipi nisi ꝓprium haberet patronū cui⁹ no-
mine locus a fratrib⁹ teneret.Semel audiens ꝙ quidā
frater dicebat ꝙ veniebat de cella fratris Francisci: am
plius ipse illā cellā ꝓpter ꝓpositionē nō introiuit. Trās
iens p Bononiā audiens domū fratrū/in eam igressus
nō est.qn insup mandauit fratribus ꝙ de ea exirent. vñ
qui hec scripsit testimoniū perhibet ꝙ de ea infirm⁹ exi
uit: quousq̄ dñs Hugo cardinalis legatus i platea ibi
dem publice p̄dicauit ꝙ domus illa in qua fratres habi
tabant/nō erat fratrū: sed ecclesie romane: ⁊ tūc fratres
redierunt ad eam.Quādo etiam sibi aliq̄d dabat ab ali
quo ad vsum suū: a dante semp petebat licentiā ꝙ rē illā
posset magis egenti donare. ⁊ hoc nedum in ꝓfanis/sed
etiam in rebus ecclesiasticis obseruabat: nolens in eis
proprietatem aliquā habere.Unde q: eccl'iam scte Ma
rie de angelis cōcessit abbas sancti Benedicti de monte
subasio cum suis monachis btō Francisco ad faciendā
ibi caput ordinis sui: omni anno sctūs Franciscus mitte
bat sibi fiscellā plenā pisciculis q̄ vocant lasque in signū
tributi: ⁊ ꝙ dñium ecclesie erat abbatis: ⁊ nō fratrū. ⁊ do
minus abbas videns tantā exproprlationē fratrū/mitte
bat eis vasculū plenū oleo. Qua de re sctūs Franciscus
in testamēto suo spūs ⁊ nō carnis qđ ipse fecit/mādauit
fratrib⁹ ꝙ in domib⁹ ⁊ locis vbi fratres manebant tāq̄
aduene ⁊ peregrini maneret: nullū ibi plus ꝙ in domib⁹
seculariū dñium vendicantes. Nec volebat ꝙ fratres ex
pulsi de loco querimoniā ꝓponerent ɔtra quēq̄: sed ꝑse
cutionē pacifice sustinentes ad loca alia se trāsferrēt.vñ
q.j.ois qui gemebat.c.sicut. ⁊.c. aduersitas.§.hoc etiam
tunc memor discipulus magistri nō habēris vbi reclina-
ret caput.Matth.viij.Luce.ix.nō ergo vero fratri mino-
ri nec alteri dubiū pōt esse de exproprlatione vera etiam
in cōmuni: ex quo sic sctūs noster ⁊ sancta mater ecclesia
declarauit sequēs sensum ⁊ intellectū sanctorū patrū ec-
clesie orthodoxe. ¶ Si dicat ꝙ nō sit regulā vel ordinem
dare sine ꝓprio in cōmuni: hoc expresse ɔtra p̄dictos pon
tifices romanos declarantes istam regulā apostolicā est.
⁊ ideo ꝓ veritate antea patiendū est/ꝙ sancte regule de-
structioni ɔsentiendū.Matth.v.xj.q.iij. nemo. xxxij.q.v.
ita ne.q: Francisci q̄nimo christi regulam spopondit or-
do: nō aliam.ꝓpter pctā preuaricatorū posset destrui ista
cōgregatio: nō euangelica vnio ⁊ possessio. vide.s.e.ar.
ṽsi.sed ⁊ nūquid. ⁊.s.§.restat.ṽ.p̄terea.in ar.lix.Corpus
potest occidi: nō anima.timeatur ille qui potest corpus ⁊
animam perdere in gehēnam.Matth.x.Luce.xij.xj.q.iij.
nō solum. ⁊.c.nolite.Occisus est christus: sed resurrexit.
Mar.vltimo.dicebāt discipuli/Dubij sperabamus.Luce
xxiiij.sed nos certificati dicimus cū Dauid quia redeunt

⁊ redimet israel ex oībus tribulationibus suis. Nūquid
mortuus est Frāciscus: semel mortu⁹ est in cruce cū chri-
sto.Phil.ij.Jam nō plus morit.Roma.vj.nec discipulus
eius verus morit si in cruce morit. si aūt in cruce nō mo-
ritur: vere morit. ⁊ in ipso Franciscus moritur: nec resur
git.sed in suis crucifixis resurgit ⁊ resurget discipulis nō
fictis ⁊ phantasticis: sed veris ⁊ fidelibus nō claudican-
tibus in duas partes.iij.Reg.xviij.xlix.di.c.j.ṽ.claudus.
sed iter rectū bethsamis agētib⁹ ⁊ gemētibus.j.Reg.vj.
¶ Non errauit sancta mater eccl'ia in Frācisco: nec fuit
decepta: nec nos errauim⁹ eū sequētes. Per ostiū eccl'ie
intrauit.Joā.x.Frāciscus. Singularē obedientiā p se ⁊
p suo ordine p̄mo pape Honorio repromisit: sicut in pri
mo.c.regule ɔtinet. Protectorē cardinalē gubernatorē
sue religionis ⁊ fraternitatis mādauit p obedientiā fra-
trib⁹ semp a dño papa peti. vt semp subditi ⁊ subiecti pe
dibus eiusdē sctē eccl'ie stabiles in fide catholica paupta
tem ⁊ humilitatē ⁊ sanctū euāgeliū dñi nostri iesu christi
qđ firmiter ꝓmiserant obseruarent. vt in vltimo.c.regu-
le ɔtinet.Adde ad istū ṽsi.qđ scripsi.j.in.§.offendūt.ṽ.pe
nultimo ⁊ vlti.in ar.lxvj. Non fuerūt filij quidā degene-
res contenti de regula sancta ⁊ possibili sꝫ arcta: q: tota
euāgelica q̄ ducit ad vitā.Mat.vij. ⁊ testamēto scti p̄ris
⁊ ideo hereditate celesti indigni/vt in regula sctā đ: in.c.
fratres nihil sibi appropriēt. ⁊.C.de fidei cō.l.vlti.xj.q.iij.
syluester.ex de vo. ⁊ vo.re.licet.rectos ⁊ simplices eos p̄r
eorū purissim⁹ fecerat: literā regularē euāgelicā eis dede-
rat: a qua volētes recedere declarationes a sctā romana
eccl'ia obtinuerūt ɔtra voluntatem p̄ris. ⁊ sic se a tpe suo
multis questionib⁹ immiscuerūt. Eccl's. vij.in si. vsq̄ in
hodiernū diē. Male em̄ seruātes regulā/ ⁊ declarationes
quō obseruabūt: nō em̄ declarationes noua regula sunt:
sed eā declarāt.ex de elec.cū expediat.lib.vj. ⁊ de p̄ben. q:
sepe.li.vj.quas si seruarēt: ⁊ regulā vtiq̄ obseruarēt. Sꝫ
certi existāt hui⁹ sancte regule ꝓfessores p̄ntes ⁊ futuri/
ꝙ nisi redeant ad regule puritatē cuius declaratio testa
mentū p̄ris Frācisci est: nunq̄ deerit in ordine tribulatio
corporalis ⁊ spūalis dans auditui intellectū.Esa.xxviij.
Utinā ergo roman⁹ pōtifex tolleret qđ supaddidit huic
regule. ⁊ vtinā declaratio fuerit deo grata: qđ presumo:
ꝓpter multos regule impugnatores maxime tpe Jo.pa
pe.xxij.inter quos p̄cipui fuerūt ipsius regule ꝓfessores.
super quo vide qđ scripsi.j.in ar.lxviij.§.porro.licet a ro-
manis pontificib⁹ cōdescendentibus infirmis pie data:
sed ex ea mortis ꝓpter p̄uaricationē occasio subsecuta.
Tollat inquā charitas p̄uilegium: q: nulla maior ꝓprie
tas fratrib⁹ minoribus ꝙ priuilegiū: qđ est lex p̄uata.iij.
dist.priuilegia.ex de ṽbo.sig.abbate. quū ipsi tamq̄ viri
euāgelici subiecti esse debeant oī creature: maxime prela
tis eccl'ie ꝓpter deū.j.Pet.ij.vltra medium.ex de maio. ⁊
obe.solite.j.rñ.more apostolico in tribulationib⁹ gaudē-
tes.Actuū.v.in si. ⁊ ideo oī iuri nedum p̄uilegio renūtia
uerūt ꝓpter deum: ⁊ hoc fuit eorū ius ⁊ p̄uilegiū/ nō hr̄e
ius ⁊ p̄uilegiū sup terrā.Quid em̄ magis facit in mūdo
fratres miores maiores ⁊ p ɔsequēs superbiores ꝙ p̄ui-
legia: ergo vere ɔtra nomen eorū ⁊ ꝓfessionem sunt. Et
ideo dicebat pater eorum Frāciscus humilis. Hoc sit no
strū p̄uilegiū fratres nō hr̄e aliqđ p̄uilegiū sup terram.
Certū est em̄ apud clare ⁊ oculo puro istū statū speculā-
tes: ⁊ q̄ sua sunt nō querētes. Phil.ij.lxiij.di.nosse.ꝙ oīa
p̄uilegia/excepto regule approbationis ⁊ ɔfirmationis
p̄uilegio/sunt ɔtra regule puritatē pauptatē ⁊ humilita
tē.Et ideo dixerūt quatuor fratres minores magistri in
theologia regulā exponētes/ꝙ timendū ⁊ cauendū erat
fratrib⁹ ne ꝓpter p̄uilegia recederent a regule puritate.
⁊ adde hic qđ scripsi.j.in.§.offendūt.ṽ.volētes.cū ṽsi.se-
quē.in ar.lxvj. ¶ Tollat etiā cadauera mortuorū.i.sepul-
turas.q: p mortuis fratres cū clericis litigāt tota die: et
mortui sepeliūt mortuos. Matth.viij. vbi Chrysosto.in
homil.Monstrat q̄m nihil celestib⁹ negotijs nobis ma-
gis necessariū esse opꝫ: ⁊ q̄m cū toto studio ijs iungi de-
bemus: ⁊ neq̄ paruum tardare etiā si valde ineuitabilia ⁊
incitantia fuerint q̄ attrahunt. Quid em̄ magis necessa
riū erat ꝙ sepelire p̄rem: quid etiā facilius: Neq̄ em̄ tp̄s
multū cōsumendū erat. Per hoc etiā cum dñs a multis
malis eripuit: puta luctibus ⁊ meroribus: ⁊ ab ijs q̄ hic
expectant. Post sepulturā em̄ necesse iā erat ⁊ testamen
tū scrutari ⁊ hereditatis diuisionē ⁊ alia hmōi. ⁊ ita flu-
ctuationes ex fluctuationibus ei succedentes alōge eū
a veritatis abducere portu. ⁊ ita nec ex hoc incusat cru-
delitatis: sed ɔtrariū crudelitatis esset.Et multo magis
malū est abducere hoīem a spūalib⁹ sermonib⁹. hucusq̄
Chrysostom⁹ ⁊c. q̄ authoritas ⁊ sequēs nos miseros fra-
tres minores istius tēporis ad literā ꝑcutit cū sepulturis
⁊ testamētis nostris: sine q̄bus nō credim⁹ infideliores
volucribus nos posse viuere. Matthei.vj. ⁊ in.c.regule.
Uadant p eleemosyna confidenter. Item ibi Hilarius.
Si aūt mortuū sepelit mortu⁹: nō debem⁹ curā hr̄e mor-
tuorū sed viuentiū: ne dum soliciti sum⁹ de mortuis: nos
quoq̄ mortui appellemur. Item ibi Raban⁹. Notandū
est etiā in hac sententia ꝙ aliq̄n minora bona p̄termittē-
da sunt p vtilitate maiorū. ¶ Tollat etiā papa fratribus
minoribus cathedras magrorū. q: iam fratres minores
vocari Rabi ab hoīb⁹ summo desiderio anhelāt. Mat.
xxiij.vbi Chryso.Uocari volūt: nō esse. Nomē appetūt: ⁊
officiū negligūt. Ad lrām frēs minores ⁊ p̄dicatores le-
ctores fieri ⁊ dici cupiūt: ⁊ nō esse.ɔtra id.xliij.di.oratoriū
xvj.q.j.si cupis.ex de p̄ben.cū ſm. Et q: tales sentire no-
lunt onus lectoratus: nec emolumentū in cibis ⁊ vestib⁹
⁊ potib⁹ fecūdioribus sentire debēt.ex de reg.iur.qui sen
tit.li.vj.xij.q.ij.eccl'iasticis. Honores plationū. q: fratres
minores q̄ subesse cōsueuerant: p̄esse desiderant. quū tñ
dñs dixerit aplis quorū vitam ꝓfitentur. Quicūq̄ volue
rit inter vos maior fieri/sit vester minister. ⁊ quicūq̄ vo-
luerit inter vos p̄mus esse/erit vester seru⁹. Matth.xx. ⁊
Luce.xxij.ad si. ⁊ p̄cedit in illo. Principes gentiū dñant.
eorū.vbi Chryso. Ostendit aūt in hoc ꝙ gentile est p̄ma-
tus cupere. ⁊ sic gentiū cōparatiōe eorū aīam estuantem
cōuertit.xl.di.quicūq̄ p̄matū.Et idē introducit differen
tiā inter p̄cipes mūdiales ⁊ eccl'iasticos: ostēdēs q: p̄n
cipatus in christo nec ab aliq̄ appetēdus est.viij.q.j.licet.
⁊.c.qui ep̄atum. ⁊.j.q.vj.sicut.nō habenti.nec alteri inui-
dendus est habēri.q: p̄ncipes mundi ideo sunt: vt dñent
minorib⁹ suis: ⁊ eos seruituti subijciant: ⁊ expoliēt ⁊ vsq̄
ad mortē eis vtant ad suā vtilitatē ⁊ gl'iam. Principes

Eccl'iastici ⁊ secularis p̄ncipat⁹ discrimen.

aūt ecclesie sunt ⁊ fiūt: vt seruiāt minoribus suis: ⁊ mini-
strent eis quecūq̄ receperūt a christo: vt suas vtilitates
negligāt/ ⁊ eorū ꝑcurent.vide qđ legit ⁊ no.xij.q.iiij.c.ij.
in glos.his habes. ⁊ mori nō recusent p salute inferiorū.
Primatū ğ eccl'ie cōcupiscere/neq̄ iustum est neq̄ vtile.
Quis em̄ sapiēs vltime vult se subijcere seruituti/ ⁊ peri
culo tali vt det rōnē.ex de officio p̄mice.c.j. ⁊ de accu.q̄li-
ter.ij.de oī eccl'ia: nisi forte qui nō timet dei iudiciū: abu-
tens p̄matu suo ecclesiastico seculariter: ita vt cōuertat il
lum in seculare: vide.xl.dist.ante oīa. hucusq̄ Chryso. Et
ibi Orige. Ecclesiarū ğ p̄ncipes imitari debēt christū ac
cessibilem ⁊ mulierib⁹ loquētem. Joā.iiij. ⁊.viij. ⁊ pueris
man⁹ imponentē. Matth.xvij. ⁊ discipulis pedes lauan
tē. Jo.xiij. vt ⁊ ipsi simil'r faciant fratrib⁹. de ɔse. di.iiij.ꝓ-
prie.xciij.di.dñs noster. Nos aūt tales sum⁹: vt etiā p̄nci-
pū mūdi excedere supbiā videamur: vel nō intelligētes
vel contēnentes mādatū christi. ⁊ q̄rimus sicut reges aci
es p̄cedere: ⁊ terribiles nos maxime pauperibus exhibe
mus: nullā affabilitatē hn̄tes vel hr̄i ad nos ꝑmittentes.
Item ibi Chryso. Quātūcūq̄ tu humiliatus fueris: non
poteris tñ descendere quantū dñs tuus. Phil.ij. ¶ Tol
lat etiā sicut ⁊ fecit in sua cōstitutione q̄ incipit/Ad cōdi-
torē/remedia ꝓcuratorū rerū tēporaliū/emulatorū ⁊ aīa-
rū inimicorū. Dimittat intactā p dei honore regulam fra
trū minorū. Uere hoc est p̄uilegiū lex p̄uata.dist.iij.p̄uile-

Universidad de Deusto Biblioteca

gia.oculis carnalium occulrata.Hec est illa crucis stulti
tia.j.ad Cor.j.quā impugnat carnis prudētia.ad Rom.
viij.sed btūs qui non fuerit scandalizatus in ea.Mat.xj.
Fateor: Francisci regula semp fuit iudeis fratrib9 totali-
ter literalib9 scandalū:gentibus fratrib9 carnalib9 terrā
comedentib9 stultitia:fratrib9 vo discretis ꝛ spūalib9 vir
tus dei ꝛ sapia.j.ad Cor.j.Existimo ꝙ pater noster pphe
ta de tribulatione nostra q̄ est de regule impugnatiōe et
p̄uaricatione/longe ante pdixit:vt legit in sua legenda.
Et qm̄ futura tribulatio appropinquat: btūs q̄ pseuera-
uerit.Matth.x.ꝛ.xxiiij.de pe.di.iij.§.euidentius.v.Itez.
in ijs que incepit.Predixit etiā/vt in legenda antiqua cō
tinetur/phec verba. Venit tps in quo dilecta deo hec re
ligio diffamet adeo vt exire pudeat fratres in publicū.sz
qui tunc pbati fuerint:pbatiōes nobis erūt. magna em̄
sup eos tribulatio ventura est. Sz q̄ maior tribulatio: ꝙ
cū dei vicario dño Jo.xxij.de caturco cui p regulā submis
si sum9 singulariter ꝛ spāliter:Sed hec submissio sic cōti
netur in regula:vt nō esset pmissi euāgelij p̄uaricatio sz
adimpletio. Sz nūquid dñi pape sanctio videt scīe regu
le euacuatio:Et ꝙ caput nostrū Fācisc9 cū toto suo cor-
pore vsqꝫ ad hec tēpora in errore vixerit pbatio:ꝙ tot ro
mani pontifices cū duob9 gñalibus ɔcilijs errauerint at
testatio:in toto mūdo istius religionis diffamatio:absit.
Sed ꝛ nūquid alterius stat9 receptio pfessionis nostre
esset cōtinua p̄uaricatio pfesse in gñali caplo. vide.j.§.
ad superiora.in ar.lxij. Perusij celebrato euāgelice veri-
tatis:ꝛ misse ad oēs fideles pre timore humano reuoca-
tio:Si g̊ in veritate stat9 fuim9 ꝛ sumus:nō sit in nobis.
ij.Cor.j.est ꝛ nō:sed semp est.Nam ẜm Augu. veritas est
id qđ est.xxij.q.ij.cū humilitatis.Pudeat filios veritatis
crimen incurrere simultatis.Si in veritate stat9 fuisse et
esse nos credim9:nō timeam9:nō diffidam9:q: veritas li
berabit nos.Jo.viij.que fortior rege est.iij.li.Esdre.iij.c.
di.viij.ɔsuetudo.Timeat status falsitas.cōfidat veritas.
Timeat ordo phantasticus. nō paueat ordo euāgelicus
aplicus ꝛ eccliasticus. Unū faciam9: ne sub stramine ca-
meli idola abscondamus.i.ne sub specie scītatis pctā ce
lem9 ꝛ defendam9.Gen.xxxj.Vitā nostrā defectuosam p
statū sanctū nō excusem9. Veritatē cū transgressiōe non
misceamus.Utile p inutile nō vitiet.ex de regu.iur.vtile.
li.vj.vbi de hoc.Cōfiteamur reatū.Nō mutem9 statū:sed
curem9 plagatū pter mandatū apli.Cessent iā nunc in
ordine nobis phibiti ɔtractus:vt nō succūbam9 p ɔrios
actus.Nam longe a pma puritate ordinis ꝛ ab illo apo
stolico cetu euangelico ꝛ angelico fuit emere/vendere/
alijsqꝫ pauperib9 donare/pmutare/refutationes facere/
in iudicio cōtendere/ꝛ alios ɔtractus ppietarioꝝ inire.
vide.j.§.porro ad veritatē.v.ꝛ q: sepe.in ar.lxvij.q̄ respi-
ciunt dñm,ppriuum:nō virū euangelicū.Nam si hec egeri
mus:ɔtra nos ɔcludem9 ɔfusionē dei:ꝛ ei9 vicarij dñi pa
pe nō euadem9:in veritate testificata vbo dei.Actuū.viij.
xj.q.iij.existimant.xxij.q.v.cauete.negata succūberemus.
Quia vo merito tribulationē patimur.Gen.xlij. q: pec-
cauim9 in prēm ꝛ fratrē nostrū christū dñm ꝛ ei9 verū di-
scipulū Franciscū almū:vidētes angustias paupertatis
ꝛ humilitatis aie sue.ꝛ quū nos depcaret vt eum ab op-
probrio ꝛ infamia quā pter relaxationē nostrā in pau-
ptate ꝛ humilitate in se ꝛ in mēbris suis patiebat/libera
rem9:nō exaudiuim9. Si sanguis eius exquirit: q: vere
pauptatez regule laudam9 ꝛ pdicamus.sed in sanguine
agni sine quo nō fit pctoꝝ remissio. Apoc.j. Heb.viij.pe-
dem.ps.lxvij.Ut intingatur pes tuus in sanguine. Per-
parū aut nusqꝫ intingimus. Pecuniā dicim9 nos nō tan-
gere:nec magis dñi multas habētes pecunias eas tāge-
re ɔsueuerūt:sed vix ea possum9 satiari.xiiij.q.v.q̄d dicā.
Caremus ei9 actu:sed affectu ꝛ effectu ei9 in quo ɔsistit
vera eius receptio nō carem9. Passim recipit. passim re-
ponit.passim p fratrē quēlibet quasi in necessarijs ꝛ non
necessarijs expendit ꝛ donat.cōtra declarationem pape.
Clemen.Exiui.ꝛ de ea cōpotuz recipimus.ꝛ eius clauis
vbi reponit p fratres portat.pter quā i ordine ꝛ extra
ordinē emptiones ꝛ venditiones fiūt:ꝛ mutuū sicut iter
mūdi alios mercatores. Vix reperit frater in ordine qui
nō habeat pecuniā:nisi q̄ hr̄e nō pōt. Eius pecunie effe-
ctus deesse poterit:non affectus. Vide qđ scripsi.s.in.§.
nūc vo.j.v.in ar.liiij.facit.xxxiiij.q.j.ẜm.De nūmis crebra
est locutio inter fratres: vt potius ẜm Hiero. videantur
esse istitores ꝙ fratres minores.xvj.q.j.si cupis. Nihil qđ
recipit a fratrib9:q̄n vendat.nō obstante declaratiōe pre.
Nicolai.Exijt.q̄ dicit.Nec ea recipiant vt ea vendāt. Nō
posset generalis minister cū toto caplo gñali dare vnuz
denariū etiā amore dei:q: non est dñs nec administrator
nec dispensator eius:sicut clare colligit ex declarationib9
Nicolai ꝛ Clemen. v.corpore iur clausis. Nā dispēsator
p dño dāte pecuniā fratrib9 p eoꝝ necessitatibus tenēs
illam pecuniā est nuntius vel depositarius.nō generalis
minister vel puincialis nec custos nec gardian9: multo
minus nec quilibet alius simplex frater qui de illa pecu
nia sic deposita in aliquo intromittere se nō dz: sed soluz
famulo tenenti pecuniaz p dño dante necessitates suas
psentes ꝛ ẜm declarationē pre. emergentes simplr nun-
tiare: qđ pessime in ordine obseruat. Maxima ꝛ scelera-
tissima est hypocrisis coram deo ꝛ mundo:inimica almo
Francisco ꝛ ei9 euāgelice regule:mala pnicioso exemplo
animarū fratrū pemptrix/dicere se pecuniā non recipere
ꝛ eā ɔtinue cū instantia vbilibet pcurare/ꝛ ea nunqꝫ ca-
rere/ꝛ verbis manifeste ɔtraria facere/ꝛ sic factis menti
ri.ad hoc.xj.q.iij.existimāt.xij.q.j.nolo.xxij.q.v.cauete.sed
fratres verecūdantes se pecuniā recipere ꝛ petere cōtra
statū:vocant eā eleemosynā.sed fraudē faciūt in vbo: q:
quodcūqꝫ nomen imponāt/pecunia est.ad hoc.xiiij.q.iij.
plerīqꝫ. ex de simo.ea q̄.ꝛ.c.intātū.ꝛ vide sup b ex de vb.
sig.exiui.§.cupientes.in Clemen.Sancta ergo est coram
deo ꝛ vicario eius transgressionis nostre maxime in hu-
iusmodi pecunijs ꝛ pauptate pura cōfessio:vt remaneat
ꝛ seruetur pfessio:nō sit in pctis excusatio.ps.cxl.xiij.q.j.
predicator.ex de cōsue.quāto.ne christi sit irritatio/sit hu
miliatio:ꝛ sequetur iustificatio.Luce.xviij.Sic vite defe-
ctuose ad sanctū statum distinctio:vt pro nobis sit defini
tio.Recordemur de patris prophetia: ne fiat apostasia.
Non sit confidentia verboꝝ ꝛ allegatio inanis ꝛ pompa
tica magistroꝝ ordinis ꝛ alioꝝ aduocatoꝝ: sed pro victo
ria sit manifestatio exemploꝝ.xcix.di.ecce precipua arma
nostra sint pura conscientia ꝛ oratio.xxxvj.dist.c.vltimo.
xxiij.q.viij.conuenior.ꝛ regularis obseruantia:non nuda
scientia.Ut vincat veritas sit vite puritas. Non in equis
ꝛ curribus.ps.xix.argumentis ꝛ probationibus philoso
phicis gloriemur.ad Colos.ij.c.sed victoria hec est vt hu
miliemur. Humiliemus ergo nos cum christo humili.
Phil.ij.ꝛ seruo suo Francisco.ꝛ orationem humiliuz ẜm
ps.cj. dominus acceptabit. Non sit confidentia in legi-
bus ꝛ regibus.xxiiij.q.iij.§.j.sed in precibus. non in da-
moribus.xxxviij.dist.sedulo.sed in gemitibus.Caput no
strum membra habet.ad Ephes.j.ꝛ.iiij. ex de sacra vnct.
c.vnico.§.sed vbi.caput inclinatum. Jo.xix.Cor humilia
tum/pati paratum/in se non iustificatum. de peni.dist.ij.
si enim.per duas colum.v.nos autem.in professione ra-
tum/ad persequentes per amorem corde latum. ij.Cor
vj.et in Ps.cxviij.latum mandatum tuum. per christum
habebit optatum. Nam causa et questio christi est.ps.
xxxix.egeni.lxix.ꝛ.cviij.mendici.Et persecutus est homi
nem inopem et mendicum.ps.cviij.nudi.xij.q.j.clericus.
non querentis que sua erant. Philip.ij.lxiij.distin. nosse.
nec regnum. Joannis.xix. pecunie: sed glorie/sed inno-
centie.ij.Corinth.viij.sed concordie/sed sapientie.Quo
modo enim anima christi dei diuitijs pleni/terre pla-
matoris/celi fabricatoris.Genes.j.ex de summa trinita.

c.j.nec bonorum superiorū nec inferiorū indigētis.ps.xv.
Bonorū nostroꝝ nō indiges. sed supaffluētis/pfectionis
sue perfectissime normā tradētis.quō inquā visco ppie-
tatis terre ligari aut cōpediri potuit: cū ois terra de se sit
inanis ꝛ vacua:Gen.j.Sz nūquid q: se exinaniuit.Phil.
ij.inanis ꝛ vacuus remāsit:Absit.sed terra vsus est: q: p-
pter nos terra carnē assumens factus est. Gen.iij. Jo.j.ꝛ
hec terra superior celo est. vt legit in legēda bti Andree.
Accepit terrā:sed nō submisit se terre. Ne gloriet securis
contra eū q̄ secat in ea.ꝛ ne lutū contra figulū gloriet.ẜm
Esa.x.c.xxiij.q.v.§.hinc notandū.xxj.di.cū inferior. Detur
ergo vsus terre carni christi:q: verus hō erat ꝛ esuriebat.
Matth.iiij.ꝛ Luc.iiij.a pprietate terre ꝛ ligamine libera
pmaneat pfecta aia christi.Nō descēdit vt qđ suū erat sicut
veri dei.viij.di. quo iure.ex de deci.cur ampli9. vt ver9 hō
sibimet vendicaret:sed vt pfecte amitteremus qđ nostrū
erat ꝛ nō erat exēplū daret. Nō terrā dānauit quā creaue
rat:sed cōculcauit.vere nō est plena conculcatio si est dñij
appropriatio:q: qđ cōculcat nō conculcat. Fuit g̊ in chri-
sto nostro pulchra distinctio ꝛ sancta vnio. Jn loculis car
nis cōdescensio.xij.q.j.habebat.ne periret infirm9. Jn p-
hibendo perā argentū ꝛ aurū ꝛ es in zonis.Mat.x.perfe
cte aie ad maiora puectio ꝛ pfectio. Ne degeneraret pfe-
ctus hō/hoibus cōdescendit. Jn perficiēdis pfectis ꝛ an-
gelis terrestrib9 efficiendis de9 ascendit:cōdescendēdo ꝛ
ascēdēdo lucrifaciēs oēs:proportionās oēs. vt in pre.de-
claratione/exijt. Excelsus resignauit in terra suū terrenū
dñiū:vt perfecte sequamur suū consiliū.Mat.xix.Si vis
perfect9 esse ꝛc.Humiliat9 non dānauit dñium pter in-
firmorū subsidiū. Nūquid vnā ꝛ eādem legē de9 ꝛ homo
equaliter tribuit dijs ꝛ hoibus:sed verus hō humanā ꝛ
infirmā de habēdo propriū dedit hoib9.de9 diuinā de non
habēdo propriū dedit diuinis hoibus.q̄bus ꝛ dixit in ps.
lxxxj.Ego dixi dij estis ꝛc.ꝛ Mat.xvj.ibi. Vos aūt quem
me esse dicitis:ꝛ alibi ps.cxiij. Celū celi dño:terrā aūt de-
dit filijs hoim. Nūquid hec militans ecclesia ẜm illā triū-
phātē disponit hierarchiā:lxxxix.dis.ad hoc etiā. Nūquid
differt stella a stella:ꝛ tn̄ oēs stelle ꝛ lucide:ꝛ alique luci-
diores:q: alia est claritas solis ꝛ alia stellarū.j.Cor.xv.ꝛ
facit.lxxxix.di.c.vlti.q: in domo pr̄is mei māsiones multe
sunt.Jo.xiiij.de pe.di.iiij.in domo. Sed nec vna ꝛ eadem
lex data est Rechabitis nō bibētibus vinū ꝛ in tabernacu
lis habitātibus ꝛ israeliticis. Hiere.xxxv. Sed ꝛ nūquid
illud pprium qđ multorū est in cōmuni: perdit nomē ppij
et effectū:Nō.q: illā affectionē vel quasi vnū hz collegiū
ad res suas:sicut vnus priuat9 ad res suas priuatas.ꝛ sic
p eis litigat/ꝛ cōtendit/ꝛ dolet/ꝛ cōturbatur/quū ei au-
fertur:vel sup ea molestat.Adde hic qđ scripsi supra in.§.
rursus posset.v.Jtē qđ opponit.in ar.lvj. Et ꝙuis q̄libet
de collegio rem nō appropriet sibi:nō tn̄ renūtiat illi. Est
ne idē genus crucis ꝛ pauptatis extreme in speciali et in
cōi:quā christus in psona pfectoꝝ assumpsit: ꝛ ad cellariū
propriū recurrere in cōi sine labore ꝛ verecūdia:ꝛ ad bur
sam ppriā manū mittere:ꝛ ostiatim victū querere:Quis
cecus hoc diceret:Nūquid quilibet de illo cōmuni de illo
proprio cōmunicat in cōi ꝛ in speciali:vtiqꝫ.xxiij.q.vij.qđ
aūt.xij.q.j.si priuatū.ꝛ.§.si. Nūquid si neget cuilibet de il-
lo cōi victus aut vestit9 aut aliud sue necessitatis:actionē
habebit cōtra illud cōmune/ꝙ sibi sustentatio debita ne-
getur:vtiqꝫ.sicut legit ꝛ no.ex de rescrip.cū dilecta. in fi.
xviij.q.ij.in nullo.ꝛ in specu.ti.de actore.§.j.v.q̄d si spolia
tur.Et qua actione egerūt apli ꝛ alij discipuli dñi expulsi
de eorū habitaculis ꝛ spoliati paucis substantijs q̄bus p
necessitate vtebātur/cōtra persequētes ꝛ expellētes de iu
dea vt ad gētium populū transmigrarēt:Act.xiiij. immo
rapinā eorū que habebant cū gaudio susceperūt. Heb.x.
Quid in cōi apli propriū habuerunt dispersi vnusquisqꝫ
per prouinciā sibi decretā ad predicandū euangeliū:quū
nec tunc viuerent in cōmuni:An forsan tunc vnusquisqꝫ
bursam habuit:peram detulit:es possedit:cōtra preceptū
diuinū.Luc.x.ꝛ Matth.x.ꝛ apostasiā incurrit:Quis hoc
filius euāgelij ꝛ discipulus diceret:Nūquid preter legem
euāgelicam hoc phibentē eis/gesta eorū veridica ꝛ san-
ctorū originalia testimoniū perhibent semp eos oblatas
res ꝛ pecunias respuisse:ꝛ alieno cibo vixisse:vide qđ scri
psi supra.§.Jtem ꝙ simplex facti.v.quartū qđ sequit. in
ar.lvj.Si em̄ hoc diceretur:iā non in cōmuni sed in singu
lari propriū quilibet possedisset.ꝛ inter eos ꝛ alios mūdi
hoies expropriationis differētia non fuisset. Et preceptū
eis a domino indictum de nō habēdo pecuniā/frustratū
fuisset.Sed super hoc caput isti9 ecclesie ꝛ illius interro-
getur Petrus q̄ dicit Act.iij.Argentū ꝛ aurum nō est mi-
hi.Sed si ipse illius pecunie quā habebat in cōmuni eccle
sia primitiua/dñs fuisset:sicut ꝛ caput erat:non hoc dixis-
set.sicut nec hodie possunt dicere prelati ecclesiarū ꝛ mo-
nasteriorū bona habētium in cōmuni. Aurū ꝛ argentum
nō est nobis. Jmmo est eis tāqꝫ dispēsatoribus.q: ecclesia
aurū habet ꝛ habere pōt:non vt cōseruet:sed vt pauperi-
bus eroget.xij.q.ij.aurū.Manifestū ergo videtur ꝙ illi9
pecunie Petrus dispensator nō erat. Nam ꝛ hoc dixit in
eadē ciuitate vbi in cōmuni illa credētium ecclesia viue-
bat.Unde ꝛ ipse ꝛ alij apostoli.Act.vj.Non est bonū nos
derelinquere verbū dei:ꝛ ministrare mēsis.Licet si dispen
sator fuisset sicut esse poterat/sicut prelatus ecclesie: vt su
pra pbaui:pprietarius propterea non fuisset.xij.q.j.si pri
uatum.xxiij.q.vij.ꝙ aūt.Adde qđ scripsi supra in.§.restat
inter hec.v.alio modo accipit habere.in ar.lix.Quid aūt
de capite nr̄o christo Paulus dicat audiamus.Quū esset
diues:pter nos egenus fact9 est.ij. ad Cor.viij. Sed in
ecclesia primitiua de cōmuni viuente nō erat aliq̄s inops
vel egens:sed dabat vnicuiqꝫ prout opus erat. sicut dicit
text9.Act.ij.ꝛ.iiij.c.ꝛ.xij.q.j.c.ij.ꝛ.c.quia tua.sicut ꝛ hodie
sit inter habētes propriū in cōmuni. ergo ipse nō habuit
propriū in cōmuni:nec apostoli quib9 ꝛ hanc mandaue-
rat paupertatē. Queramus ꝛ vnū inter aliquos aposto-
los de sectatorib9 eius veris Paulū dicētem/Usqꝫ in hāc
horam esurimus:ꝛ sitimus:ꝛ nudi sumus.j.ad Cor.iiij.ꝛ
alibi.Sicut egētes.ij.Cor.vj.Sed inter viuentes de pro-
prio in cōmuni nō est esuries neqꝫ sitis neqꝫ nuditas neqꝫ
egestas.sicut probatū est de ecclesia pmitiua/ꝛ de ista ec-
clesia succedēte sibi bona in cōmuni habente.vñ glos.sup
illud.ij.Cor.vj.Nihil habentes ꝛ omnia possidētes.Hec
fuit gloria apostolorū:nihil oino possidere:sine solicitudi
ne esse.Quū autem dicit oino:procul dubio excludit pro-
priū nedum in speciali sed etiā in cōmuni.alias nullo mo
do dixisset/omnino:ꝛ Paulus/nihil.quia cōmunitas cui
hoc cōpetit bene dicit habere:q: in cōmuni habet. xxiij.q.
vij.ꝙ aūt.ꝛ illorū bonorū pprietas apud illā cōmunitatē
existit.vt no.xij.q.j.expedit.in glos.j.Sup hoc etiā certum
est ꝙ fratres minores p regulā suā ab ecclesia multoties
approbatā confirmatā ꝛ declaratā/nedū tenetur viuere
sine pprio in speciali ꝛ in cōi:sicut ipsa regula clare dicit:
ꝛ Romani pplures pōtifices declararūt:sed etiā pauper-
tatē pmittūt:qđ plus est.vt regula ipsa dicit. Pauperta-
tem ꝛ humilitatē ꝛ sanctū euangeliū qđ firmiter promi-
simus obseruemus.vñ conciliū Viennēse expsse declarat
in decre.Exiui de paradiso.in clemē.teneri dictos fratres
nedū ad paupertatē:sed ꝛ eiusmodi vsum q̄ in regula de-
clarat:eo obligatiōis modo quo ponit regula dictū vsum
Nullū g̊ dubiū ẜm ecclesiā declarantē q̄n hec maior ꝛ alia
sit pfessio:ꝙ pmittere viuere sine pprio in cōi.Hec aūt est
pfessio pfectiōis euāgelice sicut regula āte dicta ꝛ mr̄ de-
clarat ecclia ab alijs pfessionib9 q̄buscūqꝫ:psertim quātū
ad expropriationē ꝛ pauptatē penit9 sepata ꝛ sup alias ele
uata.vñ dicit scīā dicta regula/Hec est celsitudo altissime
pauptatis ꝛc. Et declaratio Nicolai/Exijt.li.vj. de v.sig.
ibi.Quo imitatores tāti pr̄is effecti christi semitas arcti9
elegerūt. Jtē si apli in cōi ppriū habebāt:quare dixit eis
dñs ꝙ ederēt ꝛ biberēt ea q̄ apud illos erāt q̄bus predica
bāt:Luc.x.pfecto q: sumptus alios non habebant.Quis

Universidad de Deusto Biblioteca

enim diceret apl'os suas pecunias recōdere: ⁊ alio⁊ victū
recipere: absfuit, profitendū est ab eis talis auaritia: que
nedū in eis sed in quouis catholico deū timente sicut cri
men philargyrie si cōmuniter sic viueret/ dānaretur: sed
q: veri pauperes nō ficti erant: solū mercedē victus p la/
bore pdicationis recipiebāt: q: digni operarij erāt. vt pre.
c. Luc. x. xj. q. vij. sacerdos. ⁊. xiij. q. j. §. his ita. ⁊. xij. q. ij. qui/
cūq3. ⁊ ex de sepul. c. j. Itē si christi apostoli qd in cōmuni
vel in speciali habebāt ppriū: cur pre fame alieni agri spi
cas euellebāt ⁊ comedebāt? Mat. xij. ⁊ Luc. vj. xxv. q. j. §.
his ita. vbi Beda. Nō habentes em̄ discipuli spatiū man
ducādi ppter importunitatē turbarū/ esuriebāt vt hoies:
sed vellētes spicas inedia cōsolantur. qd est indiciū auste
rioris vite: nō preparatas escas sed simplices qrere cibos
sed si semp in cōmuni pecuniā vel loculos habebāt ⁊ pa/
nem: certū est q ad emēdū inueniebāt: aliena furātes fur
tum cōmittebāt. legit ⁊ no. de elec. dudū. ij. ⁊ facientes cō
tra preceptū decalogi. Exo. xx. Nō furaberis. xiiij. q. v. pe/
nale. mortaliter peccassent. legit ⁊ no. xxxij. q. vij. qd in om
nib⁹. sed hoc falsum est: q: vox christi eos. ibi Luc. vj. excu/
sat ⁊ lex. legit ⁊ no. de cōse. di. v. discipulos. Nō obstat. c. di
lectissimis. xij. q. j. inductū p alia parte/ q apl'i cū alijs pri/
mis credētibus de ecclesia primitiua in cōmuni ppriū ha
bebāt. q: pauco tpe cū illa cōmunitate tāq̄ prelati eo⁊ vi/
xerūt: ⁊ cū eis cōmunem vitā duxerūt. Sed q: nō erat bo
nū relinquere verbū dei ⁊ ministrare mensis: vt supra di/
xi/ prepositos illi⁹ cōmunitatis elegerūt. Act. vj. Et ipi ad
seruādū regulā strictiorē. Adde qd scripsi supra in. §. Itē
q simplex facti vsus. in R. scdo respōdeo. cū se. in ar. lvj. p/
hibentē pecunias possidere redierūt. Et dispersi per orbē
eā seruauerūt vt superius est pbatū. Iura aūt adaptātur
ad ea q̄ frequētius accidunt: nō que raro ⁊ p causa cōtin
Sicut enim caro suam habet sensualitatem declinantem ad carnalia que perdenda est. Jo. xij. de qua sensualitate ex in clementinis. de sum. tri. sacrosancte. ꝛ de here. ad nostrū. §. scdo. ꝛ de sacra vnc. c. vnico. ℣. refert. ℣. p caput. Sic spūs feruens ꝛ effrenis non discernens quid agendū sit: suam quodāmodo sensualitatem h3 precipitē ad oia que spūs videntur. cōtra quē spiritū Bern. ait. Zelū tuum inflāmet charitas. informet veritas. regat sciētia. firmet cōstantia. ¶ C Unde ꝛ media via est eligenda. legitur ꝛ no. ex de off. dele. querenti. Luc. xxij. Ego in medio vestrū sum sicut q̄ ministrat. Apoc. j. Hec dicit q̄ ambulat in medio candelabrorū aureorū. ꝛc. Unde ꝛ sapiens mundi dicit. Uirtus est mediū superfluitatis ꝛ indigentie. Unde ꝛ dñs reperitur in natiuitate in medio aīaliu3. Luc. ij. In natiuitate docet nos tenere medium paupertatis. Aīalia em̄ mansueta in presepio dei sunt pauperes voluntarij. Un̄ ps. lxvij. Aīalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua paupi deus. S3 quidā sunt pauperes sordidi: et ij designantur in asino: qui nihil discernūt: s3 in multis perijs quibus se recipiant ꝛ in squallidis vestibus ꝛ birris singularibus credunt esse justitiam. Quidā pauperes delicati: designati per bouem qui fenū eligit. Ponitur ergo dñs in medio eorū. vt mediocritatem doceat paupertatis Unde Hiero. Nec affectate sordes/nec exquisite delicie laudem pariunt. xlj. di. §. j. ꝛ. c. parsimoniam. ꝛ. c. sepe. In adolescētia stetit in medio doctorū. Luc. ij. ꝛ ibi docuit nos tenere mediū sapientie. ¶ Quidam namq3 sunt qui totū tribuūt intellectui: ꝛ nihil aut parū affectui. sicut curiosi cōiter hodie religiosi mēdicātes laborantes ꝛ pnoctātes circa subtilia ꝛ inutilia. q̄bus apl's ait. Ro. xij. Nō plus sapere q̄ oportet sape: s3 sapere ad sobrietatē. vñ Bern. sup Cant. j. Si ignoras te inquit o pulchra ꝛc. ait. Licet in se omnis scientia bona sit/qñ tñ subnixa est veritati: tu tñ q̄ cū tremore ꝛ timore tuam operaris salutem: pro tēporis breuitate festina ea scire prius ampliusq3 curato que senseris viciniora saluti. Comparatur namq3 sapiētia cibo: circa quem sumendum si modus ꝛ ordo non seruat̄ noxius redditur. Item comparatur sali: quo condiuntur cibi. xliij. di. sit rector. ℣. per salē. tamen si mensura exceditur ꝛ ipse perit: ꝛ quod salierit perdit. Quidā econuerso tribuunt totū affectui: nihil aut parū intellectui. sicut torpētes circa salutē proximi abscondentes pecuniam dñi sui. contra quos dicitur Prouer. xj. Qui abscondit frumenta maledicetur in ppl'is. Ubi greg. Qua pena plectēdi sunt qui quum fame verbi dei anime pereāt: panem percepte gratie non ministrant? Medium ergo tenendum est: vt studeamus circa intellectum illuminādum per discretionem: ꝛ circa affectum attēdendum per deuotionē. Unde j. ad Timo. iiij. Attēde tibi ꝛ doctrine. xxxvj. di. §. ecce. Itē Jo. v. Erat Joannes lucerna ardens ꝛ lucens vbi dicit Bern. Ardere parum: tantū lucere vanum: ardere ꝛ lucere perfectum. ¶ In passione docet nos tenere mediū penitētie. q2 in cruce sedit in medio latronum. Mar. xv. Latrones namq3 sunt: qui seipsos in patibulo penitentie propter peccata suspendunt. Job. vij. Suspēdium elegit anima mea: ꝛ mortem ossa mea. Sed quidam sunt qui indiscretas penitentias faciunt. ꝛ significantur per Zacheū qui ascendit sycomorū: vt videret Jesum. Luc. xix. Sycomorus interpretatur ficus fatua. ꝛ significat talium disciplinam. que dulcis est propter feruorē ꝛ vanam gloriam mistam: q2 regitur sensu proprio: ꝛ nemini credit. sicut in me sepe expertus sum. S3 fatua propter indiscretionem q2 sicut ait Seneca: Cōtra naturam est torquere corpus proprium: ꝛ cibis non tm̄ vilibus sed crudis ꝛ horridis vti. Quemadmodu3 enim desiderare delicatas res luxurie est: ita vsitatas ꝛ magis parabiles fugere, demētie est. Quidam econuerso faciunt penitentiam dissoluta3. sicut carnales significati in populo iudeorum: qui in deserto ad ollas egyptias suspirabant. Numeri. xj. cōtra quos dicitur Matth. xj. Quid existis in desertū videre? Arundinem

Medio critas vbique [illegible]

dinem vēto agitatam? Sed quid existis videre? Hominē mollibus vestitū? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. xxj. q. iiij. c. j. Arundo indiscreti sunt foris nitidi per ostentationē operis: intus vacui per inanitionē virtutis. ij agitātur vento: quia per impatientiā non possunt resistere etiam leui verbo. Mollibus vestiti sunt deliciarū mollitie resoluti. ꝛ ideo vtriusq3 latronis crura fracta sunt: quia illi per impatientiā/isti per dissolutam vitā frangūtur. Dominus ergo suspensus in medio/docet vt pro mēsura viriū pondus penitētie assumatur. vt s̄m philosophū dicatur semper Ne quid nimis. ꝛ sic nec franget̄ propositū: nec salubris intētio cōteretur. Unde ps. xxxiij. Custodit dñs oia ossa eorum. vnum ex ijs non cōteretur. ¶ In resurrectione docet nos mediū iustitie. quia tunc etiā in medio discipulorū stetit. Luc. xxiiij. Jo. vlti. Unde ꝛ tunc pacem annūtiauit. quia sicut dicitur Esa. xxij. Erit opus iustitie pax. Justi nāq3 sunt qui vitam suā quotidiana examinatione discutiunt. Sed quidā nimis declinant ad sinistrā iudicij/trepidantes timore vbi nō erat timor. ps. xiij. ꝛ. lij. hoc tamē tutius. quia bonarū mētium est ꝛc. v. dist. ad eius. ꝛ ex de obser. ieiu. c. ij. Alij nimis declinant ad dextrā misericordie/dicētes pax vbi nō est pax. Hiere. vj. Propter hoc mediū est tenēdū: ꝛ dicendum cum ps. c. Misericordiā ꝛ iudiciū cantabo tibi domine. Itē alij declinant nimis in misericordiā versus proximū. alij nimis in rigorem. vnde tēperamentū est faciendū. xlv. di. disciplinam. ꝛ. c. omnis qui. ꝛ. c. sunt nāq3. ꝛ ideo dicit̄ Nume. xxj. Publica gradiemur via: non declinātes ad dextram vel sinistrā. xlj. dist. sepe. Nunq̄ hec discretio que est mater virtutū. j. q. v. presentiū. ꝛ ex de offi. custo. c. j. ꝛ sine qua omis virtus est vitiū s̄m Isid. haberi potest vel seruari: nisi per humilitatē: que est vt nullus sue prudētie innitatur. ex de cōstitu. ne innitaris. sed semper ab aliquo seniore. s. sancto experto requirat consiliū in agēdis. j. q. j. estote. legitur ꝛ no. lxxxiiij. di. c. j. sic etiam no. Jo. cassi. in lib. collationū in collatione. ij. de discretione. ꝛ tetigi supra eo. ℣. quidā em̄. ꝛ supra. §. primo. ℣. quia ergo. ¶ Sed iterū facta aliqua digressione vtili ad tractandū bonum obediētie reuertamur. de qua quidā sanctus dixit sancto Climaco: vt ipse narrat in. iiij. gradu de obediētia. Si vtiq3 tibi inest sapiētissime dicentis. Phil. iiij. xlj. dist. qd̄ dicit. in sensu aie operatio: q2 omnia possum in eo qui me cōfortat christo. si spiritus sanct⁹ roris castitatis s̄m virginem superuenit in te. Luc. j. si virtus altissime patiētie obūbrabit tibi. Luc. j. precinge sicut vir christus lūbos tuos obediētie cingulo vel linteo. Jo. xiij. ꝛ surgens a cena tue solitarie q̄etis/pedes fratrū in contribulato spiritu laua. Magis vero sub pedibus cōgregationis prouoluere in subiecta ꝛ deiecta prudentia. Statue duros ostiarios. i. virtutes cardinales/et vigiles in porta cordis tui. Inuincibiliter contine mentē difficulter valentē. Continere in occupato corpore circūquaq3. In mēbris motis ꝛ concussis intellectualē ꝛ quietem exercita: quod est vniuersis supergloriosissimū. Esto imperturbabilis in medio perturbationū ꝛ tumultuum animā pacificam habens. Coge linguā vesanam ꝛ furentem in contradictionibus insilire. Certa contra reginam hāc septuagiessepties in die. Matth. xviij. Cū mortificatione carnis ꝛ crucifixione cū suis concupiscētijs. Gal. v. posside mortificationē anime: sc3 proprij sensus ꝛ proprie voluntatis. Tene mētem imperturbatā vt incudem: sc3 a mutuis inuicē confusionibus ꝛ fragoribus percussam/illusam/improperatā/maledictam/subsannatā/lesam/ꝛ in nullo vnq̄ resolutam: neq3 stragem sustinētem: sed totam planā ꝛ immotā existentem ꝛ manētem. Expolia te volūtate. Luc. xij. Jo. vj. Phil. ij. tāq̄ confusionis amictu: ꝛ ea denudatus in necessitudinis stadiū intra: qd̄ raro ꝛ difficulter inuenitur. Indue loricā/Apostolus dicit/ꝛ scutum Ephe. vj. fidei ad agones. i. prepositi vel prelati preceptorum tolerantiā. non dissolubilem neq3 penetrabilē ab aliqua infidelitate. Tactū tene inuerecunde prosiliētem temperātie freno. Coge oculū memoria mortis. Hiero. in primo prologo biblie in fi. volentem per singulas horas magnitudinē pulchritudinem ꝛ visionem corporum curiose aspicere. Obmutescere fac intellectū curiosum in familiari solicitudine volētem fratrem iudicare. j. Cor. iiij. ij. q. j. multi. in negligentia operātem. Et omnē charitatē. Col. iij. ꝛ cōpassionem ad proximū absq3 errore insinua. Tunc vere in hoc cognoscēt omnes amantissime pater: q̄ christi Jesu discipuli sumus: si in coadunatione inuicem charitatem habeamus. Jo. xiij. iterū ait. veni cōcertabile subsannationes horis singulis sicut aquā vite. quoniā vniuersa que sub celo sunt. Dauid in ps. scrutatus iocunda/vltimo post omnia querens dixit. Ecce quid bonū? ꝛ quid iocundū? nihil. sed habitare fratres in vnum. Si vero nondum bono hmōi obedientie ꝛ patientie facti sumus diligit bonū saltem. igitur est lōge ab agonistico stadio stātes/propriam infirmitatē cognoscere: ꝛ singulariter sub obediētia certātes beatificare: ac eis patientiā imprecari. Quādo absente eo qui preest vultū ipsius imaginamur/hunc nobis semper adstare putantes: ꝛ omnē collocutionē vel sermonē aut cibū vel somnū vel quippiam quod eū suspicaremur odisse/auertimus a nobis: tūc cognoscamus q2 vere legitimā obedientiam exequimur. Segnes prauorum magistri absentiam gaudiū arbitrantur. generosi vero ꝛ nobiles dānum eādem putant. ¶ D Obediētia humilitatē possidet: quia nimirū si prudens ꝛ bene intelligens obediens mortuos suscitet: ꝛ si lachrymarū donum possideat: ꝛ si liberationē a pugnis: existimat penitus quia patris spūalis qui preest oratio fecit: ꝛ manet ipse a vane proprie reputatiōis elatione alienus. Quomodo nāq3 super illo exaltabitur quod ex patris adiutorio dicit factū: ꝛ nō ex solicitudine propria? Sicut apparuit in Mauro discipulo beati Benedicti: qui ad imperiū abbatis sup aquas lacus currens puerū Placidum liberauit. quod miraculum Maurus patri imputauit nō sibi. ꝛ sic Placidus cōfirmauit. Solitarius autē ab ista predicta elatione liber nō est: quia directiones suas sibi imputat. quū nō habeat presidētem. Isidorus ex Alexandria ex principibus in cenobio se conuertens ꝛ obedientie submittens sicut ferrū fabro/per obedientiā presidentis ad portā mansionis stetit ingredientibus ꝛ egredientibus semper dicens. Ora pro me pater: q2 peccaui. In fine. vij. anni quum vellet abbas eū fratribus intus adiūgere: supplicauit se sic manere ad portā: predicens finem suū proximum. ꝛ sic post dies x. expirauit: trahens post septē dies portariū eiusdē mansionis secū. sicut ei in spiritu predixerat ad maximā certitudinem ipsius incōfuse obedientie ꝛ adeo imitatorie humilitatis. Phil. ij. Melius est sub obediētia certare cum hoibus aliquādo quidem seuientibus/aliquādo vero penitētibus: q̄ solitarium certare cū demonibus semper furētibus. Qui quādoq3 est obediēs patri/quādoq3 inobediens: similis est homini aliquādo quidem collyrium aliquādo vero calcem in suos oculos mittenti. vnus em̄/ait qui edificat ꝛ alius q̄ destruit: que vtilitas in vtrisq3 nisi labor tantū? Eccl'i. xxxiiij. Sine medico eger non curatur. Eccl'i. xxxviij. lxxxiij. dist. §. j. Nauis sine gubernatore naufragium patitur. Prouerb. xxiij. vij. q. j. sciscitaris. Cecus sine duce in laqueū cadit. Luc. v. Mat. xvj. xxxviij. di. §. fi. ex de eta. ꝛ qua. cū sit. Grex sine pastore lupis exponitur. Ezech. xxxiiij. Jo. x. Quis sine obedientia superioris potest euadere? xciij. dist. per totū. Sit tibi locus monumentum ante monumentum. nemo enim egredietur a monumēto ante cōmunem. ex de sum. tri. c. j. §. hec sancta. resurrectionem. q̄ si egressus fuerit: iterū perpetuo morietur. Si precaptus ꝛ preuentus es pactionibus ꝛ sponsionib⁹ professionis: ꝛ sine profectu vides anime oculū: non deuites disiunctionē ꝛ separationem. Non em̄ contra obediētiam facit qui a vita ꝛ conuersatione carnali ꝛ a societate fratrum preuaricatorū regule recedit: vt christo perfectius obediat ꝛ seruiat. In oibus enim rebus consideran

Universidad de Deusto Biblioteca

dus eſt finis: ⁊ ſm eū propoſiti noſtri dirigendus eſt cur/
ſus. ſm Joſeph in collꝫ. de definiēdo. q̄ ſi ſuperueniente ſa
lubriori cōſilio ad deteriorem partē vrgere viderim⁹. Re
ctius eſt incōgrua ⁊ incōſiderata cōſtitutione ſummota/
ad meliorem tranſire ſententiā: q̄ ſtatutis pertinacib⁹ in/
herendo/peccatis grauioribus obligari. Nō em̄ tantum
proceſſus operis quantū volūtas eſt attendenda ⁊ intuē
da. Nec ſtatim quid q̄s egerit/ſed quo voto egerit inqui/
rendum. Illud enim pro retributione mercedis iuſte vni
cuiqꝫ repenſatur: quod principaliter mente cōceperit: nō
quod exinde bene vel male cōtra votum operantis emer
ſerit. Emendatio em̄ diſpoſitionis improuide nō voti eſt
iudicāda tranſgreſſio. Quicquid em̄ pro charitate dei et
pietatis amore perficitur: etſi dure atqꝫ aduerſis videat
principijs inchoari: non ſolū nulla reprehenſione ſed etiā
laude digniſſimū eſt. Omnia enim ad hoc agimus: vt cor
mundū deo exhibeamus. faciunt que leguntur ⁊ no. ex̄ de
collu. dete. c. j. in gloſ. de amicitia. ⁊. xiiij. q. v. ſi quid. de pe.
di. j. in prin. ⁊ in gloſ. tribus poſitis. ſuper verbo. votū em̄
c. magna pietas. ⁊. xxiij. q. viij. occidit. Deus enim non ver
borū tantum actuumqꝫ noſtrorū diſcuſſor: ⁊ iudex eſt: ſed
etiam propoſiti ⁊ deſtinationis inſpector. qui ſi quid cau/
ſa ſalutis eterne ac diuine contēplationis intuitu ab vno/
quoqꝫ factū viderit vel promiſſum: tametſi durū ⁊ iniquū
hominibus videatur: ille tamen intimā cordis inſpiciens
pietatem non verborū ſonum ſed votum diiudicat volū/
tatis. quia finis operis ⁊ affectus cōſiderādus eſt perpe/
trantis. quia nec dubitauit Jacob mēdacij maculā inun/
datione benedictionis paterne protinus abluendā: ⁊ ve/
lut nebulā quodam flatu ſpiritusſancti velociter abſumē/
dam. atqꝫ vberiora ſibi per hanc affectatitiam ſimulatio/
nem q̄ per illam ingenitam veritatem meritorū premia
cōferenda. Alia ſolutio ponitur de Jacob mentiente ⁊ ex/
cuſatio. xxij. q. ij. §. item opponitur. Hec predicta ſunt ver/
ba predicti Climachi ⁊ Joſeph anachorite in collꝫ. de de/
finiēdo. Ad quorū probationem facit q̄ beatus Benedi/
ctus receſſit ab illis malis monachis: ⁊ habitauit ſecum.
vt dicit Greg. in. ij. lib. dialogorū. ⁊ habetur. vij. q. j. §. hoc
tunc. ℣. ſic beatus Benedictus. Faciunt etiā illa. c. xxij. q.
iiij. ſi aliquid. j. ⁊. ij. ⁊. c. nō ſolū. ⁊. c. incōmutabilis. ⁊. c. ma/
gne. c. non omnia. c. diffinitio incauta. Facit etiā quia ma
gis deus cordis q̄ operis eſt inſpector. Nec tātum atten/
dendū que fiant: ſed quo animo fiant. xv. q. vj. c. j. Ad hec
facit qđ dicit Seneca. Magna pars ſanitatis eſt hortato
res inſanie reliquiſſe. ⁊ pſ. xvij. Cum ſancto ſanctus eris:
⁊ cū peruerſo peruerteris. Et qui tetigerit picem: coinqui
nabitur ab ea. Eccli. xiij. Et quia eccleſia non debet alicui
laqueū iniicere. xxvij. q. j. de viduis. Sed contra iſta vidē/
tur illa omnia. c. que prohibēt a malis fieri ſeparationem
corporalem ꝓpter ſchiſma vitādum. xxiij. q. iiij. in primis.
vj. c. cum ſi. ❡ Sed credo q̄ ſi in religione vel monaſterio
eſt preuaricatio cōmunis regule vel profeſſionis: ⁊ in illa
profeſſione nō inuenitur arctior ad quā quis poſſit recur/
rere petita licētia. ex̄ de regu. licet. licitū eſt authoritate ꝓ/
pria immo iuris recedere: vbi poſſit ſuā regulam obſerua
re. al's non. ⁊ ſic intelligo contrariū. Ad hanc ſolutionem
facit op. vij. q. j. §. hoc etiā. ℣. cum autem. ⁊. c. ſeq. quod inci
pit. ibi. Et hoc etiā ideo quia ex illorū morbidorum cōſor
tio inficeretur. ⁊ facit bene. xlv. di. ſed illud. ex̄ de ſtatu. mo.
ea que. ⁊ ne cle. vel mo. relatum. in prin. ⁊ que leguntur ⁊
no. xviij. q. ij. diffinimus. cum. ij. c. ſeq. ⁊. xxiij. q. iiij. q̄ſquis.
in ſi. Nec eſt inobediens qui recedit ab obedientia carna
li: vt viuat ſub dei obediētia ſpirituali. ſicut vixerūt ſancti
dei anachorite. Faciūt pro hoc. xj. q. iij. §. item quādo. in. c.
ſeq. vſqꝫ ad. §. cum ergo. ⁊. xiij. diſt. nerui. ℣. alius. ex̄ de re/
ſti. ſpo. literas. §. porro. ⁊ de ſentē. excō. inquiſitioni. Item
Climacus de obedientia. Dominus ſapiētes facit cecos.
obedientium oculos aperit in magiſtri virtutibus: in de/
fectibus vero tenebreſcere facit. Odor autem bonorum
id quod cōtrariū eſt agit. Sic nobis figura ⁊ typus per/
fecte obedientie argentum viuū dicitur. nam ſubtus om/
nia circūuolutum ab omni ſorde manet incōmiſtum. Nō
obliuiſcaris in tota vita tua illius magni creatoris qui in
totis. xviij. annis auribus corporeis a preceptore exteri⁹
nō audiuit/Salueris. auribus vero intrinſecis quotidie
audiuit a domino: non/Salueris. ſed/ſaluatus es. Qui/
dam ad ſuas volūtates conuerſi/ad votū viſiones que/
runt: ⁊ obtinent. At vero a cōfeſſionis corona ⁊ obedien/
tie merito agnoſcant ſe penitus cecidiſſe. Nā obedientia
eſt peregrinatio ab hypocriſi ⁊ proprio deſiderio. ❡ Ex
obediētia humilitas: ex humilitate diſcretio naſcit. vt phi
loſophatur Jo. caſſi. in collꝫ. ij. de diſcretione. Eſt qui ſuſci
pit preceptum: ⁊ voluntatem precipientis ſciens/nō obe
dit. Alter obedit ſciens preceptorem ex animo non preci/
pere. primus non obediens eſt obediens. alter obediens
inobediens eſt. quia volūtas precipientis debet inſpici: ⁊
non iuſſus. ⁊ verba debēt ſeruire intentioni: non econuer
ſo. ex̄ de ver. ſigni. intelligentia. Et ſemper eſt ſcribētis vel
mandātis intentio attēdenda. ex̄ de ꝓcura. petitio. de ar/
bi. expoſita. de reſti. ſpo. audita. de preben. cū cauſam. ⁊. c.
vlti. Sed in dubio ſtabitur ſuper verbo. ff. de lega. iij. non
aliter. Si impugnatur monachus abſqꝫ vera obedientia
de loco recedere: nō recedat. quia ſignū eſt q̄ ſi impugna/
tur pugnat. ❡ Juuenis quidā Innocentius noīe a quo/
dam ſene negligente ⁊ crudeli ſuo preceptore ſepe percu
tiebatur: ⁊ iniurijs afficiebatur. nec propterea ab eo receſ
ſit. qui tādem mortuus eſt cum ſua obediētia ⁊ patiētia.
qui quū ſepultus eſſet: venit ad illum Innocētium mor/
tuū quidam ſanctus Joannes nomine: ⁊ vocauit eum de
monumēto dicens/Frater Innocenti mortuus es. At ve
ro bene prudens obediēs ⁊ poſt mortē obedientiā oſten/
dens reſpōdit illi magno ſeni. Pater quomodo poſſibile
eſt hominē operatorem obediētie mori? Preceptor vero
iſtius Innocentij qui adſtabat tremens in faciem ſuā cū
lachrymis cecidit: ⁊ cellam prope monumētum diſcipuli
fecit: ⁊ de cetero caſte ⁊ ſolicitus vixit dicens patrib⁹ ſem
per quia homicidiū feci. ❡ Contra omnia quidē verum
equaliter cōtra iſta duo vitia qui ſumus in cōgregatione
ſub obediētia horis ſingulis agonizemus. videlicet con/
tra vētris ⁊ gule inſaniam: ⁊ furoris ⁊ ire celerem ⁊ acu/
tam perturbationē. proprias em̄ ⁊ domeſticas materias iſta
vitia poſſunt in turba faciliter inuenire. Reuolue inobe/
dientis improbi deliberationē ⁊ mentem: ⁊ inuenies ibi
cogitationē erroneam ⁊ intētionem ſeductam: videlicet
quietis ſolitarie/ieiunij extremi ⁊ arcti/orationis irrecur/
uabilis/carentie/vane glorie ad ſummū memorie exitus
inobliuiſcibilis/indeſinentis cōpunctionis/oīmode pri/
uationis ire/ſilentij profundi/⁊ caſtitatis ſuperexceden/
tis cōcupiſcentiā. Uere nāqꝫ ſolitariam vitā ⁊ quietem in
oratione exequi rariſſimorū exiſtit. ⁊ illorum ſolummodo
qui poſſidēt conſolationē diuinam ad laborū ⁊ dolorum
ſolatium ⁊ cooperationem impugnātium ⁊ pugnarum.
Sit tibi iſte modus ad obedientiam. videlꝫ exiſtimare q̄
probat te qui preeſt ⁊ tētat. ⁊ nūq̄ aliquando decides vel
errabis: quādo redargutus ⁊ correptus a patre inceſſan
ter ad ipſum ampliorē fidem ⁊ charitatem aſſumis. ſpiri/
tusſanctus inuiſibiliter habitabit in aīa tua: ⁊ virt⁹ altiſſi
mi obumbrabit tibi. Luc. j. Uerūtamen ne glorieris neqꝫ
gaudeas generoſe ſufferens cōtumelias ⁊ ignominias:
ſed magis plora. quia aliquid dignū contumelijs egiſti:
et conturbaſti animā fratris: vel ꝓprij prepoſiti contra te.
Noli admirari ⁊ ſtupere ſuper id qđ dicturus ſum. habeo
enim Moyſen hoc vna mecū predicantem. Expedit ma/
gis in deum ⁊ nō in patrem noſtrū peccare. deo enim ad
iram cōcitato/dux noſter poteſt eum nobis reconciliare.
Exo. xxxij. xlv. diſt. diſciplina. Iſto vero conturbato a no/
bis/aliquē pro nobis exorantem deū ⁊ propitiū faciētem
vlterius non habemus. Intendamus ⁊ vigilemus quan
doquidē a paſtore inculpati trāquille ⁊ cum gratiarum
actione ſuſtinere debemus, vel quando certificare eum ⁊

ſatiſfactionem facere inde videtur: ſuper oībus quidem
nobis ignominiam cōciliantibus eſſe tacendū. lucis em̄
hora eſt. ſuper ijs vero que in perſonā alterius recurrūt:
ſatiſfaciendū ⁊ excuſandū eſſe propter vinculum ⁊ coiun
ctionē charitatis ⁊ inſolubilis pacis. Quicūqꝫ ex obediē
tia reſilierunt: ij tamen annūtiabunt eiuſdem vtilitatem.
tunc enim cognouerāt in quali celo ſtabant. Qui em̄ ad
impaſſibilitatem ⁊ deū currit: omni die in qua non male/
dicitur ſe multū damnū ſuſtinere arbitratur. quemadmo
dū arbores ventis mote profundam radicem ſubtermit/
tunt: ita in obediētia degentes fortes ⁊ inconcuſſas ani/
mas poſſident. Quiſquis in ſolitaria q̄ete ſedens cogno
uit ſuam infirmitatē: ⁊ tranſiens ſeipſum obedientie ven
didit: iſte quū eſſet cecus/abſqꝫ labore ad chriſtū reſpexit.
State/ſtate/⁊ iterū dico ſtate/currētes fratres pugiles.
certatores audientes ſapientē clamātem de vobis. Sap.
iiij. Tāq̄ aurum in fornace/magis vero in cenobio/ꝓba
uit eos dominus: ⁊ quaſi holocauſta victime accepit eos
in finibus ſuis. Quādo ſentiunt grauia eſſe mādata que
iubentur a patribus; qui ſunt pigriores et magis otioſi:
tunc magis preanticipare ⁊ preeligere conantur oratio/
nem. quādo vero leuiora iubentur: ab eadē tunc ſicut ab
igne fugiunt. Quādo igitur ad operationem manuū ac/
cedis: cogita quia chriſto miniſtras qui precepto ⁊ exem
plo ad opera vſqꝫ ad mortē te informat. Operans lauda
deum tuū lingua. mente cogita. intētione glorifica. Nam
qui in laboribus ⁊ in operib⁹ eſt infidelis ⁊ piger: in ora/
tionibus multo amplius erit piger ⁊ infidelis ⁊ remiſſus
Sane oratio nequaq̄ in corporis quiete dirigitur: ſed la/
bore ⁊ actu. Amor quietis orationis eſt exterminium. ⁊ di
minutionem virtutū predicat mandata negligere. Nūq̄
ſuſcipias eum qui tibi ſubditus eſt dicētem tibi/Da mihi
licentiam ⁊ poteſtatem ad talem operationē exequēdam
et ita meipſum ⁊ ad id quod ſpirituale eſt permitte diri/
gere. Qui ita dicit: ſeductus eſt: ⁊ propriā perficit volun/
tatem: ⁊ optime obedientie federa ſpernit: ⁊ deceptus et
illuſus meritū coram deo obediētie perdit. Hucuſqꝫ Cli/
macus a principio quaſi iſti⁹. §. hucuſqꝫ. Uide. j. in iſto ar.
in. §. dicebat. ℣. cum beatus. Dixit ſenex/Obedientia grā
de ornamētum eſt monachis. Quicūqꝫ eam poſſederit ⁊
ipſe audietur: ⁊ cū fiducia crucifixo chriſto obedienti vſqꝫ
ad mortem. Phil. ij. adſtabit. Ordo obediētium qui tor/
quem auream in collo habet/maiorem gloriam poſſidet:
q̄ aliquis ordo viuendi. q: totus in voluntate patris pen
dens nullam habet requiem. Eſt autem obediētia ſalus
omniū fidelium: genitrix omniū virtutum: regni celorum
inuentrix: celos aperit: hominē de terra eleuat: cohabita/
trix eſt angelorum: cibus eſt oim ſanctorum. Ex hac enim
ablactati ſunt: ⁊ per hāc ad perfectionem venerūt. Mar/
cus Syluani diſcipulus quū ſcriberet: ⁊ a patre vocaret:
vt obedientiā feſtinus compleret/mediā quam ſcribebat
figuram litere dereliquit. cui quū diceret Syluanus pa/
ter de ſue ſylueſtri q̄ eſſet bubalus: ⁊ haberet cornua: ⁊ il/
le confeſſus eſt. ij. Cor. x. Captiuauerat enim intellectum
in obſequiū obedientie. ⁊ transformauerat ſuum videre
in videre patris. quod ſupergloriosum eſt. Quū miſſus
frater ab abbate ſuo in vicū vt deferret neceſſaria: ingreſ
ſus eſſet domū vbi erat puella ſola: ⁊ traheretur ab ea ad
peccatum ait: Domine: ꝓpter orationes patris qui miſit
me ſalua me in hac hora. quo dicto/ſubito inuētus eſt ad
ripam fluminis iuxta monaſterium ſuū: ⁊ reuerſus eſt ad
patrem ſine macula. Abbas Paulus mandauit Joanni
diſcipulo q̄ duceret ſibi ſimū boum qui erat iuxta ſepul/
cra. et ſi inueniret ibi hyenam ſeuam beſtiam: q̄ duceret
eam captam. Juit Joannes. irruit ſuper eum hyena. ille
vero voluit eam tenere. ſed illa fugit. fugientem vero in/
ſecutus eſt Joannes/dicens. Abbas meus dixit vt te ligē
⁊ captam ducam. illa vero ſtetit: ⁊ ille ligauit eam captā:
⁊ duxit ad patrem. pater admiratus ait vt humiliaret Jo
anni cedēs eum: Stulte iſtum canem miſerum quid huc
adduxiſti? ⁊ mox ſoluit eum ſenex et permiſit diſcedere.
Unus frater multū al's ſpiritualis inuidebat cuidā al/
teri fratri germano ſuo multum obedienti. ⁊ duxit illum
ad fluuium vbi erant crocodili: ⁊ dixit ei. Intra fluuium.
⁊ intrauit. ⁊ non nocuerunt ei crocodili: ſed lingebant eū
Iterum redeuntes inuenerunt mortuum: ⁊ orauerunt ſu
per illum: ⁊ ſurrexit. quod miraculū ille frater ſpiritualis
et religioſus ſibi imputabat. ſed abbas dixit ei. Propter
obedientiā fratris tui mortuus eſt reſuſcitatus: nō pro/
pter te. Dixit abbas cuidam ſuo diſcipulo q̄ lignū ſiccū
quod ipſe plantauerat/irrigaret. erāt autem ab eis lōge
aqua: vt ſero pergeret/⁊ mane rediret. poſt tres autē an/
nos vixit contra naturam lignū illud: ⁊ fructum fecit: q̄
fuit fructus obedientie. ❡ E Joannes abbas in colla/
tione ſua de fine cenobite ⁊ eremite ait. Uirtus humilita
tis matris omniū virtutum/ac totius ſpiritualis ſtructu/
re ſolidiſſimum fundamentum/a noſtris penitus exulat
inſtitutis. quia ſubiectionis iugum non ſuſtinere conten
ti/ad preſumptionē noxie libertatis protinus euolamus.
quia non ſm diſtrictionis regulam ſed pro noſtri arbitrij
libertate ſenioris ſubijcimur imperio. vt nō patientie fru
ctum addiſcere/ſed tempus adipiſcēde licentie expecta/
re videamur. Si illius temporis ſancti religioſi hoc dice/
bant: noſtri tēporis capitiati ⁊ exterius vix ſignati in con
tinua viuentes noxia libertate et ſub prelatis. Zacha. xj.
idolis victitantes/quid poſſunt dicere? Idem preceptum
euangelicum de craſtino. Matth. vj. non cogitare/⁊ pre/
lato vſqꝫ ad finem obedire/obſeruare: non eſt minus ꝑfe
ctum anachoritica puritate. Talis enim illū imitatur de
quo dicitur Philip. ij. Humiliauit ſemetipſum fact⁹ obe/
diens vſqꝫ ad mortem. ⁊ Non veni facere voluntatē meā:
ſed voluntatem eius qui miſit me patris. Jo. vj. Idem:
Finis cenobite eſt omnes ſuas mortificare ⁊ crucifigere
voluntates: ac ſm euangelium nihil de craſtino cogitare.
Matth. vj. quem virum Eſaias deſcribens ait Eſa. lviij.
Si auerteris a ſabbato pedem tuum facere voluntatem
tuā in die ſancto meo: ⁊ vocaberis ſabbatum delicatum ⁊
ſanctum domini glorioſum: ⁊ glorificaueris eum dū non
facis vias tuas: ⁊ non inuenitur voluntas tua vt loqua/
ris ſermonem: tunc delectaberis ſuper dominū. ⁊ ſuſtol/
lam te ſuper altitudinem terre: ⁊ cibabo te hereditate Ja
cob patris tui. Ecce triplex premium religioſorum vere
obedientiū: ⁊ qui vere ſanctificant ſabbatum: delectatio/
exaltatio/hereditas. Delectationem merentur: ꝓpter car
nis macerationem. Exaltationem/propter voluntariam
ſubiectionem. Hereditatem/propter voluntariā pauper/
tatem, iuxta illud Mat. v. Beati pauperes ſpū: quoniā
ipſorū eſt regnū celorū. In predicta autem authoritate
Eſaie ponuntur bona quibus vacare debēt religioſi: ad
quos proprie ſpectat ſanctificatio ſabbati. Sāctificatur Sabba/
autem ſabbatū per eos per. vij. ſcꝫ per obſeruantiā quie/ ti ſancti/
tis ſpiritualis: per abnegationem proprie voluntatis: per ficatio.
ſtudium dilectionis ſpiritualis: per munditiam mentis ⁊
corporis: per gloriam actoris: per reſtrictionem concupi/
ſcentie carnalis: per cuſtodiam oris. Sed hodie cōmuni/
ter religioſi non ſanctificant ſabbatum. iuxta preceptum
domini. Exod. xx. Memento vt diem ſabbati ſanctifices.
ſed more iudaico carnaliter ipſum maculant: non ſancti/
ficant. Judei nāqꝫ tamq̄ carnales carnaliter ſabbatū cu
ſtodiebant otio ⁊ comeſſationib⁹ vacantes: ſic ⁊ religioſi
hodierni ab exteriori opere ceſſantes ſed nō vacātes deo
ſed acidioſi ⁊ guloſi de propria ſalute non curant. Cōtra
quos Augu. Quū deus preceperit obſeruari ſabbatum:
illi in ijs que deus prohibet exercent ſabbatum. Uacatio
noſtra a malis operibus. vacatio illorum a bonis operi/
bus. Melius eſt arare q̄ ſaltare. ⁊ melius fodere q̄ mur/
murare. melius eſt ſcribere q̄ otiari. Caueant tales ne in
tali ſabbato moriantur. Matth. xxiiij. Orate ne fiat fuga
veſtra. id eſt mors. ſabbato ſcꝫ acidie. hyeme/torporis ⁊ te
poris. ❡ Eremite vero perfectio eſt exuere mentē a cun/

Universidad de Deusto
Biblioteca

cris terrenis:eāq₃ quantū humana fragilitas presumit ⁊
imbecillitas finit/viuere cum christo.de quo d: Thren.iij.
Sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit:quia leuauit se super se. ⁊ ps.
cj.Similis factus sum pelicano ⁊c. Raro ergo est ⁊ pau-
cissimis dono dei concessa perfectio. Iste enim vere ⁊ nō
ex parte perfectus est:qui ⁊ in eremo squalorem solitudi-
nis/⁊ in cenobio infirmitates fratrum equali magnani-
mitate sustentat. Et ideo in vtraq₃ professione per omnia
consummatum inuenire difficile est.quia nec anachorita
contēptum ⁊ priuationem materialium rerū: nec cenobi-
ta theorie ad integrum potest assequi puritatē. Io.cassi.
in.iiij.lib.de institutis renuntiātium ait/ꝙ ingrediēs mo-
nasterium in Egypto primo ponebatur ⁊ probabatur ad
portam monasterij ad seruitium peregrinoꝝ ⁊ hospitum
per annum.quo cōpleto admiscebatur cōgregationi fra-
trum: et tradebatur in cura vni seniori: qui.x.iunioribus
preerat ⁊ gubernabat. Cuius hec erit solicitudo ⁊ erudi-
tio principalis:per quam iunior introductus scandere cō-
sequenter etiā culmina perfectionis preualeat; vt doceat
eum primitus suas vincere voluntates. quem studiose ⁊
diligenter in his exercēs ea semper illi imperare de indu-
stria procurabit:q̄ senserit animo suo esse contraria. Mul-
tis siquidem experimentis edocti tradunt monachos et
maxime iuniores ne voluptatem quidem concupiscentie
sue refrenare posse:nisi prius mortificare per obedientiā
suas didicerint voluntates. Ideoq₃ pronuntiant nullate-
nus vel iram vel tristitiam vel spiritum fornicationis pos-
se extinguere:sed nec humilitatem cordis veram nec cum
fratribus vnitatem perpetuam nec firmam diuturnamq₃
posse retinere concordiam: sed nec in cenobio posse qui-
dem diutius permanere:eum qui prius voluntates suas
non didicerit superare. Idem Io.cassi.ibidē. Tanta ob-
seruantia obedientia regule custoditur:vt iuniores absq₃
licentia prepositi sui non solum non audeant cellam egre-
di:sed nec ipsi naturali necessitati satisfacere propria au-
thoritate presumant. Sicq₃ vniuersa complere quecunq₃
fuerint ab eo precepta/tāꝙ si ex deo sint celitus edita/sine
vlla discussione festinant:vt nonnūꝙ impossibilia etiam
sibimet imperata ea fide ac deuotione suscipiant: vt tota
virtute ac sine vlla cordis hesitatione perficere ea ac con-
summare nitantur.⁊ ne impossibilitatem precepti pro se-
nioris reuerentia metiantur. Itaq₃ confidentes intra cu-
bilia sua/⁊ operi ac meditationi studium pariter impen-
dentes/quū sonitum pulsantis ostium audierint/ad ora-
tionem scilicet eos vel ad opus aliud inuitātis: certatim
vnusquisq₃ de suo cubili prorūpit. Ita vt is qui opus scri-
ptoris exercet:quam repertus fuerit inchoasse literā fini-
re non audeat:sed in eodem puncto quo ad aures ei⁹ so-
nitus pulsantis aduenerit:summa velocitate prosiliens/
nec tātum quidem more interponat quantū cepti apicis
cōsummet effigiem:sed imperfecte litere lineam derelin-
quens non tam operis compēdia lucra ve sectetur:ꝙ vir-
tutem obedientie exequi toto studio atq₃ emulatione fe-
stinet.quā non solum operi manuum vel lectioni vel silen-
tio ⁊ quieti celle/verū etiam cunctis virtutibus ita prefe-
runt:vt huic iudicent omnia postponenda.⁊ vniuersa dis-
pendia subire contenti sunt dūmodo hoc bonum in nul-
lo violare videantur. ¶ F Item Io.cassi.ibidem. Per
humilitatem ⁊ veram obedientiam ceterarum virtutum
quis potest culmina ascendere.sicut in Ioāne abbate pa-
tet.qui toto mundo claruit:⁊ vsq₃ ad gratiam prophetie
per virtutem obedientie extitit sublimatus. Hic itaq₃ Io-
annes ab adolescentia sua vsq₃ ad virilem etatem senio-
ri deseruiens/donec ille in huius vite conuersatione dura-
uit:tanta humilitate inhesit eius obsequijs:vt ipsi quoq₃
seni obedientia eius stuporem summū incuteret. Cuius
hanc virtutem vtrum de vera fide ac profunda cordis hu-
militate et simplicitate descēderet/an affectatitia esset et
quodammodo coactitia/atq₃ ad imperantis faciem pre-
beretur/volēs manifestius explorare:ꝙ plurima et etiam
superflua minusq₃ necessaria vel impossibilia frequētius
iniungebat. Ex quibus tria ponam quibus manifestari
possit volentibus scire vel mētis eius vel subiectionis in-
tegritas. Sumpsit nāq₃ lignum aridum ⁊ putre: et fixit
in terra. precepitq₃ Ioanni vt illud aqua vecta quotidie
bis rigaret: vt in antiquā arborē reuiuiscens diffusis ra-
mis amenitatem oculis atq₃ vmbraculum estu feruenti
subter residentibus exhiberet. Quod preceptum venera-
tione solita sine vlla impossibilitatis cōsideratione susci-
piens adolescens/ita quotidianis dieb⁹ expleuit:vt aquā
fere per duo milliaria indesinēter apportans/nullatenus
lignum cessaret rigare.atq₃ per totius anni spatium non
infirmitas corporis/non festiuitatis solēnitas/non occu-
patio necessitatis vllius que illum etiam honeste excusa-
ret ab executione mandati:non deniq₃ hyemis asperitas
intercidens/ab obseruantia precepti huiusmodi potuit
impedire. Quūq₃ hanc eius sedulitatem tacitus senex cō-
sideraret: videretq₃ eum simplici cordis affectu manda-
tum suum velut diuinitus emissum sine vlla permutatio-
ne vultus vel rationis discussione seruare:sinceram eius
obedientiam cōprobans pariter ⁊ admirans tam longū
laborem quem per totum anni spatiū studio deuotionis
impēderat:ad aridum virgultum accedens/O (inquit)
Ioannes:misitne radices hec arbor an non? Quūq₃ ille
nescire se dixisset: senex velut inquirens rei veritatem ⁊
tāꝙ tentans vtrumnam suis radicibus teneretur:euulsit
coram ipso leui cōmotione virgultum:sicq₃ projiciens il-
lud/precepit vt deinceps rigare desineret. Hic idem Io-
annes ad dicti senis imperium tentatiuū lenticulam olei
que sola in eremo remanserat: per fenestram cōminuen-
dam demisit ad terram: parum cogitans vel retractans
precepti ineptiam/diutinam necessitatem/infirmitatem
corporis/penuriam sumptuum/eremi squallentis angu-
stias ac difficultates. Hic idem ad obedientiam dicti se-
nis saxū quod multe turbe hominū mouere non possent:
cōplicita nunc ceruice nunc toto corpore prouoluere con-
tendebat:non metiens impossibilitatem precepti pro re-
uerentia senis/⁊ obsequij simplicitate sincera:qua crede-
bat fiducia senem non posse incassum ac sine ratione pre-
cipere. Abbas pater mutius cū filio suo circiter.viij.an-
norum intrauit monasterium.quadam die quum abbas
infantem vidisset plorātem: simulans se commotum/ad
probandum patris constantiā mortificationem ⁊ obediē-
tiam/precepit patri vt tolleret filium:⁊ iactaret in fluuiū.
quod preceptum velut a deo sibi factum adimplens filiū
in vlnis rapiens proiecit in fluuiū.quem tamen procura-
ti fratres post currentes de fluminis alueo leuauerunt.
Reuelatū autem continuo fuit seniori hac eum obedien-
tia.Gen.xxij. Abrae patriarche opus implesse.quem post
se migrans ad christū abbas successorem monasterio de-
reliquit. Quidam filius comitis ditissimi studijs litera-
libus non mediocriter institutus in monasterio conuer-
sus/ad senioris preceptū confestim postꝙ intrauit mona-
sterium.x.sportas ceruicibus suis portans ⁊ per plateas
circūferens/singillatim multis ⁊ non vni sicut sibi prece-
ptum erat statuto precio venūdedit:non cōsiderans tam
vilis ⁊ inconsueti officij nouitatem/splendorem natalitiū/
venditionis iniuriam:dū illam christi humilitatē. Mat.
xij.(que est vera nobilitas animum que moribus ornat)
per obedientie gratiam desiderat obtinere. Abbas Py-
nufius abbas in egypto ingentis cenobij signis ⁊ virtu-
tibus gloriosus timens ne fauor populi fructus sibi pre-
mij vacuaret eterni:occulte suū monasterium fugiēs ha-
bitu seculari indutus receptus est sicut nouiti⁹ ignotus
in monasterio Tabensiotarum in Thebaida. datusq₃ est
tāꝙ senex inutilis ⁊ incognitus in adminiculum cuidam
fratri adolescenti qui hortum susceperat excolēdum.qui
non solū omnia que ipse prepositus imperasset ⁊ que in-
iūcti operis cura poscebat/cum summa humilitate com-
plebat:fimum humeris portando/⁊ alia officia vilia fa-

ciendo:verūetiam quedam necessaria opera que propter
horrorem a ceteris vitabantur noctis labore complebat.
tādem cognitus a suis monachis eum querentibus/co-
actus est ad suū redire monasteriū: dicens se inuidia dia-
boli proditum/ne bono subiectionis ⁊ obedientie potire-
tur. Simile fecit idem receptus in monasterio Bethlemi-
tano:qui tādem coactus ad suum redijt monasterium in
egypto:⁊ coactus est esse quod erat. ¶ Quidam iunior
cū a suo increparetur abbate cur humilitatem ⁊ obediē-
tiam quā renuntians mundo pro modico tempore reten-
tare cepisset/dimitteret: diabolica inflat⁹ superbia suaq₃
contumacia respondit. Nūquid ob hoc memetipsum hu-
miliaui pro tēpore:vt semper subditus sim? ad quod eius
effrenatū scelestūq₃ responsum ita est senior stupefactus:
precipiens verba hec non ab homine sed ab antiquo lu-
cifero esse prolata:vt nullam vocem aduersus tantā pro-
teruiam de ore suo emitteret:⁊ non nisi gemitus de corde
tātummodo ⁊ suspiria potuerit propalare: tacitus intra
se voluens illud qđ legitur de christo. Phil.ij. Qui quum
in forma dei esset:humiliauit semetipm factus obediens:
non vt ille diabolico spiritu ac tumore possessus/ꝓ tem-
pore:sed vsq₃ ad mortem. Io.cassi. Nullo modo poterit in
anima nostra virtutum structura cōsurgere:nisi prius ia-
cta fuerint vere humilitatis in corde nostro fundamina:
que firmissime collocata perfectionis ⁊ charitatis culmē
valeāt sustinere. Ita videlз vt primum fratribus nostris
veram humilitatem intimo cordis exhibeamus affectu.
in nullo sez acquiescentes eos cōtristare vel ledere. quod
nullatenus poterimus implere:nisi renuntiatio vera que
in expoliatione omniū facultatum ac nuditate cōsistit/in
nobis fuerit christi amore fundata.deinde obedientie iu-
gum ⁊ subiectio simplici corde ac sine vlla fuerit simula-
tione suscepta. Ita vt preter abbatis mandatū nulla pe-
nitus in nobis viuat voluntas. Quod non aliter poterit
obseruari:nisi quis se non solum mortuū huic mundo/ve-
rūetiam insipiētem iudicauerit ac stultum : vniuersa que
fuerint a senioribus imperata/sine vlla discussione perfi-
ciens: sacrosancta ea credens ac diuinitus promulgata.
In qua consistentibus qualitate proculdubio status ille
humilitatis vere tranquillus ac immobilis subsequetur:
vt nosmetipsos inferiores omnibus iudicantes/vniuer-
sa que nobis fuerit irrogata tametsi iniuriosa sint vel tri-
stia vel dānosa:tamꝙ a superioribus nostris illata patien-
tissime toleremus.hucusq₃ Io.cassi.in dicto.iiij.lib.de in-
stitu.re. ¶ G Quū Paulus simplex discipulus magni
Antonij semel ex simplicitate presentibus alijs fratribus
interrogasset ipsum an christus prius fuerit an prophete
beatus Antonius verecūdatus pro eo/ꝙ sic eum discipu-
lus suus absurde interrogasset:silere eum ac abire iussit.
Ille vero quia omne quod ab eo dictū fuisset tāꝙ prece-
ptum dei seruare proposuerat:accedens ad cellam suam
tāꝙ mandato accepto silentiū gerere instituit:nec omni-
no aliquid loqui.⁊ sic.x.annis permāsit. Quod quū per-
cepisset Antonius:mirari cepit vnde hec illi obseruantia
placuisset:quā anime sciebat nō esse mandatam. Quūq₃
eum loqui iussisset:⁊ cur tantū siluerit indicaret: Tu (in-
quit Paulus) dixisti mihi vt irem ⁊ silerē. Et stupefactus
Antonius ita ab eo sermonē quem ipse negligenter pro-
tulerat obseruatum. Omnes nos iste (inquit) condēnat.
Quū enim nos de celo nobis non audiamus loquētem:
ab isto qualiscūq₃ sermo qui ex ore nostro processerit ob-
seruatur.multā tamen Antonius docere volēs eum obe-
dientiā/precipere ei solitus erat etiā que ratio non posce-
bat:in quibus eius animus probaretur. Haurire nāq₃ ali-
quādo eum aquā iussit ex puteo:⁊ in terrā tota die effun-
dere.⁊ contextas sportellas resoluere:atq₃ iterum retexe-
re:⁊ rursus resoluere. Et ita per hec ad obedientiā puris-
simā informatus in breui ad perfectionem peruenit. Ex
cuius exēplo dicebat Antonius ꝙ si quis velit velociter
ad perfectionem venire:non sibi ipsi fieret magister:nec
proprijs voluntatibus obediret:etiam si rectum videre-
tur esse quod velit.sed mandatum saluatoris obseruan-
dum ante omnia/vt vnusquisq₃ abneget semetipsum sibi
⁊ renuntiet proprijs voluntatibus. Matth.xvi.quia chri-
stus dicit Io.vj. Ego veni non vt faciā voluntatem meā:
sed eius qui misit me.⁊ vtiq₃ voluntas sua non erat con-
traria patris:sed qui venerat obedientiā docere/non in-
ueniretur obediens:si propriam faceret voluntatē.quan-
to magis nos iudicabimur inobedientes:si faciam⁹ pro-
prias voluntates? Deniq₃ supra dictus Paulus exemplū
nobis est.qui obedientie ⁊ simplicitatis merito in tantū
spiritualium gratiarum culmē ascendit:vt multo plures
⁊ potentiores virtutes per ipsum ꝙ per Antonium domi-
nus faceret. Tante fuit simplicitatis ⁊ fiducie apud deū:
vt quodam tempore quum celeriter non curaret quēdam
oppressum a dirissimo demone more canis rabiētem:mo-
re infantium indignatus dixit ad christum. Vere hodie
non manducabo si eum non curaueris.⁊ mox quasi deli-
cioso infanti satisfactum est a christo.⁊ statim curatus est
rabidus. ¶ Abbas Basilius interrogat⁹ quomodo sibi-
inuicem fratres obedire deberent:respōdit.sicut serui do-
minis suis.sicut precepit dominus.quia qui vult in vobis
esse magnus/fiat omniū nouissimus ⁊ seruus.sicut filius
hominis non venit ministrari. Matth.xx.sed ministrare.
Dicebat senex quia nihil sic deus querit ab ijs qui initiū
habent conuersionis:quō obediētie laborem. ¶ Quidā
secularis renuntiauit seculo:⁊ venit in monasteriū addu-
cens secum suū filium paruulum infantem. quem abbas
tenens osculabatur : et dixit patri suo/Amas hunc? ⁊ ille
respondit. etiam. Postea dixit illi abbas/Tolle ergo si
amas eum:⁊ mitte eū in furnum ardentem. ⁊ tenēs eum
pater suus iactauit in furnū ardentem.⁊ statim factus est
furnus velut ros. Daniel.iij. Ex quo facto acquisiuit sibi
gloriam quemadmodū Abraam patriarcha. Idem quasi
supra eo.§.abbas pater. ¶ Beatus Benedict⁹ iussit da-
ri oleū quod remanserat cuidā subdiacono.sed cellerari⁹
nō obediuit ne fratribus oleū deesset. Iratus pater iussit
alijs fratrib⁹ vt ipsum vas vitreū in quo parū olei remā-
serat/per fenestrā projceretur : ne in cella aliquid per in-
obedientiā remaneret.factūq₃ est.sed proiectū vas remā-
sit incolume. Tunc collectis fratrib⁹ beatus Benedictus
de infidelitate ⁊ inobedientia inobedientē monachū in-
crepauit. ¶ Narrat Greg.in dialogo li.iij.de epo sabino
episcopo placētino.ꝙ cū Padus fluuius egressus alueū
suū terras ecclesie occupasset: dixit diacono suo/Vade ⁊
dic pado/mandat tibi eps vt te cōpescas: ⁊ ad proprium
alueū redeas.qđ diaconus irrisit:nec obediuit. Tunc vir
dei accersito notario dictauit/dicens. Sabinus dñi nostri
Iesu christi seruus cōmonitoriū Pado. Precipio tibi in
noie Iesu christi vt de alueo tuo in locis istis vlteri⁹ non
exeas:nec terras ecclesie ledere presumas.⁊ dixit notario
Vade hoc scribe ⁊ in aquam eiusdē fluminis hoc projce.
Quo facto sancti viri preceptū suscipiens aqua ad alueū
est reuersa.qua in re inobedientiū duritia cōfundit quan-
do in virtute Iesu ⁊ elementū irrationale sancti viri pre-
ceptis obediuit. ¶ Vir dei cōtra Samariā missus/quia
per inobedientiā comedit in itinere:hūc leo in itinere oc-
cidit.sed statim illic scriptū est.iij.Reg.xiij.vij.q.j. deniq₃.
quia stetit leo iuxta asinū ⁊ nō comedit de cadauere. Ex
qua re fm Greg.in.iij.dialogorū ostēditur ꝙ peccatū in-
obedientie in ipsa fuerit morte laxatū. In libro q̇ dicit pa-
radisus dicit ꝙ quū Didimus monachus rogasset beatū
Antoniū magnū qui eū ad visitādum venerat:ꝙ in cella
sua flecterer genua ⁊ precē funderet:statim fecit. at secun-
do noluit se rogari.ipsis nos rebus docēs sanctorū volū-
tatibus obedire:quia verus monachus nō contēdit. Io-
seph in coll.sua de definiēdo dicit. Seniores nostri quoq₃
fidei apostolicarū signa virtutū testimonia reddiderunt:
quiq₃ vniuersa iudicio potius ac discretione spūs/ꝙ rigi-
da animi obstinatione gesserunt; eos q̄ alienis infirmita-

tibus ⁊ voluptatibus acquiescerent/multo vberiores fru-
ctus penitētie ꝙ eos qui in suis volūtatibus perdurarēt
capere censuerunt. Deniq; abbas Piamon post.xxv.an-
nos oblatā sibi vuam ⁊ vinū a quodam fratre sine hesita
tione suscipiens/cōfestim ea que ingesta fuerant cōtra cō
suetudinē degustare/ꝙ ignote cūctis continentie maluit
propalare virtutē. Idem in eodē. Nunꝙ rationabiles ac
probatos patres duros aut irreuocabiles in suis defini-
tionibus fuisse meminimus. sed velut cerā calore ita etiā
eos ratione mollitos: ⁊ intercedēte salubriori cōsilio me-
lioribus partibus sine hesitatione cessisse. Quoscūq; aūt
vidimus definitionibus ꝓprijs inherere: irrationabiles
semper probauimus ac discretionis expertes. ¶ Quidā
venit ad abbatē Sisoy volens fieri monachus vnicū ha
bens filiū. cui dixit Sisoy. Si vis fieri monachus proijce
filium in flumen. quo volēte facere missus a Sisoy alius
frater dixit. Ne iactes puerū in aquā. dixit ille. Abbas pre
cepit vt iactem. Cui frater. Ille ⁊ iterū precipit ꝙ non fa-
cias. Ille autē relinquens filiū factus est monachus pro-
batissimus ꝓpter obedientiā. ¶ Dixit abbas Sisoy. Ve-
ni ad abbatē Achillem q̄ fuit magne obedientie. ⁊ ad ab-
batem O: qui magne humilitatis fuit. ⁊ quū starem ibi:
allatus fuit eis quidā piscis modicus: quem quū abbas
Achilles incideret vt pararet eum: vocatus est ab O:. ille
autem dimisit cultellū in medio piscis statim: ⁊ non preci
dit eū: ⁊ cucurrit ad eum. ⁊ miratus sum tātam obedien-
tiam eius. quia nō dixit/expecta donec incidā piscem. Et
dixi ego abbati Achilli/Vbi inuenisti obediētiam hanc?
respōdit. Non est mea: sed istius senis. ⁊ dixit mihi. Veni
et vide obedientiā ⁊ humilitatē eius. Coxit aūt Achilles
partem piscis male: ita vt perderet illū voluntarie. ⁊ appo-
suit seni. ⁊ ille manducauit nihil loquēs. ⁊ dixit ei/Bonū
est senex? ⁊ ille respondit. bonū est valde. Post attulit aliā
partem nimis coctam. ⁊ dixit. Ecce illud perdidi senex: et
istud nimis coxi. Respondit etiā modice mali cibi exiuit.
Et cōuersus ad me abbas Achilles dixit. Vide quia hec
obedientia istius senis est. Et exiui ab eis. ⁊ quicquid ibi
vidi: feci ſm meā virtutem. ¶ Quidam patrū misit disci
pulū suum procul haurire aquā ad puteū. qui oblit⁹ por-
tare funem/residens super puteum clamauit dicens. La-
cus lacus: abbas meus precepit mihi vt implerem lage-
nam istā aqua. ⁊ statim ascendit aqua vsq; ad summū pu
tei obediens sibi: sicut ipse suo patri spūali. ⁊ impleuit la-
genam aqua: ⁊ reuersa est aqua in locum suū. ¶ Quidā
puer cū patre suo venit instincte ad penitentiā faciendā.
qui quū tētaretur a fornicatione: dixit patri. Vado ad se-
culū: quia nō possum carnis concupiscentiā tolerare. Cui
pater. Accipe panes. xl. ⁊ esto in eremo deferens folia pal
marū. xl. diebus. qui obediens patri quū quieuisset ibi. xx.
diebus: stetit corā ipso velut mulier ethiopissa turpissima
et fetidissima: ita vt abijceret eā a se fetorem non tolerās.
Cui illa. Ego sum que cordibus iuuenū dulcis appareo.
sed propter tuam obedientiam ⁊ laborē ⁊ orationem nō
permisit me deus te seducere. Ille autē surgens nūtiauit
patri. Cui pater. Et ego inquit noui. sed si permansisses.
xl. diebus iuxta mandatū meū maiora vidisses. ¶ San-
ctus Abraam anachorita in cella occlusus perfecte viuēs
rogatur ab episcopo ire ad vicum gentiliū: ⁊ conuertere
eos. cui Abraam. Obsecro inquit sanctitatē tuam vt me
mala mea plangere permittas. Cui eps. Ecce mūdum ⁊
que in eo sunt reliquisti: ⁊ crucē christi amplexus es. atta-
men donec vniuersa hec expleueris: agnosce te obedien-
tiā (que cunctis virtutibus eminet) non habere. Hec ille
quū audiret cepit flere. ⁊ ait. Fiat volūtas dñi. ꝓpter obe
dientiā quocūq; iusseris pergam. ¶ Beate memorie Ar-
senius dixit aliquādo abbati Alexandro. Quādo expen-
deris palmulas tuas: tūc veni ⁊ gustabimus. Si autē ali-
qui peregrini superuenerint: comede cū eis. Abbas autē
Alexander leuius operabatur. ⁊ quum facta fuisset hora
māducandi; supererat adhuc ei de palmulis suis, sed vo-
lens custodire sermonem senis sustinuit donec explicaret
palmas. Abbas aūt Arsenius quū videret quia tardaret
gustauit. existimās quia forte peregrini superuenerant: ⁊
cū ipsis gustasset. Abbas autem Alexāder. postꝙ explica-
uit palmulas: vespere perrexit ad Arseniū. Et dixit Arse-
nius. Peregrinos aliquos habuisti? Et ille respōdit/nō.
Et Arsenius. Quare ergo nō venisti? Et respōdit. Tu di-
xisti mihi/quādo defecerint palme: tūc veni. ego habens
sermonē tuū in animo meo non veni. q: modo adhuc cō-
pleui opus. Et miratus est senex scrupulositatē obedien-
tie eius: ⁊ dixit. Citius difungere ab opere tuo: vt ⁊ mini
steriū psallendi facias ⁊ aquā tibi haurias. Alioquin citi⁹
debilitabitur corpus tuū. ¶ Venerunt aliquādo fratres
quatuor vestiti pelliceas tunicas deserti ad abbatē Pam-
bo. Et indicauit vnusquisq; virtutē alterius non presente
eo de quo loquebatur. Vnus aūt ex eis ieiunabat multū.
Alter vero nihil possidebat. Tertius vero habebat pluri-
mā charitatem. De quarto dixerunt. ꝙ. xxiij. annos habe
bat permanēs in obediētia senioris. Respōdit eis abbas
Pambo. Dico vobis ꝙ istius virt⁹ maior est aliorum. quō
vnusquisq; vestrū virtutem quā possidet propria volūta-
te retinuit. hic aūt solus suam voluntatē abscindens alie-
ne voluntatis se seruum fecit. Tales enim veri cōfessores
sunt si vsq; ad finē ita perseuerauerint. Dicebant senes ꝙ
ista querit christus a christianis: vt obediat quis diuinis
scripturis. quoniā inde accipiet loquendorū ⁊ agendorū
formā. Et vt cōsentiat prepositis ⁊ patrib⁹ suis orthodo-
xis. ¶ Item sciendū ꝙ vbi inferior prelatus vel iudex ali
quid precipit: ⁊ superior alius contrarium: superiori obe-
diendū est. quod qualiter intelligatur no. xj. q. iij. qui resi-
stit. vbi de hoc. Vnde super illud Rom. xiij. Qui superio-
ri resistunt: ipsi sibi dānationem acquirūt. dicit glo. Aug.
Si quis iusserit: nūquid faciendū est: si contra proconsu-
lem iubebatur? Rursum si q̄d ipse procōsul iubeat: ⁊ aliud
imperator: nūquid dubitatur illo contēpto illi esse seruiē-
dum? De hoc etiā habetur di. viij. que cōtra mores. Notat
etiam Innoc. ex de appel. ad hec. ꝙ in dubijs maxime in
fer tuus: corripe eum inter te et ipsum solum.ij.q.j.si peccauerit.vbi de hoc.xlv.dist.sed illud.vbi de hoc.xxiij.q.iiij.ita plane.⁊.c.duo ista.vbi de hoc.ex de iudic.nouit.vbi de hoc.ex de hereti.cum ex iniuncto.§.ne quisq̄.vbi de hoc. Gala.vj.Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spūales estis/instruite hmōi in spū lenitatis.j.ad Thessalo.iiij.Rogamus vos fratres corripite inquietos. Prouer.xxiij.Noli subtrahere a prauo disciplinam.Eccli. vij.Filij tibi sunt erudi illos:et curua illos a pueritia eorum. Eiusdem.xxx.Tunde latera eius dum infans est:ne forte induret et nō credat tibi.Ibidem.Doce filiū tuū:⁊ operare in illum:ne in turpitudinem illius offendas.Ephe.vj. Educate filios vestros in disciplina et correctione dñi.ij. ad Timoth.iiij.Argue obsecra increpa ⁊c.xlv.dist.c.j.⁊.c. cū beatus.ij.ad Timoth.iij.Ois scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendū: ad arguendum: ad corripiendum ⁊c.ps.xcviij.Deus tu ppitius fuisti eis et vlciscens in omnes adinuētiones eorū.vbi dicit expositor.nō odij: sʒ pacis est talis vltio qua flagellat pater filiū ne pereat. necse dñs iudicem exhibet sed amicum.Esa.ix.Zelus dñi exercituū faciet hoc.dum in virga et verberibus iniquitates visitat ⁊ peccata.Apocal.iij.Ego quos amo arguo et castigo.Amos.iij.Tantūmodo vos cognoui ex oībus cognationibus terre:idcirco visitabo sup vos omnes iniquitates vestras.de hoc.xlv.distin.quasi per totum.et maxime in pre.c.cum paulus.et.§.salomon.c.licet.c.disciplina et.c.licet.ij.xxiij.q.iiij.ipsa pietas.c.quid faciet.c.nimium sunt inquieti.c.displicet.c.qui peccat.c.si ecclesia.v.q.v.nō omnis.c.non osculat.ex de off.or.licet.c.irrefragabili.ex de accusa.qualiter.ij.de simo.licet heli.de sta.mo.in singulis.⁊.c.ea que.cum multis. ❡ Secundo incitat ad correctionem faciendam/exemplū maxime christi.de cuius zelo habes Matth.xxj.Joā.ij.Mar.xj.et Luce.xix.ps.lxviij. Zelus domꝰ tue comedit me ⁊c.ex de custo.eu.c.ij.j.q.iij. vendētes.c.saluator.xxiij.q.iiij.qui peccat.lxxxviij.dist.eijciens.xvj.q.vij.et hoc diximus.Esa.lix.Opertus est dominus pallio zeli.Canti.ij.En ipse stat post parietem.ad modum scilʒ zelantis et auscultantis.Exemplum zeli habes Exod.xxxij.in moyse ⁊ leuitis vindictam sumentibus de idololatria ppl'i iudaici.et pre.c.disciplina.dist.xlv.Num. xxv.in phinee qui occidit filium israelitam coeuntem cum madianita.de quo dñs ad moysen:Phinees filius eleazari auertit irā meā a filijs israel.quia zelo meo cōtra eos cōmotus est.de hoc.xxiij.q.viij.legi.cum.c.seq.ij.q.vij.§.item cum balaam.℣.tunc phinees.⁊.xxiij.q.iiij.q̄ christus.Itē in helia.iiij.Regū.x.qui interfecit prophetas baal:et fecit descendere ignē super duos quinquagenarios.iiij.Reg. j.et pre.c.q̄ christus.Item in matathia.j.Machab.ij.qui trucidauit iudeum sacrificantem idolis.et pre.c.q̄ christꝰ. Item in petro animaduertente in ananiam ⁊ saphyram. Act.v.xxiij.q.viij.legi.et.c.petrus.Item in paulo occecāte Elimam magum.Act.xiij.xlv.distin.§.salomon.de isto zelo est quarta beatitudo/Beati qui esuriunt et sitiūt iustitiam.❡ Tertio vtilitas ex correctione prouenies.virga em̄ correctionis fructifera est.ps.xxij.Virga tua et baculus tuus ⁊c.Grego.Virga percutimur.baculo sustentamur.xlv.dist.disciplina.vnde significata est per virgam illam.que protulit flores et amygdala.Num.xvij.❡ Vtilitatem correctionis in multis locis insinuat sacra scriptura.Prouer.xxvij.Melior est manifesta correctio q̄ amor absconditus.et in eodem.Meliora sunt vulnera diligentis q̄ fraudulenta oscula odientis.v.q.v.non omnis.⁊.c. nō osculatur.xxiij.q.iiij.nimiū.et.c.xxviij.Qui corripit hominem:gratiam postea inueniet apud eum/magis q̄ qui per blandimēta lingue decipit.eiusdem.xix.Virga atq̄ correctio tribuit sapientiam.Eccls.vij.Melius est a sapiente corripi:q̄ stultorum adulatione decipi.Eccli.xxx. Qui diligit filium assiduat illi flagella: vt letetur in nouissimo suo.facit.xxiij.q.iiij.ea vindicta.Item in eodem. Qui docet filium suum:laudabitur in illo.Augu.ad Vincētium.Non omnis qui parcit amicus est.nec omnis qui verberat inimicus.Melius est cū seueritate diligere:q̄ cū lenitate decipere.vtilius esurienti panis tollit:si de cibo securus iustitiā negligat:q̄ esurienti panis frangit:vt iniustitie seductus acquiescat.et qui phreneticum ligat: et qui lethargicum excitat/ambobus molestus/ambos amat.hec verba ponuntur in pre.c.nimium.xxiij.q.iiij.et c.ipsa pietas.⁊.c.quid faciet.❡ Item Augu.Quis nos potest amplius amare q̄ deus:et tamen nos non solum docere suauitatem:verum etiā salubriter terrere non cessat.❡ Quarto damnum proueniens ex defectu correctionis.quod in multis scripturis insinuatur.j.Regū.iij.Suscitabo aduersus heli oia que locutus sum sup domū eiꝰ: eo q̄ nouerit indigne agere filios suos:et tamen non corripuit eos.vnde et voce diuina dicitur ei.Honorasti filios tuos magis q̄ me.de hoc.xlvij.dist.§.necesse.iij.Regū.j.Adonias eleuabatur.dicens:Ego regnabo.⁊.j.nec corripuit eum pater eius aliquando.quem hac occasione postea salomon frater eius fecit occidi.Vnde et gratianus.Hinc etiam dauid erga filios bonitatem non discipline seueritatem exercens/eorū iuuentutē experimento didicit perniciosam:quorum pueritiam vaga licētia permisit esse voluptuosam.Vnus quippe eorum sororem suā stupro corrumpens.ij.Regū.xiij.a fratre eius absolone scʒ/inter epulas quas fratribus suis fraudulenter parauerat:obtruncatus est.Absolon postq̄ veniam a patre obtinuit:de regno illum expulit:et ad concubinas eius ingressus est:demum per inuia deserti patrem persequēs quercui inhesit.xlvij.distin.pre.§.necesse.Item Prouerb. xiij.Qui parcit virge:odit filium.qui autem diligit instanter erudit.facit.xxiij.q.iiij.displicet.℣.quare mouetur pater.Prouer.xxix.Puer qui dimittitur voluntati sue:confundit matrem suam.Eccli.xxij.Confusio patris est de filio indisciplinato.eiusdem.xlj.De patre impio queruntur filij:quoniā propter eum sunt in tormento.ij.q.vij.qui tur.Esa.xiiij.Preparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum.❡ D Sequitur de impedimētis correctionis.Notandum igitur q̄ octo sunt que solent impedire ne correctio debito modo fiat.❡ Primum est indiscreta humilitas. *Correctionē impedītia* Augu.loquens prelatis.Quando necessitas discipline in moribus coercendis dare vos dura verba compellit:si etiam vos excessisse modum sentitis: non a vobis exigitur vt a subditis veniam postuleris:ne apud eos quos oportet esse subiectos:dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur authoritas:et tamē petenda est venia ab omniū domino qui nouit eos quos plus iusto forte corripitis:quanta beniuolentia diligatis.lxxxvj.di.quādo.vbi no.q̄ authoritas illa:Vade pus reconciliari fratri tuo.Matth.v.de prelatis non intelligitur:nisi quando ex odio corrigunt.Item Eccli.xiij.Noli esse humilis in sapiētia tua.ad Titū.ij.Hec loq̄re et exhortare et argue cum omni imperio.❡ Scd'm est timor scandali.sed veritas vite doctrine vel iudicij/propter scādalū dimittenda non est.ex de reg.iur.q̄ scandalizauerit. vbi de hoc no.xj.q.iij.inter verba.et vide quod no.ex de renunti.nisi cum pridem.§.pro graui.ex de no.op.nun.c. cum ex iniuncto.Item Galat.ij.dicit paulus.Quum venisset petrus antiochiam:in faciē restiti ei quia reprehensibilis erat.ij.q.vij.paulus.Matth.xv.quum diceret christo.Scis quia pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt. ipse respondit.Omnis plantatio quā non plantauit pater meus eradicabitur.finite eos quia ceci sunt ⁊ duces cecorum.pre.c.inter verba.❡ Tertium est timor humanus vel mūdanus.cōtra quod legitur de helia Eccli.xlv.Non pertimuit principem.nec superauit eum verbum aliquod et.iij.Regū.xviij.dixit helias ad achab regem.Non conturbo ego israel:sed tu et domꝰ patris tui.et Joānes herodem arguebat dicens.Non licet tibi habere vxorem fratris tui.Mar.vj.xxij.q.iiij.vnusquisq̄.Facile enim a iustitia deuiat;qui hominem timet,sic pilatus timore dominū

iesum christum morti adiudicauit.Joan.xix.xj.q.iij.quatuor.⁊.c.quisquis.❡ Quartum est remissio.de qua exemplum habetur in heli.j.Regū.ij.qui remisse arguebat filios suos dicens.Quare facitis res huiusmodi quas ego audio.xlvij.dist.§.necesse.Non sic paulus.xliij.dist.ephesis.non moyses.xlv.distin.disciplina.De negligentia maxime in corrigendo prelatorum:que est in eis peccatum mortale.lxxxiij.dist.in pmis.v.c.vsq̄ ad.§.sicut autē.et ex de of.archid.ea q̄.legit ⁊ no.ex de of.or.irrefragabili.vbi de hoc legitur et no.in glos.j.❡ Quintum et sextum sunt austeritas ⁊ indiscretio.contra que duo sunt in arca testamenti cum virga et manna.Heb.ix.In virga correctio.in manna mansuetudo.cōtra austeritatem.xlv.distin.disciplina.cōtra austeritatem dicitur Gala.vj.Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis.Contra indiscretionem dicit Prouerb.xiiij.In ore stulti virga superbie.Faciendum est ergo tēperamentū quoddaʒ inter rigorem ⁊ desidiam.vt pre.c.disciplina.⁊.e.dist.oēs qui.Et leniter castigatus reuerentiam exhibet castiganti asperitatis autem nimie increpatio/nec correctionem recipit:nec salutem.xlv.dist.cum beatus.Item rectorē subditis pietas matrē:disciplina vero patrem exhibeat.xlv. dist.sed illud.et in.§.seq.hinc etiaʒ.❡ Septimum est ira vel odium.Prouer.xviij.Spiritū ad irascendum facileʒ/ quis poterit sustinere:Eccli.xix.Est correctio mendax in ira contumeliosi.videtur esse correctio:quod potius est corruptio vel conuiciatio.xj.q.iij.ira.j.⁊.c.ira.ij.⁊.c.illa.et pre.c.quatuor.❡ In vitis patrum legitur/q̄ discipulus Macharij ipsum precedens in via/inueniens presbyterū idolorum:dixit ei.quo vadis demon:quem ipse presbyter percussit vsq̄ ad mortem.Macharius sequens discipulum:et obuians eidem presbytero:dixit ei.salueris.ex quo verbo conuersus fuit presbyter.vnde Hierony.Vide quid benignitas sermonis:quid austeritas fecerit.Sapiens ecclesiasticus.Eccli.vj.Verbum dulce multiplicat amicos:et mitigat inimicos.❡ Octauum est amor terrenorū.Genes.iiij.dixit cayn.Num custos fratris mei sum ego:de pe.di.j.serpens.Cayn interpretat possessio.Amator possessionum/custodiā fratrum negligit.cōtra illud. Eccli.xix.Perde pecuniā propter fratrem.Malus autē prelatus dicit verbum cayn:qui magis curat de pecunia q̄ de anima.ppter quam christus Apocal.j.Ephe.v.mortuus est.Bern.Cadit asina:et est qui subleuet.perit anima:et non est qui adiuuet.Idem.Venient ante tribunal christi:et audietur populorum querela grauis:et accusatio dura:quorū vixere stipendijs et non diluerūt peccata. ad hoc.j.q.j.ipsi sacerdotes.iij.q.j.placuit.l.di.siq̄s diaconus.expressum.❡ Nonū est timor detractionis vel appetitus adulationis.Prelati em̄ timentes asperitatem lingue subditorū:aut falsa blandimenta:⁊ periculosas adulationes libenter accipientes/pmittūt eos in peccatis iacere.et isti añ tribunal christi accusaturi sunt tales platos in die iudicij:vt dicit papa hormisda.l.di.siquis diaconus aut presbyter.⁊ Hiero.xlv.dist.sʒ illud.propter easdē adulationes iustitia deserit.j.q.j.sunt nonnulli. ❡

SEquit de modo faciendi correctionem.

Corrigēdi modus.

Attendēdum ergo q̄ correctio procedere debet ex amore.Apoc. iij.Ego quos amo corrigo.arguo ⁊ castigo. xlv.di.licet.j.⁊.ij.Sed sunt aliqui qui illos maxime corrigunt:quos nō amant:quorum ab his quibus adhibetur non reputatur correctio:sed hostilis persecutio.Esaie.xj. Egredietur virga de radice iesse.Iesse interpretatur incendium.et debet ex incendio amoris/egredi virga correctionis.ij.Thessa.vlti.cap.Nolite quasi inimicum existimare illum:sed corripite vt fratrem.Qr autem ex amore correctio facienda est:est expressum.xxiij.q.iiij.ita plane. ibi.Et hec omnia cum dilectione corrigendi:non cū odio persequendi faciat.⁊.c.nimium.vltra medium ibi.Illi seuientes cupiditate:isti charitate.⁊.c.ea vindicta.Ea vindicta que valet ad correctionem nō prohibetur.⁊.j.Sed huic vindicte inferende non est idoneus:nisi qui odium quo flagrare homines solent:qui se vindicare desiderāt: dilectione et māsuetudine superauerint.⁊.j.Quem enim diligit dominus:corrigit:flagellat autem omnem filium quē recipit.Prouer.iij.⁊ Hebre.xij.⁊.j.Animaduertētes eos non amare correctionem:sed odio desiderare vindictam.Item correctio debet fieri cum compassione.Aug. Duo ista nomina quū dicimus/homo/peccator/nō vtiq̄ frustra dicuntur:quia peccator est corripe:et quia homo/ miserere:nec omnino liberabis hominem:nisi quū persecutus fueris peccatorem.xxiij.q.iiij.duo ista.ps.cxl.Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me.sicut dicit glos.super illud Matth.v.Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam.iustitie lumen est misericordia.Jacobi.ij.Iustitia sine misericordia/cecus furor.zelus absq̄ misericordia est vt cecus sagittarius qui intendens occidere feram:occidit hominem:sicut lamech:qui intendens sagittare ferā:sagittauit Cayn.Gen.iiij.xxxj.q.j.quomodo.ignis zeli ardere.xlv.distin.disciplina.debet in oleo misericordie. Grego.super Ezech.Zeli sacri districtio de virtute misericordie necesse est vt ardeat.ad hoc.xlv.distin.disciplina. Ideo necesse est eū qui alios habet corrigere:iugiter meditari in seipso ppriam infirmitatem:vt sciat quid alij portare possunt.l.distin.considerandum nobis est.viij.q.j.clemens.Contra quod aliqui prelati faciunt.xxvj.q.vij.alligant.ps.ix.Sciant gentes quoniam homines sunt.Gal. vj.Considerans temetipsum:ne et tu tēteris.Ecclesiastici.xxxj.Intellige que sunt proximi tui ex teipso.Grego. Omnipotens deus idcirco principem apostolorum permisit cadere:vt in culpa sua disceret qualiter alijs misereri debuisset.vt pre.c.considerandum.Et de christo legitur Esaie.liij.Virum dolorum et scientem infirmitatem.ad Hebre.iiij.Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris:tēratum autem per omnia p similitudine absq̄ peccato.qui non didicit pati disciplinā nescit eam in alijs.ar.j.c.cōsiderandum.exercere.❡ Quidam religiosi habentes abbatem tortorem crudelissimū inexpertem discipline:quam volebat in alios exercere: coegerunt eum sedere per mensem inter fratres:et gerere se tāq̄ simplicem fratrem:quem quotidie perclamantes et egregie verberantes:tandem restituerunt eum sedi sue:dicentes.Ecce per mensem fuisti in scholis discipline:et non solum audisti doctrinam discipline:sed etiam sensisti.non erat mirum si nesciebas quod non didiceras sis memor eorum que didicisti:alioquin rememoratione faciemus tibi.vbi Heb.iiij.Esa.liij.Eius qui didicit ex his que passus est disciplinā.Vnde dicit sapiens.Ecclesiastici.xxxiiij.sententialiter.Inexpertus q̄d nouit:et Greg.ix. Cum in magistrum sumi non debeat/qui formam discipuli non assumpsit:nec sit preficiendus qui preesse non nouit.ex de elec.cum in magistrum.facit.lxj.distin.miserū xvj.q.j.si clericatus.Sunt multi qui alios dure volunt corrigere:se tamen nolentes corrigi.Contra quos Bern.super illo verbo.Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Matth.v.Sunt multi qui zelū iustitie videntur habere sed si verū haberēt zelū se festinarēt corrigere et correctionē recipere:sed q: hoc nolūt verū zelū nō habēt.Cōtra tales dicit dñs Mat.vij.et Luce.vj.Hypocrita eijce primū trabem de oculo tuo:⁊ tunc perspicies vt educas festucā de oculo fratris tui.Inter alia signa que ponit Aug.quomodo cognoscat hypocrita est vnum:quia hypocrite faciles sunt ad reprehendendū:vt videant habere zelū.Talium qui nolunt corrigi:est ille qui dicitur.Noli me tangere.tales a solo deo sunt curabiles:quū omnem humanuʒ tactū fugiunt.p q̄bꝰ dicit a dño in ps.lxxxij.Imple facies eorū ignominia:⁊ querent nomē tuū dñe.Supbi et pestilentes nolunt corrigi.Prouerb.xv.Non amat pestilens qui se corripit.et Sap.ij.Dixerunt impij non recte cogi-

Universidad de Deusto Biblioteca

rantes ⁊c.et.j. Improperat nobis peccata legis: et diffamat in nobis peccata discipline. Prouerb.xv. Qui increpationes odit morietur. Incorrigibilis characterē habet bestie.i. diaboli/ qui est incorrigibilis. Apocal.xix. Unde iudeis incorrigibilibus ait dñs Joan.viij. Vos ex patre diabolo estis. ⁊ talis incorrigibilis a domino maledicit̄ Deuterono.xxviij. Sit celum quod supra te est eneum: et terra quā calcas ferrea. Tūc ergo fit celum eneū: quando orās nō habet deuotionē. terra fit ferrea qn̄ ceci ducunt et obstinatis nullū fructū affert impatiētia. Luce.xviij. Esa.xlviij. Scio q: durus es tu: ⁊ neruus ferreus ceruix tua: et frons tua enea. verbū corrigentis. Esa.xlv. Audite me duro corde. Prouer.xviij. Peccator quū in profundum malorū venerit: cōtēnit/ scʒ correctionem.xvij. dist. nec licuit. vbi ponūtur hec verba. Et sequit̄ ibi. Ira obstinati et contumaces extiterunt vt doceri non velint. ⁊ ex̄ de iudic. cū nō ab homine. ps̄.xciiij. Nolite obdurare corda vestra. ¶ Itē correctio debet fieri cū mansuetudine. ps̄.lxxxix. Superuenit mansuetudo ⁊ corripiemur. Seneca. Uitium animi sicut vitia corporis leniter tractāda sunt. Ambro. sup Lucā. Plus proficit amica correctio: q̄ accusatio turbulenta. illa pudorē incutit: hec indignationē mouet. Gal.vj. Vos qui spūales estis: instruite hmōi in spū lenitatis.l.dist. ponderet. faciūt sepe all̄.c.xlv.dist. licet.j.⁊.ij.⁊.c. disciplina. zelus sedet in fornace vel iuxta fornacem. scʒ vim irascibilē. vnde de facili emicant scintille ire: quib⁹ turbatur oculus mētis. ps̄.xxx. Cōturbatus est in ira oculus (.i.ratio) me⁹ et illud Cato. Impedit ira animū ne possit cernere verū. Et sup illud Job.v. Virū stultum interficit iracundia. dicit Grego. Ira per zelū turbat. Ipse nāq: zelus rectitudinis dū aciem mentis agitat: turbat. Ideo sancti viri impetum ire sentientes/ supersedent correctioni donec ira cessauerit: et tranquillitas in mente facta sit: imitari volentes illum cui dicit̄. Sap.xij. Tu dn̄ator virtutis cum tranquillitate iudicas. Aug⁹. Non cōcupiscit deus reorū vindictam tāq̄ saturari desiderans: sed quod iustum est cum trāquillitate discernit: ⁊ recta voluntate disponit: vt etiā mali sint inordinati. Grego. Ira dei non est vt hois pturbatio cōcitati animi: sed tranquilla iusti iudicij cōstitutio. de pe.dist.iij. productior. neq: em̄ deus hoibus: sed vitijs irascitur. dicit Hiero. de pe.dist.j. q̄obrem. Jaco.j. Ira viri iustitiam dei non operatur.vj.q.iij. ira.j.⁊.ij. cū.c.seq. Diogenes philosophus quū esset iratus seruo suo ait: Jam te nisi essem iratus verberib⁹ enecassem.xj.q.iij. cū apud. Cassianus in.viij.li. de spiritu ire ait. Ira em̄ in nr̄is cordibus insidente: et oculum mentis noxijs tenebris excecante: nec iudicium recte discretionis acquirere: nec cōtēplationis intuitum: nec maturitatem cōsilij possidere: nec vite participes: nec iustitie tenaces: sed nec spūalis quidē ac materia luminis capaces poterimus existere: q: turbatus est inq̄t ps̄.xxx. pre ira oculus scilʒ ipsa mens. ⁊ Eccl̄s vij. Ira in corde insipientiū requiescit. et ira q̄ pdidit prudentes. ⁊ vir iracūdus inhonestus est. ⁊ iracūdia agit sine cōsilio. ⁊ Prouer.xix. s̄m aliam translationem. sʒ sentētia vna. Prouer.xxvj. Homo iracūdus suscitat rixas. eiusdē. xxix. Vir iracūdus puocat rixas. et Eccl̄i.xxviij. Homo iracūdus incēdit litem. Vir autē iracūdus effodit peccata. In oibus aūt iracundis non exilit scintilla de fornace vis irascibilis: sed flamma totum vorans. ⁊ qd̄ zelo sctō ceperint: furore ɔsumunt. In eis opus sanctū quod zelus sanctus tenebat: ira rapit et sibi vendicat. scintilla vero ire: etsi aliquid turbationis oculo mentis ingerat: non tamē opus sciētie zelo inceptum sibi vendicat. Grego. Illa prepositorū solicitudo est vtilis. illa est cautela laudabilis/ in qua totum ratio agit: et furor sibi nihil vendicat. Restringenda est sub ratione potestas. nec est q̄d agendū prius q̄ cōcitata ad trāquillitatē mens redeat. Nā cōmotionis tpe iustū putat esse oē quod fecerit.xj.q.iij. illa. Simile inuenitur in viro/ q̄ ex iustitia reddere vult debitū vxori: cui⁹ opi dupliciter se pōt ingere voluptas. Vel sic vt opus iustitie non auferat: vel ita vt in totū sibi rapiat/ vt scilʒ solo voluptatis amore cōsumetur. Gala.iij. Sic stulti estis: vt cū spiritu ceperitis: nunc carne cōsumemini. Hiero. Adulter est in suam vxorē amator ardentior.xxxij.q.iiij. origo. et vide.xxxiij.q.v.c.j.⁊.xiij.dist. nerui. in fi. Simile accidit in illo qui ex charitate vult dare eleemosynam: cui vana gloria dupliciter se potest ingerere. aut per modum titillationis vel tētationis: aut per modum cōsensus deliberati. de qua incipit quis tabescere et cōtabescere/ exinaniri et inflari. et se hoibus appetit innotescere: non dei gloriam querens: sed suam vt ab hoibus videatur. s̄m Aug. in sermone de cōfessore non pontifice. Prima periculosa non est: q: omne bonum opus gloriam secum portat/ ⁊ letitiam: que non homini: sed deo assignanda est: vt de⁹ glorificetur: et proximus vt edificetur. Matth.v. Luceat lux vestra ⁊c. Secunda periculosa. de qua legit̄ et no.j.q.j. vide. in glos.j. Simile etiam accidit in eo qui ex deuotione inchoat iter hierosolymitanum: ⁊ intrat in cor eius cogitatio de negotiatiōe ibi exercēda. que cogitatio dupliciter se potest ingerere vt pus/ et tunc piculosa: vel vt posterius et tunc non: quia principalis est intentio attendēda/ s̄m Aug. in primo sermone. et ar.xxiij.q.v. de occidendis. ¶ Item correctio occulte et secreto facienda est/ si occulta sit culpa. Matth.xviij. si peccauerit in te ⁊c.ij.q.j. si peccauerit. ⁊ ex̄ de iudic. nouit. vbi de hoc. ⁊ ex̄ de here. cū ex iniuncto.§. nec quisq̄. vbi de hoc. Si vero culpa sit manifesta: manifeste facienda est.j. ad Timoth.v. Peccātes corā omnibus argue: vt ceteri timorem habeant.xlv.di. sed illud Isido. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purgāda. sʒ q̄ palā nocent: palam corrigantur: vt dū aperta obiurgatione sanantur: hi qui imitando eos deliquerunt corrigantur. dum vnus corripitur plurimi emendantur: necesse est: vt pro multorum saluatione vnus condēnetur: q̄ per vnius licentiam multi periclitentur. Aug. Ita erga delinquentem sermo est proferendus: sicut eius qui corripitur expostulat salus. de hoc legitur et no. ex̄ de pe.⁊ re.c.j. ¶ Item in correctione attendendus est stat⁹ personarum que corriguntur: quia non sanat oculum: qd̄ sanat calcaneum. ad hoc op.ar. eorum que leguntur ⁊ no. xxiiij.q.j. qui cōtra.xl.dist. homo christianus. ex̄ de iureiur. quidam medicus imperitus vno collyrio omniū oculos vult curare.xxix.dist. sciendum. Seneca. Cum veteranis parcius est agendum.j. ad Timoth.iiij. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem. ⁊.lxxxvj. distin. tanta ibi. canis tuis parcimus. quod qualiter intelligendum sit habetur.ij.q.vij. paulus. ¶ In correctione etiam seruanda est modestia. tenendum enim est medium inter remissionem et discretū zelū.ij. ad Timoth.ij. Seruū dñi oportet esse patientem: cum modestia corripientem. de hoc satis.s̄. maxime.xlv.dist. q̄si p totū. Qui nō possunt benignitate corrigi: terrore sunt corrigendi. optime facit.xxix.dist. sciendū.l.dist. vt cōstitueret̄. ibi. Cogūt em̄ multas inuenire medicinas/ multorum experimenta morborum. ⁊ ex̄ de vi.⁊ ho. cleric. vt clericor̄. ibi. vt quos diuinus timor a malo non reuocat: tēporalis saltē pena cohibeat a peccato. vbi de hoc plures sunt concordantie. Aug. ad bonifaciū. Quidam dixit pudore et libertate liberos retinere sanctius esse credo/ q̄ metu. Et subdit Aug⁹. Hoc quidem verū est. Sed sicut meliores sunt quos dirigit amor: ita plures sunt quos corrigit timor. Roboā fili⁹ Salomonis/ credens consilio iuniorū/ terrens ppl̄m et cōminationibus vtens decem tribus perdidit.iij. Regū.xij.vij.q.j. deniq:. Isidorus. Qui blādo verbo castigatus non corrigit̄: alicui⁹ acrius necesse est vt arguat̄. Cū dolore em̄ abscindenda sunt q̄ leniter sanari nō pn̄t. Syrici⁹ papa. Ferro necesse est vt abscindantur vulnera: que fomentorū non senserint medicinam.lxxxij.dist. plurimos. in fi. Idē dicit Symmachus.xvj.q.j. in canonibus. Bern. super Canti. Zelum inquit tm̄ inflammet charitas: informet sciētia: firmet cōstantia; sit feruidus; sit circumspectus; sit inuictus. Idem

Correctio q̄uā pacto sit exercenda.

Quo zelus feruidior/ ac vehemētior spūs/ pfusior: q: charitas: eo vigilātior scientia opus est/ q̄ zelum supprimat: spm̄ tēperet: ordinet charitatem. Sunt qui zelū habēt nō s̄m sciētiā. Rom.x.xv.q.j.§.j. q̄ vulgariter vocant̄ hoies sine capite/ belluina rabie seuientes in peccatores cōuicijs eos dehonestātes: nō medicos: sed hostes se exhibentes: quātum in eis est iudiciū dei euacuantes: dum omnia hic vindicare volunt. si em̄ oia hic iudicarent̄ (vt dicit Aug.) locum diuina iudicia non haberent.vj.q.j. si oia. Ipsi officium demonuʒ quod est torquere. Mat.xviij. tradidit eū tortoribus. de pe.di.iiij.§.j.℣. tradidit. diligenter facerēt: si haberēt potestatē in ore eorū personant he voces diabolice. crucifigatur. Luc.xxiij. cōfundatur: deponat̄: eijciatur. potestas eorū vt gladius in manibus furibundi. vix ab ore eorū auditur/ corrigatur. ipsi solū vrere norunt. et secare cum omni egritudine ignem ⁊ ferrum adhibere volūt: ignorantes q̄ oim medicamentor̄ saluberrimū est sapientia. Sap.ix. circa finē. Per sapientiā sanati sunt quicūq: placuerūt ab initio. eiusdē.xvj. Nec herba: nec malagma sanauit eos: sed sermo tuus dñe qui sanat oia. Peccatores (vt ait dionysius) tamq̄ ceci manuducendi sunt. Tullius. Undiq: fulciendi sunt q̄ ruunt. erigendi sunt qui ceciderunt. et sanandi qui vulnerati sunt: ⁊ nouo vulnere transfigendi. Qui zelū indiscretum habēt/ similes sunt illis qui reficiunt veteres patellas: qui foramē vnum volētes obstruere/ vno ictu mallei multa faciūt: vel illud augent: vel patellam oino confringunt. facit.xxvj.q.vij. alligant. videntur tales credere q̄ oia vasa sunt malleabilia quū tamē fictilia vel vitrea malleatione potius cōfringātur. facit.xxiij.q.iiij. qui s̄m carnem. Correctio est refectio vasorū spūalium cōfractorū. Eccl̄i.xxj. Cor fatui quasi vas cōfractum.ij. Timoth.ij. In domo magna sunt vasa/ non solū aurea ⁊ argentea: sed etiam lignea et fictilia. vt pre. c. qui s̄m carnem. Hi correctionem hoim facile desperant: ad male sentiendū de hoibus faciles: ad male faciendum difficiles. cōtra illud Ambro. de oibus iudicat. glos.j. bene presumit qui fidem esse in oibus arbitratur.xxij.q.iiij. innocens. hi peruersum sanitorē cordibus suis prefecerūt: qui mala fratrū tam faciliter pmittunt intrare: bona vero vix vel raro. Opinionē malam de aliquo cōceptā vix aut raro deponunt. ɔtra id.xj.q.iij. absit. et melius. in.c. in multis. Contra muscas vel pulices in gladio magno pugnare volunt: similes cuidā qui dū musculam quādam quam videbat sup caput alterius volitantē securi intenderet p cutere excerebrauit eum. Multotiens dū tales ligna peccatorū intendūt cedere: fugit securis manum eorū: ⁊ ferrū lapsum de manib⁹ proximuʒ occidit. Deutero.xix. glos. simpliciter ligna succidimus: quū delinquētium vitia pia intentione resecamus. securis manum fugit: quū increpatio in asperitatem sese pertrahit. ferrū de manubrio prosilit: quū de correctione sermo durior exit. amicum occidit: qui per asperā correctionem eum magis inobedientē facit. Bern. Cōmotio tua ibi moriatur: vbi oritur: ne pmittatur exire que mortem portat. Eccl̄i.xxviij. Flagelli plaga liuorē facit. scʒ in mēbris corporis: plaga autem lingue cōminuit ossa: idest virtutes mentis. Tales zelatores pro medicina venenum portant et ppinant. Job.xx. Panis ei⁹ in vtero illius vertetur in fel aspidū intrinsecus. Tales similes sunt cuidam fatuo: qui rectissime volens incedere sine ruina domorū: non poterat per ciuitatem incedere. Tales spūaliter multos corruere faciunt. in tempestate ⁊ turbine sunt vie eorū. Naum.j. Prouerb.x. Quasi tempestas transiens non erit impius. Tales similes sunt pugilibus/ qui incedentes per mediū pssure/ alios impellunt: alios cōculcant: alios impediūt a gressu. maledictionem multitudinis post se relinquunt. Sic in quacūq: cōuersatione tales conuersati sunt: post decessum vel recessum querelas vel maledictiones relinquūt. hi periculose ambulant inter ventres pregnantium. Quis em̄ enarraret abortus sanctorum propositorum quos faciunt: et tenerorum animalium vel spiritualium. Tales in principe demoniorū eijciunt demonia. et sathan a sathan expellitur: si tamen expellitur/ et nō potius introducitur. Luc.xj. ⁊ Matth.xij. Interdum enim querentes se expellere spiritū luxurie: non expellunt eum: sed latere cogunt introducentes cum eo alios spūs nequā et nequiores. spiritum mendacij/ simulationis/ ire et odij. Unde opportunitate inuenta exeūt vitia: vt bestie de cauernis cum multitudine nouorum vitiorum. et est error nouissimus peior priore. Matth.xij. et procurātur quandoq: depositiones habētium zelum indiscretum: vel etiam mors eor̄. Multum attendenda esset in correctionibus infirmitas corrigendorum/ et potestas correctionis: ne stragem multorū operetur correctio: sed salutem paucorum. ar.l.dist. vt constitueretur. ⁊.c. considerandūʒ.xxiij.q.j. noli. ex̄ de cleri. excomi. latores. Erubescenda est medicis spiritualibus timoratio medicorum temporalium: quēadmodum solicite cauent ne medicina eorum sint mortis occasio. ex̄ de eta. et qua. ad aures. deridenda est eorum iustitia/ qui ne amittant de suo vilem denarium: parati sunt centuʒ marchas expendere. Timendum est ne zelū aliquorum inanis gloria concitet: vt cuidam accidit: qui vt iustus appareret: proprium filium pro leui delicto decollauit. mercator insanissimus qui mortem filij sui vanam laudem sicca iustitia cōparauit. ¶ Zelus iste indiscretus procedere solet ex inexperiētia discipline in seipsis: et ex ignorātia proprie infirmitatis et aliene: et ex amore inanis glorie. talibus nō esset danda potestas. Ipsi ad instar demonum quocūq: introeunt/ incendium post se dimittūt. Qui vero zelum discretū habere cupiunt: medicos corporū imitent̄. morbos spirituales persequentes: salutem vero egrorum querentes. ar. ex̄ de pe.⁊ re. cum infirmitas.§.fi. Non irascuntur medici corporum patientibus: immo consolantur eos et ad tollēdum horrorē medicine/ prius inde gustant. Unde dicit Aug⁹. de saluatore. Calicem inquit passionis p̄us bibit medicus: ne illum abhorreret egrotus. Non puniūt homines habent zelum discretum s̄m merita. hoc em̄ deo relinquunt. sufficit eis vt faciant homines penitere. puniunt vt emendant: vt qui peccauerunt humilientur: non conterantur. tales officium tortorum diabolo et angelis eius relinquunt. Matth.xviij. de pe.dist.iiij. in prin.℣. tradidit. Unde legitur in legenda antiqua beati Francisci/ q̄ quum quidam frater redargueret beatum Franciscum q̄ non corrigeret fratres/ qui recedere videbantur a via simplicitatis et paupertatis. Respondit sanctus Franciscus et ait. meum officium est spirituale/ videlicet sup fratres: quia debeo emēdare vitia et eis dn̄ari. vnde si vitijs fratrum dominari ⁊ ea emēdare non valeo predicatione verbo et exemplo: nolo carnifex fieri ad percutiendum et flagellandum sicut potestates huius seculi. Sed ɔfido in dño/ q̄ adhuc inimici inuisibiles/ scʒ demones q̄ sunt castaldi dñi ad puniendū illos in h̄ seculo ⁊ in vēturo: q̄ trāsgrediūtur mandata dei: sument de ipsis vindictam faciētes ipos corrigi ab hoibus hui⁹ seculi: ⁊ ad improperium et verecundiam ipsorū reuertent̄ ad pfessionem suā ⁊ vocationē suam. Uerūtamē vsq: in diem mortis mee exemplo et operatione non cessabo fratres docere ambulare per viam quā mihi dñs ondit: ⁊ ego ostēdi eis: ⁊ ipsos informaui: vt sint inexcusabiles coram dño ⁊ ego corā ipso de ipsis: et de me non tenear vlterius reddere rationē. Ecce forma et verba et doctrina sancte correctionis sanctor̄ platorū volentiū se ⁊ aīas subditorū saluare. ad hoc.xliij. dist. ephesijs. ⁊ optime.xlvij.dist.c. vlti. Tales boni correctores sic secant putrida.xxiiij.q.iij. resecande. ex̄ de sta. mo. ea que.j. responso: vt sana illesa relinquāt. sic herbas pestiferas euellunt. ex̄ de ma. et obe. solite.§.j. vt saluratores non ledant. sic zizaniam extirpant.xxiiij.q.iij. notandum. vt tritico lesionem non inferant. Matth.xj.xj.q.iij. nolite.xxiij.q.iiij. quantus. Quidam habētes zelum: non scientiam.xv.q.j.§.j. sic hortos abbatiaruʒ suarum purga-

Universidad de Deusto Biblioteca

uerunt ab arboribus fructiferis.vt fere ibi nullã relinque
rẽt.❡Et notandum ꝙ quũ parcere ꝛ punire(vt cõtrario
rũ)in eadẽ sit disciplina.ff.de ver.obli.inter stipulantẽ.§.
sacramenta.Qui nescit parcere nescit punire. Et notan-
dum etiam/ꝙ sicut zelus indiscretus reprehensibilis est:
ita remissio est reprehensibilis.Bern. Nõ irasci vbi irascẽ
dũ est:nolle emẽdare peccatuz est. Plus vero irasci ꝙ ira-
scẽdum est: peccatũ peccato addere est. Remissio ipa est
vt somnolentia in rectore nauis. Prouer.xxiij. Eris sicut
dormiens in medio maris. et quasi sopitus gubernator
amisso clauo.Unde dominus ait Petro in persona prela
torum. Simon dormis. Mar.xiiij. Isidorus prelatum ne
gligentẽ dormienti assimilat:de cuius manibus cadit ba-
culus pastoralis.et pictores pingunt ipsum accumbentẽ
in cathedra super cubitũ somno grauatum: ꝛ cadentẽ de
manu eius baculum pastoralem.de quo baculo de conse-
cra.dist.j.nullus episcopus.ꝛ.xlv.distin.disciplina.et vide
qđ no.ex de sacra vnc.c.vnico. §.fi.in fi.in glos.martialis.
in fi.et in glos.seq.que incipit.quia baculus. ❡Item re-
missio pigritie agricole assimilatur. Prouerb.xxiiij. Per
agrũ hominis pigri transiui:et per vineam viri stulti: ꝛ ec
ce totum repleuerãt vrtice.et operuerãt superficiẽ eiꝰ spi-
ne.facit ex de sta. mo.ne in agro.in cle.in prin. Remissio
est velut defectus latratus in cane gregem seruante. Esa.
lvj.Canes muti nõ valẽtes latrare.quod exponit Grego.
in pastorali/de pastoribus prelatis negligentibus predi-
care et corrigere.xliij.distin.sit rector. Item sicut defectus
gladij in custode.Esa.lvij.Super muros hierusalem con-
stitui custodes:sed non chartarum.xvj.q.j.in canonibus.
Prelatis eñ proprie dicitur/Gladij ancipites in manibꝰ
eorum.ps.cxlix.ꝛ.ij.Macha.xv.Accipe gladium sanctũ/
scilicet correctionem et predicationem pungentes. ex de
priuil.ex ore.l.dist.siquis.in fi.ibi.que est ista iustitie inimi-
ca bonitas/palpare criminosos: ꝛ vulnera eorũ vsq; in diẽ
iudicij incurata seruata.Heb.iiij. Uiuus est sermo dei ꝛc.
penetrabilior omni gladio ancipiti.munus a deo/in quo
deijcies aduersarios populi mei:id est mala opera et vo-
lũtates. Itẽ defectus buccine in speculatore. Ezech.xxxiij.
Si speculator viderit gladium venientẽ/et non insonue-
rit buccina: et pp'lus nõ custodierit se: veneritq; gladius
ꝛ tulerit de ijs animã: ille quidez in iniquitate sua captus
est: sanguinez autem eius de manu speculatoris requirã.
ex de off.or.irrefragabili.vbi de hoc.ꝛ de reg.c.vlt.in prin.
vbi de hoc. Speculator autem prelatus est.xliij.dist.sit re-
ctor.❡Sunt qui remissionez misericordiã reputant: quũ
tamen potius sit crudelitas.xlj.di.sepe.xxiij.q.iiij.est iniu-
sta.Misericorditer agitur cum phrenetico quũ ligatur.ꝛ
cum lethargico quũ excitatur.xxiij.q.iiij.quid faciet eccle-
sie.ꝛ.c.nimium. Et cuz eo qui in igne est: quũ per capillos
inde trahit: si aliter inde extrahi nõ põt. De ore lupi infer
nalis violenter extrahẽdi sunt hoies. Amos.iij. Quomo
do si eruat de ore leonis duo crura: aut extremum auricu-
le: sic eruentur filij. Job.xxix. Conterebam molas iniqui:
et de dentibus illius eripiebam predam. Mole diaboli
sunt vitia et peccata. Eadem etiam dentes possunt dici.
Eccli.xxj. Dentes leonis dentes illius ꝛc. Item extrahẽdi
sunt de aquis deliciarum et inuiti anteq; ibi submergan-
tur.ar.xxiij.q.iiij.displicet. Et de hac materia satis supra.
❡Et notandum ꝙ ij qui faciũt correctionem non debent
de se confidere: sed de deo.et orationi debẽt instare: quũ
solius dei sit hominem corrigere. Ecclesiastes.vij. Consi-
dera opera dei: ꝙ nemo põt corrigere quẽ ille despere-
rit.considera.i.discerne inter opera dei.sibi hoc spera esse
possibile ꝛ non alij/scz hominẽ corrigere.corrigere eñ est
cor hominis dirigere et regere.xlvij.di.§.necesse.in fi.ps.
v.Dirige in conspectu tuo viam meam. ❡F

Incitantia ad recipiẽdaz eq aio disciplinã.

Sequit de ijs que in-

citare possunt ad libenter recipiendum vel cor
rectionem vel disciplinaz. ❡Primo multiplex
admonitio sacre scripture. ps.ij. Apprehendite discipli-
nam ꝛc. Prouerb.iij. Disciplinam domini fili mi ne abij-
cias. ꝛ eiusdem.iiij. Tene disciplinam et ne dimittas eam.
Heb.xiij. Noli negligere disciplinam. Item.in disciplina
perseuerare.ps.cxviij. Bonitatem et disciplinam ꝛc. Itẽ.
et disciplina tua ipsa me docebit. ❡Secundo vtilitas ex
correctione vel disciplina pueniens. Prouer.xxix. Uirga
atq; correctio tribuit sapientiã.et eiusdem.xij. Qui diligit
disciplinam: diligit sapientiã. qui autẽ odit increpatiões:
insipiens est. Disciplina vel correctio placet sapientibus
et in eis proficit: insipientibus vero displicet nec proficit
in eis. Eccli.x. Uir prudens et disciplinatus non murmu-
rabit correctus(al's correptus.) Prouer.ix. Argue sapiẽ-
tem et diliget te.et eiusdem.xv. Non amat pestileus eum
qui se corripit.eiusdem.ix. Qui arguit in ipsum generat
maculam sibi.idem ibidem. Qui erudit derisorem/ipse si-
bi iniuriam facit.et.j. Noli arguere derisorem:ne oderit te.
Eccle.j. Peruersi difficile corriguntur. Peruersus est qui
et in intellectu et in affectu a bonitate auersus est. Eccle-
siastici.xxxij. Hõ peccator vitabit correctionem. Prouer.
xvij. Plus proficit correctio apud sapientem: ꝙ centum
plage apud stultum.eiusdem.xxvij. Si contuderis stultũ
in pila/quasi ptisanas feriente de super pilo: non aufere-
tur stultitia eius. ❡Tertio malum pueniẽs ex eo ꝙ di-
sciplina vel correctio abijcitur. virga enim correctionis in
colubrum vertitur. qui enim hic non corrigitur: in futu-
ro a serpentibus infernalibus punietur. Exod.iiij. Pro-
iecit moyses virgam que versa est in colubrum. Prouer.
xv. Qui increpationes odit: morietur.et eiusdem.xix. Ui-
ro qui corripientem se dura ceruice contẽnit: repentinus
superueniet interitus. Eccli.xix. Qui odit correctionem:
minuetur vita. vita inquã triplici. nature/gratie/ꝛ glorie.
Homo qui est sine disciplina: terrenis adheret: de eternis
non curat. Job.xvij. Cor eorum longe fecisti a disciplina:
propterea non exaltabitur. Glos. qui per disciplinam ni-
mine custodire vitaz student: semper per desideria in rui-
nis iacent. Qui sine disciplina est in periculo est. Prouer.
xv. Qui abijcit disciplinam: despicit animã suam. sicut car
nem despicit: qui eam non vult sale condire ne putrescat.
qui contẽnit disciplinam per consequens abijcit omne bo
num. Sap.iij. Sapientiam et disciplinam qui abijcit in-
felix est. fugiunt enim eũ omnia bona. talis diabolo mul-
tum assimilatur qui incorrigibilis est. Eccli.xxj. Qui odit
correctionem vestigium est peccatoris. diabolus pecca-
tor dicitur antonomastice: cui multum assimilatur. Qui
odit correctionem vt vestigium similes similis est pedi in
pinguedine terre ꝛc. Geneb.xxvij. pinguedo terre gratia
compunctionis. impinguatur terra quum in ea fimus ia-
citur. ꝛ cor peccatoris quum in correctione compungitur.
Luce.xiij. dixit cultor vinee/de ficu quam volebat dominꝰ
excidere: Fodiam circa illam ꝛ mittã stercora. increpando
et exprobrãdo ei peccata sua. Sed quidã sunt terra male-
dicta: q2 vnde deberẽt impinguari: inde cõtingit eos mise-
rabiliter indurari. quod no. Eccli.xxij. De stercore boũ la-
pidabit piger. qđ est/qñ de increpatione plati indurescit
peccator. vbi dicit Bern. Quid faciemus tibi o piger: nõs
ne bonꝰ fimus spargit in agro tuo? vñ ergo lapides.i. tu
inimicus homo hoc facis/qui fimum tibi cõuertis in lapi-
des. ❡Et notandũ ꝙ laudabilius est correctionem libẽ
ter accipere: ꝙ audacter facere. Aug.ad hiero. Quũ san-
ctius sit a tenendo itinere in nullo ꝙ in aliquo declinare:
multo tñ est mirabilius et laudabilius libenter accipere
corrigentẽ ꝙ audacter corrigere deuiantẽ. ❡Partes dis-
sciplinae multe sunt. Est disciplina ad oẽs pertinens.scz di-
sciplina pprij corporis. de qua Esa.liiij. Disciplina pacis
nostre sup eũ. Et est disciplina pertinẽs ad eos/qui psunt
ceteris hoibus. Prima multiplex: vt ieiunium/asperitas
vestimenti/duritia lecti/peregrinatio/vigilia/disciplina
verborum. Secunda vero duplex est. quedã spũalis/quã
scz delinquentes feriuntur gladio spũali; que specialiter

pertinet ad prelatos ecclesie.xvj.q.ij.visis. Quedam vero
materialis/quũ scz delinquẽtes feriunt gladio materiali
q maxime ptinet ad pncipes terrenos.xxiij.q.v.rex.ꝛ.c.re
gum.ꝛ quasi per totam illam questionem.

❡Articulus.lxxij. A

Sequitur videre de

erroribꝰ circa disciplinã.et primo de errore
illorũ qui dicũt nullum esse excõmunicãdũ.
Scđo de errore illorũ qui dicũt maleficos
non esse puniendos pena corporali. ❡Primus error vi-
detur inniti his testimonijs sacre scripture. Luce.vj. Noli
te iudicare et non iudicabimini.xxiij.q.iiij.§.j. peccant er-
go sacerdotes qui excõmunicationis sententiã ferẽdo ho
mines excõmunicãt et iudicãt. Itẽ ad Rom.ij. Inexcusa-
bilis es o homo omnis qui iudicas.in quo enim iudicas
alium: teipsum cõdẽnas. Itẽ Rom.xij. Benedicite ꝛ no-
lite maledicere.xxiiij.q.iij.§. illicita. Peccant ergo sacer-
dotes qui hominibꝰ maledicunt.j.ad Cor.vj. Neq; male
dici.neq; rapaces regnũ dei possidebũt.pre.§.illicita. Itẽ
ij.Pet.iij. Non reddentes malum pro malo.ad quod mo
nemur exemplo christi.j.Pet.ij. Quũ malediceret nõ ma
ledicebat. Item Eccli.xxj. Dũ maledicit impius diabolũ:
maledicit ipse animã suam. Si ergo diabolus maledicen
dus non est: vt est expressum.xxiiij.q.iij. si igitur.multo for
tius homines non sunt maledicendi. ❡Ad primũ dicen-
dũ est/ꝙ est iudiciũ iustum ꝛ iudicium iniustum. Iudiciũ
iniustum prohibitũ est.iudicium vero iustum nõ est prohi
bitũ.imo christus monet ad illud Joã.vij. Nolite (inqt
christus) iudeis fm faciem iudicare: sz iustum iudiciũ iu-
cate. De manifestis ɔcessum est nobis iudicare: non de oc
cultis.xxxij.dist.erubescãt.vbi de hoc.xxxij.q.v.christiana.
j.ad Cor.iiij. Nolite ante tempus iudicare.ij.q.j.multi. in
prin.ꝛ ad fi.ibi. Nõ eñ cõtrarium est huic loco illud qđ di-
cit ap'lus Rom.xiiij. Tu q es qui iudicas alienum seruũ?
suo dño stat aut cadit. Noluit eñ hominem ab homine iu
dicare ex arbitrio suspitionis: vel etiam extraordinario
et suspecto iudicio: sed potius ex lege dei fm ordinem ec-
clesie. Mar apli potestatẽ habuerũt iudicandi/ostẽditur
in hoc qđ dicit petro/Mat.xvj. Quodcũq; ligaueris sup
terrã ꝛc.xxiiij.q.j.quodcũq;. Item eiusdẽ.xviij. Quecũq;
alligaueritis super terram: erunt ligata ꝛ in celis. de pe.
dist.j.quẽ penitet. Joã.xx. Quorũ remiseritis peccata: re-
mittunt eis.ꝛ quorũ retinueritis: retẽta sunt.j.ad Cor.v.
ostẽdit ap'ls se iudicasse corinthum fornicatorẽ. Ego inqt
absens corpore: psens autem spũ: iam iudicaui eum q sic
operatus est in noie dñi nostri iesu christi: cõgregatis vobis
ꝛ meo spũ cũ virtute dñi iesu: tradere hmõi sathane in in-
teritũ carnis: vt spũs saluꝰ sit in die dñi nři iesu christi. de
hoc.ij.q.j.de manifesta.xj.q.iij.audi.ex de do. ꝛ cõtu. veri-
tatis. Item eiusdez.j.Cor.vj. An nescitis q2 sancti de hoc
mũdo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mũdus: in-
digni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis qm ange-
los iudicabimus? ex qui fi.sint le.per venerabilem.§.sunt
autẽ.in fi. Ad aliud dicendũ est/ꝙ ecclesia non reddit ma
lum p malo.nec malum optat quũ aliquem excõmunicat
Excõmunicatio eñ medicinalis est: nõ mortalis.xxiiij.q.
iij.notandum.ij.q.j.multi. ex de sen.ex.cum medicinalis.
li.vj. Nec excõmunicatio est mala: nisi malitia pene. ex de
sen.ex.sacro.ibi/tantaz infligere penam insonti. sicut me-
dicina amara ð: quũ vere bona sit: eo ꝙ sit morbi expulsi
ua ex sui natura: licet aliud frequẽter cõtingat ex vitio eã
cõtemnentis.xj.q.iij.§.premissis. Et licet excõmunicatis
mala excõmunicatio videat (vt dictum est) bona tñ est: q2
iustitia est. Non eñ iudex crudelis est iustitiam faciendo:
immo crudelis esset eam non faciendo.xxiij.q.iiij.ne amis
sio.ꝛ.c.est iniusta. Uel furem patibulo suspendendo: et si
illi cui infertur pena crudelis appareat.xxiij.q.v. non est
crudelis. Excõmunicatio est ad hoc/ vt hoies cõuertãtur
et salui fiant.xj.q.iij.audi.in prin.ps.lxxxij. Imple facies
corũ ignominia: et querent nomen tuũ dñe. Augꝰ. Quic
quid facit mater ecclesia vera et legitima: etiam si asperũ
amarũq; sentiatur: non malum pro malo reddit: sz expel-
lendo malũ iniqtatis/bonũ discipline apponit: non odio
nocendi: sed dilectione sanandi. ad hoc facit. xxiij.q.iiij.§.
precepta.ꝛ.q.v.prodest. Item Aug. Melius dolor capi
tis dolet dum curatur: ꝙ dum parcitur et non sentitur et
non sanat. ad illud no. Eccli.xxi. Dum maledicit impius
diabolum ꝛc. Dicẽdum est ꝙ verbũ intelligendũ est quã-
tum ad illos qui ad sui excusationẽ maledicunt diabolo/
imputantes ei peccatum suũ. sicut eua peccatũ suũ impu-
tare voluit serpenti. ꝛ per cõsequẽs authorẽ serpentis ac-
cusauit latenter. Geñ.iij. de pe.dist j.serpẽs. ❡Authori-
tatem autem excõmunicãdi ꝛ maledicendi hz ecclesia ex
diuersis locis scripture sacre. Mat.xviij. Si ecclesiam nõ
audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. ij.q.j.si pec-
cauerit. ex de iudic.nouit. ꝛ Mat.xxj.et Mar.xj. Male-
dixit dñs ficulnee fructũ non ferenti. ꝛ Act.viij. dixit Pe-
trus simoni mago: Pecunia tua sit tecum in perditionem
j.q.j.reperiũtur.ꝛ.c.qui studet. ❡Et ꝙ sancti possint ma-
ledicere ex causa/habetur.xxiiij.q.iij.§.sed qui pro.ꝛ.c.san
cti.ij.Joã.c.j. Siquis venit ad vos ꝛ hanc doctrinam nõ
habet: nolite hunc recipere in domũ: nec aue ei dixeritis.
xxiiij.q.j.ois qui.xj.q.iij.excõmunicatos.j.ad Cor.v. Siqs
frater noiatur.ij.q.j.multi. vbi exponit hec authoritas.in
eodẽ. Nescitis ꝙ modicũ fermentũ totam massam corrũ
pit? expurgate vetus fermentũ. Item. Auferte malum ex
vobisipsis. eiusdẽ vlt. Siquis nõ amat dñm nostrũ iesum
christũ sit anathema. Item Gala.vlt. Siquis vobis euã
gelizauerit preter id quod accepistis anathema est. Item
j.ad Timoth.j. Ex quibꝰ est hymeneus et alexander quos
tradidi sathane: vt discãt nõ blasphemare. sicut ouis mor
bida a grege separat: ne grex ex ea inficiat.xlv.dist. sed il-
lud.xxiij.q.iij.corripiantur. ex de sta.mo.ea que.j.respõso.
Et sicut membrũ infirmũ et corruptũ abscindit/ne cetera
mẽbra per illud corrũpantur.xxiij.q.iij.resecãde.ꝛ.c. cor-
ripiantur. ꝛ sicut humores mali a corpore educuntur: ne
infirmitatẽ corpori inducant: sic hoies pestilentes a cor-
pore ecclesie per excõmunicationẽ separandi sunt: ne cete
ros corrumpant: vt de hoc.xj.q.iij.quasi per totũ.ꝛ. xxiiij.
q.j.quasi per totum.ꝛ ex de sen.excõi.per totũ. Aug. Ma
li christiani sic sunt in corpore christi mystico: quod est ec-
clesia.xxiij.q.v.de liguribus. quomodo humores mali qui
quãdo euomũtur: tunc releuatur corpus. de cõse.dist.iiij.
est vnitas: sic et mali quãdo exeunt tunc ecclesia releuat.
et dicit: ex me exierunt humores isti: sed non erant ex me.
ar.ad hoc de pe.dist.iiij.si ex bono. ❡B

Excõicã di authoritatẽ vñ habet ecclesia.

Excõica nõis sentẽtia an sit in alis quẽ ferẽda.

Iudiciũ duplex.

Sequitur de errore il-

lorum/qui dicũt maleficos non esse puniẽdos
pena corporali maxime morte. qui error videt
posse inniti his testimonijs sacre scripture. Geñ.ix. Qui-
cũq; effuderit sanguinẽ humanũ: fundetur sanguis illiꝰ.
Itẽ Exo.xx. non occides.xxiij.q.v.si non licet. quod verbũ
adsumit dominus/Matth.v. Non occides. Roma.xij.
Hebre.x. Deutero.xxxij. Mea est vltio ꝛc. Ezechie.xviij.
et.xxxiij. Nolo mortem peccatoris ꝛc. Item Matth.
v. Ego dico vobis non resistere malo. In eodem. Qui
irascitur fratri suo: reus erit iudicio. si ergo non licet irasci
fratri: ergo non licet eum occidere. Item in eodem. Dili-
gite inimicos vestros. et eiusdem.xiij. de zizanijs superse-
minatis. dicunt serui. Uis imus et colligimus ea? et ait
paterfamilias: non: ne forte colligentes zizania / eradi-
cetis simul et triticum. sinite vtraq; crescere vsq; ad mes-
sem.xj.q.iij.nolite.ij.q.j.multi. Item luce.vj. Nolite cõdẽ-
nare et non cõdẽnabimini. Rom.xij. Nõ vos defendẽtes
charissimi: sz date locũ ire. scriptũ est eñ Prouer.xx. quan
tũ ad sententiã.xxij.q.j.§.j.mihi vindictã.j.Joã.iij. Ois qui
odit fratrem suũ homicida est. Et scitis qm ois homicida
non habet vitam eternam in se manentem. Matth.xxvj.

Malefici an vltimo supplicio sint plectendi.

Universidad de Deusto Biblioteca

catur cū futuris subtilissimis.multe sunt capitia post na-
tes descendūt.amplitudo ei⁹ vt tentorium est. Chordula
minorum subtilis ⁊ alba plurimis nodulis terrā tangit.
Quod a Frācisco humili pro dedecore datū est:priuign⁹
eius accipit ad decorē.Crucis habit⁹ crucē cōculcat.qua-
les foris tales intus.xlj.di.§.si.Vide.j.§.se.ꝟ.contra super
biam ornatuū in isto ar.⁊ in.ꝟ.in qua preciositate.cum.ij.
se.Item est in actu.ps̄.c.Non habitabit in medio domus
mee qui facit superbiam.Exemplū de Nemroth superbo
robusto hominū oppressore.Gene.x.vj.di.§.si.in si.Itē su
perbia in ꝟbo.sicut i Antiocho.ij.Macha.ix.Et in Sen-
nacherib ⁊ Rapsace pricipe suo.Esa.xxxvj.⁊.xxxvij.ps̄.xvj
Os eorum locutum est superbiam.xlvj.di.c.j.de pe.di.ij.si
em̄.vltra mediū.ꝟ.nonne.ibi.loquūtur grandia.Et tot⁹
eorum sermo superbia est.Quod ad literā religiosos pre
cipue tangit.q: ⁊ in disputationibus et predicationibus
⁊ cōmunibus locutionibus arrogāter ⁊ pōpatice loquū-
tur:⁊ actus ⁊ signa supbie ostendunt:⁊ se extollunt ⁊ lau
dant:⁊ noua ⁊ subtilia fari gestiūt:⁊ suas opiniones ma-
gnificare:⁊ aliorū deprimere ⁊ conculcare.nec patiuntur
sibi ab aliquo cōtradici.⁊ ostentant que sciunt ⁊ nesciunt
⁊ que non intelligūt frequenter exponūt ⁊ simulant se in-
telligere.qd̄ prohibet Chalcedonense conciliū.xviij. q.ij.
quidam monachorū.Et contra illud quod dicit Ambro.
in li.de officijs:⁊ est.xj.q.iij.siquis vero.ibi.Quoniā veri-
tatis ea regula est:vt nihil facias cōmendandi causa tui
quo minor alius fiat.neq̄ si aliquid boni operis habeas:
id ad deformationem alterius ⁊ vituperationē exerceas.
Nam ⁊ aliorū honores non debent esse alijs occasio nocē
di.C.de statuis ⁊ imagi.l.vlti.Nec aliquis debet appetere
per quod honor aliorū imminuatur.xcix.di.nullus.Item

superbia in loco.ps̄.lxxiij. Superbia eorū qui te oderunt
ascendit semper.Et tales religiosi appetunt ad literā pri
mas cathedras in synagogis:⁊ primos accubit⁹ in cenis
Mat.xxiij.vbi Rabanus. Notandū q̄ non salutari in fo-
ro/non primo sedere vel discūbere vetat eos quibus hoc
officij ratione competit:sed eos qui hec siue habita siue
non habita indebite amant:a fidelibus quasi improbos
docet eos cauendos.De supbia pro loco vel in loco.xlviij.
di.§.j.cum.ij.c.se.ꝟ.elatio.Et superbia pprie diabolo attri
buitur.Luc.xiiij.Recūbe in nouissimo loco.¶ E Con-
tra hanc quadruplicem speciem superbie attende christi
quadruplicem humilitatē.Luc.ij.Inuenietis infantem.i.
non fantem/contra superbiā in verbo.Pānis inuolutum
contra superbiā in ornatu. Et inuolutū/contra superbiā
in actu manuum vel incessu pedum.Positum in presepio
contra superbiā in loco.¶ F Item Greg. quadruplicē
superbiam ponit principaliter in moralibus.Una est quū
quis quod habet/a deo se habere non recognoscit. cōtra
illud Ro.xj.Quis prior dedit illi:⁊ retribuetur ei?quoniā
ex ipso/⁊ per ipsum/⁊ in ipso sunt omnia. Et.j.ad Corin.
iiij.Quid habes quod nō accepisti?Si autē accepisti:q̄d
gloriaris quasi non acceperis?Unus magn⁹ gradus hu
militatis est in homine/cognoscere sempse esse contrariū
bono suo.Ramus humilitatis ⁊ donū est/reddere aliena
⁊ non sibi appropriare ea.hoc est oia bona deo attribue-
re cuius sunt:⁊ sibi mala. Jac.j.Omne donum ⁊c.ij.q.j.q̄
pio.Beatus qui se habet vilem corā hominibus; sicut se
vilem inuenit coram deo.Beatus qui se iudicat nunc q:
non veniet in aliud iudicium.j.Cor.xj.de pe.di.j. iudicet.
Beat⁹ hō q̄ ambulat fideliter ad iudicium ⁊ ad obediētiā
alterius.Hoc em̄ fecerunt apostoli etiā repleti iam spiri-
tusancto.xxj.di.in nouo.xciij.di.qui cathedram.Qui vult
pacem ⁊ trāquillitatem habere:omnem hominem repu-
tet superiorem suū ⁊ dominum.Luc.xxij.Qui maior est in
vobis fiat sicut minor. Idem Matthei.xx. Beat⁹ ille qui
non vult videri in suis verbis ⁊ moribus:nisi in illa com-
positione in qua diuina gratia cōposuit eum.Mat.vj.At
tendite ne iustitiā vestrā faciatis coram hoibus vt videa-
mini ab eis.¶ Alia est quum quod habet boni tēporalis
vel spiritualis/suis meritis se reputat habuisse.contra id
j.ad Cor.xv.Gratia dei sum id quod sum.Si autē gratia
iam non ex operibus:alioquin gratia iam non est gratia
Ad roma.xj.j.q.j.gratia.¶ Alia est quū quis se iactat vel
reputat habere quod non habet.contra id Apoca.iij.Di-
cis q̄ diues sum ⁊ locupletatus:⁊ nulli⁹ egeo: ⁊ nescis q:
tu es miser ⁊ miserabilis ⁊ paup ⁊ cecus ⁊ nudus.¶ Alia
est quum quis nō appetit q̄ aliquis habeat qd̄ ipse habet
⁊ singulariter vult in omnibus apparere. Ista est supbia
istius euangelici pharisei.Luce.xviij.qui ascendit in tem-
plum/dicens.Non sum sicut ceteri hominum. Isti inuidi
sunt filij superborū.q: mater inuidie fm̄ Aug.supbia est.
vnde dicit. Tolle matrē:non erit filia.q: superbus parē
non patitur.sicut patet in lucifero.Esa.xiiij.⁊ de pe.dis.ij.
principium.Adde hic qd̄ scripsi.j.§.prox.ꝟ.j.¶ Joā.cassi.
in.xij.li.de spiritu superbie.Hui⁹ bestie immanis ⁊ seuissi
me duo sunt genera. Unū quo spirituales viri.summiq̄
pulsantur.Aliud quo incipientes penitētiam carnalesq̄
cōplectitur.Quemadmodū vero hui⁹ morbi virus per-
niciosissimū deuitemus/instrui poterimus:si ruine ange
lice causas atq̄ originem prosequamur.Esa.xiiij.Lucifer
namq̄ indutus diuina claritate/⁊ inter ceteras superbas
virtutes cōditoris largitate prefulgens.de pe.dist.ij.prin
cipium.⁊ splendorē sapientie et virtutum plenitudinē q̄
ornabatur gratia conditoris nature sue potentia nō mu
nificentie illius beneficio se credidit obtinere. Et ob hoc
elatus tamq̄ qui ad perseuerantiam puritatis huius di-
uino non egeret auxilio:deo se similem iudicauit: vtpote
qui nullius indigeret.ps̄.xv.Bonorum meorū non indi-
ges.quemadmodum deus auxilio liberi scilicet arbitrij li
bertate confisus per illam credens affluēter sibimet oia
suppeditari

Supbia quadruplex.

suppeditari que ad consummationē virtutum vel per-
ennitatē summe beatitudinis ptinerent. Hec ei sola co-
gitatio facta ruina est.ob quā desertus a deo quo se cre-
didit nō egere:instabilis repente ac nutabūdus effect⁹/
⁊ infirmitatem proprie nature psensit: ⁊ beatitudinē qua
dei munere fruebatur amisit. Et quia dilexit. ps̄.lj. ꝟba
precipitationis:quibus dixerat/scz corde/ In celum con
scendam.⁊ linguaz dolosam qua vel de se dixit. Esa.xiiij.
Ero similis altissimo.vel de Adā ⁊ Eua. Eritis sicut dij.
Gen̄.ij.ps.lj.deus destruet illum in finem.euellet eum.⁊
emigrabit de tabernaculo suo:⁊ radicem suam (supbos
charactere superbie infectos. Apoca.xx.) de terra viuen
tium.Tunc ruinam eius iusti videntes timebunt/electi
⁊ boni angeli.de pse.dist.j.hi duo. ⁊ super eum ridebunt
dicentes.(Quod etiā ad hos qui sine protectione ⁊ au-
xilio dei summū bonum perficere confidunt. xxiiij.q.iij.
quidam.ꝟ.pelagiani.ex de here.ad nostrū.ꝟ.v.in clemē.
iustissime dirigetur.) Ecce homo qui nō posuit deū ad-
iutorem suū. sz sperauit in multitudine diuitiarum sua-
rum.⁊ preualuit in vanitate sua.¶ G Contra hanc su-
perbiam Dauid ps̄.cxxx. Domine non est exaltatum cor
meū:neq̄ elati sunt oculi mei. Neq̄ ambulaui i magnis
neq̄ in mirabilibus super me. Si non humiliter sentie-
bam ⁊c.Et iterum.ps̄.c. Non habitabit in medio dom⁹
mee qui facit superbiam. Iterum orat. Non veniat mihi
pes.scz affectus superbie. sciens quia deus superbis resi
stit. Jac.iiij.⁊.j. Pe.v. Sed notādum quare singulariter
dicitur q̄ deus superbis resistat. Alia namq̄ vitia vel in
vnūquēq̄ delinquentium tantūmodo retorquentur.vel
in suos participes.i.in alios hoies vident admitti. Hoc
vero proprie pertingit ad deum:⁊ eum specialiter dignuz
est habere contrariū. Item q: sicut deus dicit/Ego sum
Exo.iij. Jo.viij. Ita ois superb⁹ dicit/Ego sum scz bon⁹
sapiēs/pulcher/nobilis/diues.Apoc.iij.⁊ supra vbi alia.
⁊ sic quodāmodo deum se facit.sicut sathan deo similez
se esse voluit.Esa.xiiij.Unde Ezech.xxviij.Dixisti. Deus
ego sum.⁊ in cathedra dei sedi. Hanc supbiam luciferi
christus sua humilitate curauit. Ille dicit/in celū conscē
dam.Esa.xiiij. Iste dicit.in ps̄.cxlij. Humiliata est in ter-
ra vita mea. Ille dicit/Ero similis altissimo. Iste quū in
forma dei esset:semetipsum exinaniuit ⁊ humiliauit for-
mā serui accipiēs. Phil.ij. Ille dicit.Esa.xiiij. Sup astra
dei exaltabo soliū meuz. Iste dicit.Mat.xj. Discite a me
q: mitis sum ⁊ humilis corde. Iste dicit. Nescio dominū:
⁊ israel nō dimitto.Exo.v. Iste dicit/Si dixero quia non
noui eū:ero similis vobis mendax. Jo.viij.Quidam fra
ter pbatissimo seni cōfessus est. vitio carnis se grauissi-
me impugnari. Nā ɔtra vsum nature desiderio patiēdi
magis q̄ inferēdi ignominiā intolerabili estu libidinis
vrebatur. Vide qd̄ no.xxxij.q.vij.adulterij.in glos.ij. Cui
senior originē morbi preuidens grauiter ingemiscēs ait.
Tā nequā spūi tradi te dn̄s nequaq̄ pmisisset nisi aliq̄d
blasphemasses in eum.qd̄ ille cōfessus est. scz in dei filiuz
se cogitatione impia blasphemasse.¶ H His indicijs
supbia agnoscitur. Inest primit⁹ in loquela eius clamor.
In taciturnitate amaritudo. Excelsus ⁊ effusus in leti-
tia.Risus irrationabilis. In serietate tristitia. In respō
sione rancor. Facilitas in sermone. Verba passim sine vl
la cordis grauitate erumpentia.Expers patiētie. Incō-
passiuus. Audax ad cōtumelias irrogandas. Ad tolerā
dum pusillanimis. Ad obediendūz difficilis.nisi in quo
eum desiderium suū voluntasq̄ preuenerit.Ad recipien
dam exhortationē implacabilis. Ad resecandas volūta-
tes infirmus. Ad succūbenduz alijs durissimus. semper
suas definitiones statuere cōtendens:ipse vero nequaq̄
cedere alterius acquiescens. Et ita fit vt incapax cōsilij
salutaris effectus/suo potius credat q̄ iudicio seniorū.
Nullo modo poterit in aia virtutum structura consurge
re:nisi prius iacta fuerint vere humilitatis in corde no-
stro fundamina; que firmissime collocata perfectionis ⁊

Cur de⁹ resistere dicat supbis.

Indicia supbie.

charitatis culmen valeant sustinere. ita videlz vt primū
fratribus nostris humilitatem veram intimo cordis ex-
hibeamus affectu:in nullo scz acquiescentes eos contri-
stare vel ledere. qd̄ nullatenus poterim⁹ implere: nisi re-
nūtiatio vera/que in expoliatione omniū facultatum ac
nuditate consistit:in nobis fuerit christi amore fundata.
Deinde obedientie iugum et subiectio simplici corde ac
sine vlla fuerit simulatione suscepta. ita vt preter abba-
tis mandatum nulla penitus voluntas viuat in nobis.
Quod nō alius poterit obseruare:nisi qui non solum se
mortuū huic mundo/verum insipientem iudicauerit ac
stultum vniuersaq̄ que fuerint a senioribus imperata/
sine vlla discretione perficiat sacrosancta ea credens ac
diuinitus pmulgata.hucusq̄ Joā.cass.¶ Superbia est
timor animi repletus sanie.Aduētum supbie xenodoxia
nuntiat. Ne dederis in supbiam animā tuam:⁊ non vide
bis phantasias horribiles.Anima supbi derelinquitur a
deo:⁊ demonū efficitur gaudium. Per diem conturbat
cogitationū formidine.⁊ vmbram auiū expauescit.Vox
folij superbo fauorem incutit.Superbus monachus ar-
bor sine radice:⁊ non sufferet impetus ventorum. Quā
do conscenderis in virtutum culmina: tunc tibi cautela
plurima necessaria est. Qui em̄ in pauimento ceciderit:
velocius surgit.Qui vero ab alto corruet:mortis pericu
lum sustinet. ¶ Egidius. Beatus qui abscondit reue-
lationem dn̄i. quia nihil occultum qd̄ non reuelet deus
quū vult.Siquis esset sanctior in hoc mundo:⁊ reputa-
ret se viliorem de mūdo:in hoc esset humilitas. Humili-
tas nescit loqui. ⁊ patientia nō audet loqui. Humilitas
mihi esse videtur quasi fulgur. Sicut enim fulgur facit
percussiones terribiles:⁊ postmodum nihil potest inue-
niri ex eo.sic humilitas dissipat omne peccatuz:⁊ est ini-
mica ois peccati:⁊ facit hominez seipsum nihil reputari.
Per humilitatē inuenit homo gratiā coram deo ⁊ pacez
cum hoibus.Sicut em̄ si aliquis magnus vellet mittere
filium ad aliquē locuz:nō poneret eum super equū indo
mitum irosum ⁊ calcitrosum:sed super equū mansuetū
⁊ suauiter ambulantem.sic deus nō ponit gratiam suaz
in superbis:sed humilibus.Chryso. Humilis a nulla ca-
pitur passione.non ira hunc molestare potest.non glorie
cupido.non emulatio.non zelotypia. Aug. Pergite viā
pede humilitatis. Ipse exaltat humiliter sequentes:quē
descendere non piguit adiacentes.Aug.Alta flectuntur
⁊ vacua replentur. Nūquid qui humilibus dat gratiam:
humili aufert datam? Jaco.iiij.Ergo argumentū supbie
est subtractio gratie.in ps̄.xviij.Et emundabor a delicto
maximo.glos.i.superbia.Eccl'i.x. Est odibilis coram deo
⁊ hominibus supbia.⁊.j.Quid supbis terra ⁊ cinis? ⁊.j.
Initium supbie hois apostatare a deo. qm̄ ab eo qui fe-
cit illum recessit cor eius. qm̄ initium ois peccati est sup-
bia.qui tenuerit illam adimplebitur maledictis.i.vitijs.
Interlinearis glos.dicit.De supbia nascūtur schismata/
hereses/detractiones/inuidia/verbositas/iactantia/cō-
tentiones ⁊ hmōi.Esa.xxviij.Ve corone supbie effraym
Sap̄.v.Quid profuit nobis supbia?dicūt dānati. Eccl'i.
iij.Synagoge supbor non erit sanitas.Durissimū verbū
contra supbos/q̄ hoc vitium nō sanatur.Vitium supbie
caput est serpentis antiqui.Gen̄.iij.Ipsa conteret caput
tuuz.Serpens modica percussione capitis extinguitur.
Hiero.Lubricus est antiquus serpens.nisi capite tenea-
tur.totus statim elabitur.Caput vitior superbiam fuge
re debemus.de quo capite/Non est caput nequius super
caput colubri.Eccl'i.xxv.Extincto hoc capite facile alia vi
tia extinguūtur.Chryso.Tolle hoc vitium/ vt nō velint
hoies hoibus apparere:⁊ sine labore omnia vitia resecā
tur.Dauid Goliath in fronte percutit ⁊ occidit. j.Regū
xvij. Et (sic em̄ interpretatur Dauid/manu fortis.) sup-
biam extinguit.⁊ israel.i.aia videns deū liberat.¶ Su-
perbia turris Babel est:que vult celum ptingere. Gen̄.
xj.quia supbia precipue celestes ⁊ spirituales ⁊ religio-

Universidad de Deusto Biblioteca

los impugnat. ⁊ magnam partem deiicit. ps. xc. Unde a dextris cadunt decē milia. Superbia natione celestes impetit mentes. Et frater Iacobus tudertinus ait. Superbia in celis sedet: humilitas in sterquilinio. sup illud ps xviij. Si mei nō fuerint do. tunc imacu. ero. ⁊ emū. a deli. maximo. Dicit glo. Vitium supbie vltimū redeuntibꝰ ad dñm: ⁊ primū recedentibus. Alijs vitijs fugientibus superbia in campo remanet: nō cessans ab impugnatione hois quādiu viuit. Item super pre. v. Tunc imaculatus ero. glos. Superbia est initiū ⁊ causa ois peccati. qua qui caret vere est imaculatus. Iob penult. Ipse est rex super omnes filios supbie. Grego. Euidentissimū signū reproboꝝ superbia est. humilitas electoꝝ. Quū ergo quis eaꝫ habere cognoscitur: sub quo rege sit vel militet inuenit. Supbus imago diaboli est per similitudinē ⁊ eius characterem portat. Apoc. xix. Grego. Apostate angelo homo similis efficitur: dum homo hoibus similis esse dedignatur. Prouerb. xiij. Inter supbos semper iurgia sunt. In ps. j. In cathedra pestilentie non sedit. glos. Pestilentie est morbus late peruagatus: quo pene oēs inuoluuntur. hic est amor dominādi: quo vix caret aliquis. quoniā pauci euadunt quibus libido dominādi nō dñet. Bern. Fornicator semetipm dehonestat. Iniuriosus proximuꝫ molestat. Elatus quātum in se est deum inhonorat. Gloriam meā alteri non dabo. Esa. xlij. ait dñs. Et superbus. Et ego eam mihi etsi non dederis vsurpabo. Iob. xxxj. Osculatus sum manū meā ore meo. q est iniquitas maxima. quia victoris sui gratiā negare cōuincit. ad Roma. vij. Victoria aūt per Iesum christuꝫ. quisquis sibi tribuit qd operatur. Item Greg. Quū omnia vitia a deo fugiant: sola supbia se deo opponit. Sup illud Iob. xv. Pingui ceruice armatꝰ est. Ceruix est opulenta supbia affluētibus rebus. Augu. Vermis diuitiarū superbia est. Item Greg. Quāto coram hoibus est gloriosior: tanto coram deo ⁊ angelis eius eris vilior. Amos. vj. Detestor ego superbiā. Prouerb. vj. Odit deus oculos sublimes. Hugo de sancto victore. Supbia aufert mihi deum: inuidia proximū: ira meipm. Greg. Propter magnū pctm superbie deus humilis venit. Phil. ij. Iste ingens morbus aiaruꝫ oipotentem medicū de celo adduxit: vsqꝫ ad formā serui humiliauit: cōtumelijs egit: ligno suspendit: vt salute tāte medicine curaretur hic tumor. Erubescat hō esse supbus: ꝓpter qd factus est humilis deus. Esa. v. Humiliabitur vir: ⁊ oculi sublimium deprimentur. Hiere. lj. Ecce ego ad te mons pestifer. Abdi. j. Si exaltatus fueris ⁊c. ps. xxx. Retribuet abundanter facientibus superbiam.

¶ I Cadit per supbiā lucifer de celo. Esa. xiiij. xvj. q. ij. visis. xl. di. quēlibet. Adā de paradiso. xl. dist. p. c. quēlibet. ⁊. c. adam. de pe. di. ij. §. romanos. v. adam. ⁊. v. item sine charitate. ⁊. c. quō. c. pnceps. c. qm. Saul de regno. j. Reg. xv. de pe. di. ij. fugerat. Cayn a dei gra. q: superbus pctm noluit cōfiteri. Geñ. iiij. de pe. di. j. §. ex his. v. cayn quoqꝫ ⁊. c. serpens. Roboam priuatur decem tribubus. qui ait. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. iij. Reg. xij. vij. q. j. deniqꝫ. Sennacherib punit. Esa. xxxiij. Supbia tua ascendit ⁊c. Nabuchodonosor. Daniel. v. de pe. dis. j. §. ex his. v. nabuchodonosor quoqꝫ. c. quēobrem. Et Holofernes. Iudith. vj. ⁊. xiiij. ⁊. xv. Et Aman. Hester vij. Antiochus. ij. Macha. ix. Phariseus. Luce. xviij. Petrus presumens. Matth. xxvj. l. di. fidelior. Prouerb. xv. Abominatio dñi est ois arrogans. Sap. iiij. Dirūpet deꝰ inflatos. Super illud. j. Macha. vj. de Eleazaro elephātem interficiente. ⁊ ab eo oppressus est. glos. Sub hoste quē occidit moritur: qui de culpa quā superat eleuatur. Grego. Valde male dijudicant: qui ad mercedem eoruꝫ sufficere humanos fauores putāt. Itē. Quū ꝓ bono ope laus trāsitoria qrit: res eterna retributiōe digna vili precio vendit. Iob. xviij. Cōsumat brachia ipsiꝰ pmogenita mors. glos. ibi pmogenita mors est supbia initiū ois pcti glos. sup illud Io. vj. Hec est volūtas eiꝰ. De tumētibꝰ perit. de pusillis nihil. Eccli. iij. Synagoge superborū non erit sanitas. Iob. xvj. Cūctis diebꝰ vite sue supbit impiꝰ. Aug. Nemo insanabilior eo qui sibi sanus videt. Bern. Scio lōge esse a salute membrū quod obstupuit: ⁊ egrū se non sentientem periculosius laborare. Seneca. Ideo ad sanitatem difficulter puenimus: q: nos egrotare nescimus. Supbus nō videt. Aug. Tumor claudebat oculos meos. ⁊ ideo non timet. Timor dñi sanctus oēm tumorem expellit. ⁊ custodit oia illa bona que nō possunt dici nec cogitari. qd donū quia magnū est: paucis datuꝫ est. Qui nō timet: ostendit se nō habere quod perdit. Timor dei regit homies: ⁊ facit eos venire in gratiam dei. quā si homo habet: timor dei conseruat eam. ⁊ si non habet: facit ad eam puenire. Omnes creature que ceciderūt nunqꝫ cecidissent: si h donū habuissent. Eccli. xxvij. Si non in timore dei firmaueris te instanter: cito subuertetur domus tua. Hoc sanctū donū nō est nisi sanctoꝝ et sanctarū. ⁊ qñ aliquis est magis gratiosus: magis est humilis ⁊ timoratus.

¶ L **Superbie spēs.** Species supbie due sunt. Una est interior: altera exterior. Interior in superbiam intellectus ⁊ supbiam affectus diuiditur. Supbia intellectꝰ quatuor habet species. Prima laborant philosophi dicētes. ps. xj. Labia nostra a nobis sunt. quis noster dominꝰ est? Secunda ingrati. quia putant se habere bona pro meritis. Bern. Exaggera queuis merita: ⁊ extolle sudores. ps. lxij. Melior est misericordia dñi sup vitas. Contra hanc Paulus. j. ad Cor. xv. Gratia dei sum id quod sum. ⁊ supra dixi. ⁊ ps. cij. Qui coronat te in misericordia ⁊ miseratiōibus. Tertia q magnꝰ est ⁊ magnū se reputat. qd est maxima in intellectu superbia. qd apparet per cōtrariam eius virtutem. De qua Bern. Magna est ⁊ cara ⁊ rara virtus ꝑfecto mirabilem te apparere: ⁊ contēptibilem reputare. ego hoc ceteris virtutibus mirabiliꝰ iudico. Et iterum idem. Magna prorsus ⁊ rara virtus humilitas honorata. Et Chryso. Hoc vere magnū ⁊ mirabile est: si is qui vere magnus est nihil de se magna sentit aut loquitur: sed omniū se vltimuꝫ iudicat. Prouerb. xxvj. Vidisti hoiem sapientē sibi videri: magis illo habebit spem stultus. Et talis deo ingratissimus est. q: de suo beneficio gloriatur. Bern. Nūquid perit quod datur ingrato? Quarta species est ꝙ talis nō vult sibi parem videre: sed solus super oēs sedere. Adde hic quod scripsi supra in. §. primo. v. Item Greg. De hoc Hieronymus loquens cōtra prelatos. Dñici patrimonij dāna conquiritis: dum soli vultis in ecclesijs potentari. Non sic Abraā. Geñ. xviij. Loquar ad dñm quū sim puluis ⁊ cinis. Ubi Greg. Aperte cernimus in quo loco se posuerat: q se puluerem ⁊ cinerem etiam quū loqueretur dño estimabat. Qua ergo pena feriendi sunt: qui ad summa nō proficiunt: ⁊ de infimis se extollunt? Bern. Noli te cōparare maioribus: noli minoribus: noli alicui: noli vni. Qui enim scis an minus ille cuius vitam sceleratissimā ac singulariter fetidam horres ⁊ ꝓpterea spernis: melior te in se quidem futurus sit: in deo vero iam sit? Recūbe ergo in loco nouissimo. Luce. xiiij. Idem. In anima non est timenda quātalibet humiliatio. Horrenda autem nimiūqꝫ pauēda vel minima presumpta erectio. sicuti siquis ingredit per ostium bassum: nō est periculum quātumcūqꝫ se indinauerit. nocet autem plurimū: si plus ꝙ mensura ostij patitur te erexeris ⁊ impingas ⁊ conquassato capite collidaris. Bern. Phariseus exufflauit misericordiam dum dissimulauit miseriam. Luce. xviij. Item Bern. Nolo vt nusqꝫ arbitreris lucere solem cōmunem: nisi in cella tua. nusqꝫ esse serenū: nisi penes te. nusqꝫ operari gratiā dei: nisi in ꝯscientia tua. Malo te cogitare vbiqꝫ esse serenū nisi apud te: ⁊ peius de te ꝙ de alio estimare. Sup illud Matth. v. Qui autē dixerit fatue ⁊c. glos. Non modicus furor est quē deus sapiētie sale cōdiuit infatuatū dicere: ⁊ salienti deo derogare. Item Bern. Qui ꝑfecte examinando semetipm intelligit: suo pctō nullius pctm existimat maius: quod nō fuit suū intellexit.

¶ Timēda etiā est superbia in affectu. Unde ⁊ dñs distulit incarnari: vt presumptio cessaret humana: que nec naturalem nec scriptam legem per se poterat adimplere. Propter hoc etiā deus aliquoties permittit aliquos cadere in aliqd mortale: vt non presumant. Aug. Audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliquod mortale apertum peccatū. vnde sibi displiceāt: qui sibi iam placēdo ceciderūt. Salubriꝰ em Petrus quādo fleuit sibi displicuit: ꝙ placuit quum presumpsit. Ad hoc. l. di. considerandum. ⁊. c. fidelior. Itē Augu. super ps. xxx. Infirmata est in paupertate virtus mea ⁊c. Non firmaretur (inquit) nisi īfirmaretur. Multos impedit a firmitate presumptio firmitatis. Itē Grego. Dauid cadente nemo superbiat. j. q. vij. siquis omneꝫ. de pe. di. iij. ille rex.

¶ L De speciebus ꝑsumptiōis. **Presumptionis spēs.** Una est quū aliqs presumit quod alij non presumūt. vt in opinionibus in conscientia ⁊ in audacia extreme vite in h infirmo tempore ⁊ carnali aggrediens perfectorū semitas de egypto. qui fuerunt gigantes: nos vero locuste. Numeri. xiij. in fi. Alia species quādo aliquis cōfidit et ꝑsumit de viribus suis vel sciētia vel amicis. Hiere. xvij. Maledictus homo qui cōfidit in hoie ⁊c. Esa. xxxvj. Ecce ꝯfidis super baculum ⁊c. xxiij. q. iij. §. j. Tertia quādo aliquis ꝑsumit de victoria qui adhuc est ī bello. iij. Reg. xx. Non glorietur accinctus ⁊c. Et vocat glos. accinctum illum qui adhuc est in armis ⁊ in acie. discinctum vero q victor est ⁊ arma deposuit. Et ideo dixit quidā pater fratri dicenti se mortuū. Et si tu mortuus es: diabolus mortuus nō est. Greg. Quis vero tute potest laudari: qui et de preterito meminit se habere qd doleat: ⁊ de futuro videt sibi superesse quod timeat? Alia quādo quis de perfectione presumit: qui adhuc in inchoatione est. ps. lxxvj. et dixi nūc. Greg. Si a bonis inchoatis nolumus lassescere: necesse est vt semp credamus nos ichoare. Alia quū de pctō presumit exire quum voluerit. Eccli. xix. Repromissio nequissima multos perdit. De superbia exteriori que apparet in ipso corpore hois in equis in ornatu in amplitudine familie in cōuiuijs in edificijs in vtensilibus ⁊ libris deauratis require in summa de vitijs. ⁊ tetigi supra in defectibꝰ prelatoꝝ in ista parte. ij. in. §. septima. in pn. ⁊ in fi. ⁊ in. §. nūc autem. v. offendunt. ar. xvj. et tangam inferius.

¶ Est auteꝫ superbia membroꝝ oris colli oculoꝝ pedum ⁊ manuū. De superbia oris ps. xj. Disperdet dominꝰ vniuersa labia dolosa ⁊ linguam magniloquā. Prouer. xiiij. In ore stulti virga superbie. xlvj. di. c. j. de pe. di. ij. si em inquit. post. v. colum. v. hi sunt fontes. ibi. Superbia em vanitatis loquūtur. ⁊. j. Totus eorum sermo superbia est. De extollentia oculoruꝫ. Eccli xxiij. Extollentiam oculoꝝ meoꝝ ne dederis mihi. Prouerb. vj. Odit deus oculos sublimes. De superbia ceruicis vel colli Iob. xv. Cucurrit aduersus deum extento collo. ps. cxxviij. Dñs iustus concidet ceruices peccatoꝝ. De superbia ceteroꝝ membroꝝ Esa. ij. Pro eo ꝙ eleuate sunt filie sion: ⁊ ambulauerūt extento collo: ⁊ nutibꝰ oculoꝝ ibant: ⁊ plaudebant ⁊ ambulabāt pedibus suis: ⁊ composito gradu incedebāt.

¶ Narrat Io. cas. in lib. coll. collatione. j. Sereni de spūalibus nequitijs ꝙ sunt quidam demones dicti cacubi hoies inficientes: vt nunc se erigant quodam inani tumore supra proceritatem sui corporis: nunc vero se velut accliues ⁊ humiles submittant. **Hispanorū ianis gloria.** Qui vero demones supra gentem vanigloriosam Hispanam supra ceteras nationes: que de sordibus barbe ⁊ capitis ⁊ manuū ⁊ vnguiū gloriatur: plenū dñium acceperunt. qui cōmuniter a talibus demonibus agitati ꝑsertim eoꝝ nobiles nūc caput inclinant. nunc eleuāt: oculos trans celum leuant. xxxvij. di. nōne. nūc in terram defigunt: neminē recte vix inspicientes. cum medio fant ore: vix loquelā pronūtiātes. pedes obliquāt ꝑdeuia: nō facientes gressus rectos. cōtra id. xlix. dis. c. ij. v. claudus. totos se torquēt siue eqtātes. siue peditātes: brachia nuda etiā muliercule nobiles extendūt. manꝰ ad latus ponūt. tibias sup alias tibias vel genua ponūt discriminati ⁊ incompti. ⁊ quidam compti nimis compti ⁊ comati incedunt: capillaturam ⁊ ligaturā in ea sicut muliercule facientes: ⁊ pannos longos per luta ducentes: lendes et pediculos in cesarie ⁊ barbis habentes. Contra apostolum. j. ad Cor. xj. Vir quidem si comam nutriat: ignominia est illi. ab vna parte scissa tunica latus aperte portātes: stercus in capite ⁊ aurū in pedibus baiulantes: brachia vsqꝫ ad cubitum discooperta habentes. aliqui ex lasciuia camisijs nō vtentes: sotulares deauratos cum rostris longis ⁊ recuruis habentes: foderaturas mantellorum siue de vario siue de pellibus albis cuniculoꝝ supra latus sinistrū cubiti hoibus ostendentes: caudas retro in capillis ⁊ barbis ⁊ manicis habētes: capillos barbarum diuidentes ⁊ complectentes: ⁊ alijs absqꝫ numero gesticulationibus corporeis ⁊ actibus supbie ⁊ vane glorie abutentes: ⁊c in suis pessimis moribus et vitijs gloriantes. Contra quos Iaco. iiij. Nūc autem exultatꝫ in supbijs vestris. Et poeta. Gloria peccati nulla petēda tibi. ex de exces. pla. quā sit.

¶ Contra superbiam eorum scꝫ qui vix alios dignātur respicere rectis oculis: multū debet homo timere a superbia sua ne ꝑcipitet ipsuꝫ. Caue semp a teipso. Non est ꝑfecta securitas hoi: dum est inter inimicos suos. Inimicus vero est caro nostra ⁊ supbia nostra. ⁊ ipsam cum demonibus semp est aduersaria anime nostre. Maiorem ergo timorem debet homo hr̃e de superbia sua: ne precipitet eum ꝙ de re alia mūdi. Impossibile est ꝙ homo possit ad gratiam dei ꝑuenire sine sancto timore ⁊ humilitate. quā siquis nō habet: signuꝫ est pereundi. Adde hic qd scripsi. j. in ar. lxxxiiij. in. §. sunt autem. v. frater egidius. Hic timor ⁊ humilitas facit flectere caput vsqꝫ ad terram sub iugo obedientie. ⁊ quāto quis plus timet ⁊ humilis est: plus orat. Magnū autem est cui datur gratia orationis que ipsam fouet humilitatem. Opera autem hois quantūcūqꝫ videantur magna nō sunt ꝓm estimationē hois: sed ꝓm estimationem dei: ⁊ ideo semp timēdum est. ⁊ caput coram deo humiliandū. Totum meritum ex humilitate filia charitatis procedit. Greg. Superbia in oculis ꝑncipatur specialiter. ⁊ ꝑma sibi corrūpit humani generis membra: que initiū est ois peccati. Eccli. x. Prouerb. xxx. Generatio cuiꝰ excelsi sunt oculi.

¶ M Contra supbiam ornatuū ⁊ vestium. Eccli xj. In vestitu ne glorieris vnqꝫ. j. ad Timo. ij. Similiter ⁊ mulieres in habitu ornato cū verecūdia ⁊ sobrietate ornantes se: non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste preciosa. glos. Mulieres dicit ornari in habitu ornato. i. cum religione ornante eas. Vult em apl's eas esse ornatas virtutibus. ⁊ cum verecūdia vultus. vt nō sint attrite frontis: vt meretrices. nec tortis crinibꝰ. i. crispis illis tortis auro ⁊ margaritis. Iteꝫ. j. Pe. iij. ibi. Quarū nō sit extrinsecꝰ capillatura aut circūdatio auri aut indumenti vestimentoꝝ cultus ⁊c. glos. Serico ⁊ purpura indute christum videre nō possunt. Auro ⁊ margaritis ⁊ monilibꝰ ornate ornamenta cordis ⁊ pectoris ꝑdiderunt. Et si petrus admonet mulieres coercendas et moderandas: que excusare possunt cultus suos per maritos. ar. de ꝯse. dist. v. c. fucare. quāto magis id obseruare nefas est virginem cui nulla ornatus sui competit venia. Luce. xvj. **Vestiuꝫ luxus arguitur.** Homo quidam erat diues qui induebatur purpura ⁊ bysso. glos. iterlinearis. Hoc nō nisi ad inanē gloriam. Grego. in homi. Nemo vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit. ⁊ vt honorabilior ceteris videatur. ⁊ ꝙ ꝓ sola inani gloria fiat res testatur: q: nemo vult preciosis vestibus vti vel indui vbi a nemine possit videri. Indutus erat Ioānes pilis cameloꝝ. Matth. iij. vbi Greg. Nisi cultus preciosus in culpa esset: non tam signanter diceretur ꝙ diues idutus purpura torquetur apud inferos. Et Ioānes indutus erat pilis camelorū. Deus ꝑmis parentibus tunicas pelliceas fecit. Geñ. iij.

non sericeas. de pe.dist.j.adam post culpam. post.c.fleat.
vbi dicit Ambro.de adam eiecto de paradiso. Statim tu-
nica vestiuit eum/scz deus/pellicea nō sericea.Aug. Fa-
teor: de preciosa veste erubesco. Job.xv.Saccum consui.
Jone.iij. Niniuite ⁊ rex vestiti sunt saccis. Et Achab rex
indutus est cilicio ⁊ sacco.de pe.dist.iij.achab rex.Vestis
velamen est exterius.virtutes velamina sunt anime. de
peni.dist.ij.§.romanos.c.sapiens. ⁊.ꝟ. vt cognouerunt.
sup illud Jo.vj.Et eū qui venit ad me nō eijciam foras.
glos.Supbus meretur foras eijci:qui nihil habet de bo-
no interiore. Joā.viij. Si ego glorifico meipsum: gloria
mea nihil est.Berñ. Inueniūt curiosi quo delectentur: ⁊
non inueniūt miseri quo satientur.Cum periculo aie sue
acquirunt vnde oculos hominū pascunt.Aug. Ecce oia
pulchra sunt cum impijs: ⁊ ipsi sunt turpes. ¶ Accidit ꝙ
cuidam regi pbs in barbam expuit.que cum ministri re-
gis vellent occidere:prohibuit rex. ⁊ quesiuit ab eo q̄re
hoc fecisset.qui respondit.ꝙ quū alia loca purpura orna-
ta essent:nō inuenit locum turpiorē vbi spueret.Quod
rex audiens cōpunctus est.Berñ.Ois purpura illusio-
nis est/postq̄ in ea dño illusum est. Jo.xviij.Apocal.xvij.
Mulier circūdata erat purpura.Esa.iij.Decaluabit do-
minus verticem filiarū sion: ⁊ dñs crinem earum nuda-
bit. In die illa auferet dñs ornamētum calciamentoꝝ et
lunulas.Lunula est genus moniliū.pprie sunt auree bul-
le dependentes ad similitudinē lune. vnde lunulatus lu-
nulis ornatus. Huguitio.Et torques.i.ligamentum tor-
tum/aureus circulus circa colluz a collo vsq3 ad pectus
descendens.sic dictus quia sicut tortus. ⁊ est ornamentū
viroꝝ.vnde torquatus torque ornatus.Hug.Et moni-
lia.Monile vel munile est ornamētū pectoris mulieris.
nō hispanarū immūdarum:quarū plurime maxime ple-
beie discooperiūt pectus ⁊ vbera.q: muniat pect9 mulie-
rum:ne leccatores possint immittere manū in sinū earū.
Hug.Et armillas.i.torques.brachiale dextrochirium. ⁊
sunt pprie viroꝝ ab armoꝝ virtute collate.Hug. Et mi-
tras.Mitra est pileum phrygium caput protegens. q̄le
est ornamentū capitis deuotarum.Sed pileū viroꝝ est.
mitra feminarū.Vel etiam mitra est episcopoꝝ. ex de pri-
uil.vt aplice.li.vj.Hug. Et discriminalia. Discriminalia
sunt q̄bus crines diuisi religantur. q: caput a viro discer-
nāt vel crines inter se.Et perichelides.Perichelis.idis.
est ornamentū mulierum circa brachia vel potius circa
crura:quo gressus earū ornatur.Et murenulas.Mure-
na vel murenula dicitur ornamentū feminarū. quod scz
auri metallo lasciuia quadam inflexi ordinis contexitur
in similitudinē murene serpentis.qd ad colluz ornandū
aptatur. interdum auri et argenti contexitur virgulis.
Hug.Olfactoriola.Olfactoriū est vas vnguentarium
muliebre:in quo odoramenta gestantur. ⁊ inde olfacto-
riolum diminutiuū. Et inaures. hec inauris.i.annulus
qui i aure pforata olim gestabatur.Et nūc etiā in hispa-
nia maxime in frontaria a multis dñabus portatur chri-
stianis.sed plus a mulieribus saracenoꝝ ⁊ iudeoꝝ. Et
sindones. Sindon vocatur lineū amictoriū feminaruz:
quo humeri teguntur.de ɔse.dist.j.nemo.Et pallia.Pal-
lium est quo ministrantiū scapule teguntur. ne dum mi-
nistrant impediti currant.Et linteamina.de conse.dist.j.
nemo. ⁊.di.ij.si per negligentiā.Linteum.i.velum. ⁊ inde
hoc linteamen qd in lecto sternitur. Et theristra. Theri-
strum est quoddam genus muliebris vestis subtilis esti-
ualis ⁊ stricte visui peruia. Therias em̄ estas dr. ¶ Cō-
tra talem vanā gloriam vestium.Chryso. Formosum est
apparere.formosius est esse. Item Matth.xj.Qui molli-
bus vestiuntur: in domibus regum sunt.xxj.q.iiij.c.j.vbi
Greg.in homil.Nemo autē existimet in luxu atq3 studio
preciosarū vestium pctm̄ deesse.q: si hoc culpa non esset:
nullo modo Joannem dñs de vestimenti sui asperitate
laudasset.Et nequaq̄ Petrus feminas a preciosarū ve-
stium appetitu compesceret.j.Pe.iij.dicēs. Non in veste
preciosa. ⁊ Matth.iij. Joānes indutus erat de pilis ca-
meloꝝ.glos. Seruus dei nō debet habere vestimentū ad
decorem vel ad delectationē:sed tm̄ ad tegumentū nudi-
tatis. Contra vestium singularitatem ⁊ extrancitatem.
Sopho.j.Visitabo sup omnes qui induti sunt veste pe-
regrina. Contra multitudinem ⁊ magnitudinē vestiū.
Matth.xxiij.ibi. Magnificant fimbrias. Hoc faciūt ho-
die nobiles mulieres: ⁊ quidam vanigloriosi hispani: q̄
brachia nuda habent: ⁊ pānos longos portant per lutuz
supra eoꝝ suppara diabolus equitat. sicut quidā sanct9
vidit.vnde versus.
Suppara longa gere si vis os omne tacere.
Contra multitudinē vestium. Jaco.v.ibi.Vestimēta ve-
stra a tineis comesta sunt.iiij.Regū.v.de decem mutato-
rijs Naaman.Berñ.Clamant nudi.clamant famelici.et
conquerūtur nobis dicentes. Fame ⁊ frigore miserabili-
ter laboramus.Quid cōferunt tot mutatoria vestiū.vel
extensa in particis vel plicata in mācticis. Matth.x. ibi.
Neq3 duas tunicas.Hierony. In duabus tunicis duplex
mihi videtur innuere vestimētum.nō ꝙ in locis Scythie
⁊ glaciali niue rigentibus vna quis tunica debeat esse cō-
tentus:sed ꝙ in tunica vestimētuz intelligamus.ne alio
vestiri aliud nobis futuroꝝ timore reseruemus. In qua
preciositate vestium ⁊ supfluitate multitudine multi re-
ligiosi nostri tēporis multum offendunt: ɔtra eorum sta-
tum ⁊ regulam.nam excepto colore/de meliori panno se
induūt quo possunt.quū tñ fm Chryso. vestis christi de
vili panno fuerit more vestium Palestine. Longissimos
habit9 sub colore honestatis ⁊ cappas ⁊ tunicas defe-
rūt. ⁊ capitia vsq3 ad nates.vt q̄ magis est capitiat9: ma-
gis se reputet. Artificiose ⁊ curiose sutas vestes deferūt
ad mundi decorem.Aliqui inter eos singulares ⁊ nimis
strictas ⁊ curtas: mūdum similiter aucupantes.quia nō
est spūs in vestibus/maxime socijs ⁊ eiusdem professio-
nis viris scandalum facientibus. Contra quos.xlj.dist.
quisquis. ⁊.c.parsimoniā.ex de vi. ⁊ ho.cle.deus.¶ Con-
tra que oia Jo.cassi.in.j.lib.de institutis monachoꝝ egy-
ptioꝝ ait.Sic vestis sit monachi que corpus cōtegat tm̄:
ac repellat verecundiam nuditatis: ⁊ frigoris retundat
iniuriā:nō que semina vanitatis aut elationis enutriat.
iuxta aplm.ij.Timo.vj.xij.q.j.cps.Habentes autem ali-
menta ⁊ operimēta his cōtenti simus.i.que corpus ope-
riant tm̄:nō que amictus gloria blandiantur. Ita vilia
aut nulla coloris vel habit9 nobilitate inter ceteros hui9
ppositi viros habeant insignia:ita a studiosis accuratio-
nibus aliena: vt nullis prorsus sint affectatis per icuriā
sordibus decolorata. Postremo sic a mūdi hui9 separen-
tur ornatu:vt cultui seruoꝝ dei in oibus cōmunia pseue-
rent.quicq̄d inter famulos dei psumitur ab vno vel pau-
cis:nec catholice per oīe corpus fraternitatis tenetur:
aut superfluū aut elatum est: ⁊ ob id noxiū iudicanduz:
magis vanitatis speciem q̄ virtutis ostētans. Hucusq3
Jo.cass.Ad hoc optime facit pre.c.quisquis.Et Aug.ad
Januariū.xij.dist.illa. Sic ⁊ tu ad quācūq3 forte ecclesiā
veneris: eius morē serua: si cuiq̄ nō vis esse scandalum:
nec quēq̄ tibi.facit ex de sta.mo.recolentes.¶ Item cō-
ciliū Martini pape.Victu tm̄ ⁊ tegumēto his ɔtenti su-
mus.x.q.ij.eps. Item in concilio antiocheno.xij.q.j.eps.
tractū de aplo.j.ad Timo.vj.ibi. Habentes autē alimen-
ta ⁊ q̄bus tegamur his ɔtenti simus. Item in chordis ⁊
cingulis est etiā nedū seculariū sed etiā multoꝝ religio-
soꝝ xenodoxia.quū Helias thesbytes zona pellicea ⁊ Jo-
annes pcursor dñi vterentur.iiij.Reg.j. ⁊ Matth.iij.Et
Franciscus aplicus funē sumpsit grossum asperū ⁊ cur-
tum vsq3 ad genua.Sed hodie fratres sui longā chordā
vsq3 ad terrā lineā albam delicatam ⁊ subtilē multis no-
dulis ɔtextam portāt:in ea sicut in alijs suis vestib9 deli-
catis lōgis ⁊ amplis inaniter gloriātes.q: qd pdidit pa-
ter eoꝝ ad mūdi ɔtemptum ⁊ sanctā vtilitatē: ipsi traxe-
rūt ad vanitatē.ɔ id ex de excep.pia.j.rñ.li.vj.xlv.di.licet.

¶ Item vana gloria in colore pannoꝝ. Unde et clericis
phibetur color: rubeus ⁊ viridis: ⁊ vestis virgata ⁊ par-
tita.ex de vi. ⁊ hone.de. clerici.ij. ⁊ in clemen.e.c. qm̄ qui
abiectis.Color autez candidus aptus est religiosis mo-
nachis albis ⁊ clericis. Unde Sap.vij. Candor est lucis
eterne.Berñ.Candor est lucis sapientia. ⁊ candidā op3
esse animā in qua ipse sedere elegerit. ⁊ vestimenta eius
facta sunt alba sicut nix.Mat.xvij.Mar.ix. ⁊ Luce.ix.Et
angelus apparuit coopertus stola candida. Mar.vlti.
simile Matth.vlti.qui color sanctitatem designat:inno-
centiā/ ⁊ puritatem.de cōse.dist.iiij.post baptismū.xxx.q.
v.femine. Et q̄ꝙ Benedict9 dicat in regula.Monachi
non disputent de colore.intelligo de honesto nigro albo
vel griseo.Bene em̄ habent disputare ⁊ cauere de inho-
nesto colore.vt iuribus pre.¶ Superbia etiā in capillis
que maxime est in mulierib9.Esa.iij. Decalcabit dñs ⁊c.
Accidit Parisius in generali processione ꝙ simia cuidā
dñe peplum abstulit coram oibus cum adulterinis crini-
bus quos deferebat.que remāsit turpis ⁊ decaluata.Ca-
pilli aūt mulieribus pro velamine dati sunt.nō p gloria
j.ad Coꝝ.xj.glos.Ad hoc habet velamen mulier:vt se reā
agnoscat ⁊ subditam.xxxiij.q.v.mulier. De supbia in cri-
nibus Absalon in quibus quercui adhesit.ij.Regū.xiiij.
vbi dr: ꝙ capilli capitis sui ponderabāt.cc.siclis pondere
publico. ⁊.xviij.de quercu.Genuēses ⁊ Veneti ⁊ Catha-
lani gloriātur in eis.j.ad Timo. ij.Non in tortis crinib9.
glo.Superbus habitus nō impetrat nec recta facit de se
credi.Legitur de germano beati Bernardi fratre in cla-
raualle/ꝙ noluit videre sororem nobilem suā ornatam:
dicens ꝙ erat rete diaboli. que in verbis contrita fuit:
dicens/ꝙ parata erat facere quicq̄d sanct9 Bernardus
germanus eius mandaret: ad quā veniens mādauit ei
vt nunq̄ supbum habituz portaret.que ita mutata est.vt
hoies inde mirarentur.¶ De supbia lecti.Amos.vj.Ve
qui dormitis in lectis eburneis. Lectus christi vbi cubuit
crux est.ibi cubat:ibi dormit in meridie.fm Berñ.Cañ.j.
Aug.Lectuz suū dimisit christus discipulis suis.quicūq3
vult cum illo iacere ⁊ quiescere:in lecto isto moriatur/in
cruce.Esa.xiiij.Subtus te sternetur tinea ⁊c.glos.interli-
nearis supple quū prius haberes pallia auro gemmisq3
distincta.Qui modo nō sustinent pulicem: quō tūc susti-
nebunt vermē immortalem? Esa.vlti.Mar.ix. Vermis
eoꝝ non morietur. Non tamen erunt in inferno vermes
materiales: s3 vermes conscientie/dānatos in perpetuū
cruciātes.de q̄bus legitur Esa.lxvj. ⁊ Berñ. Nō metuat
Equoꝝ affluētia vermem qui nō moritur:cui mortuus est vermis:vnde il-
le morit? ¶ De superbia in multitudine equoꝝ ⁊ coꝝ ap-
paratu. Deutero.xvij.dr de rege. Non multiplicabit sibi
equos. ⁊ Zacha.x.ibi. Et posuit eos quasi equos glorie
sue in bello. ⁊.j. Et confundentur ascensores equorum.
Ez.xij.Percutiam omnem equū in stuporem: ⁊ ascenso-
rem eius in amentia.glos.Vt qui viderint percussos: stu-
peant. ⁊ ascensores pre sui magnitudine periculi vertan-
tur in amentiam.Esa.xxxj. Vt qui descendunt in egyptū
ad auxilium in equis sperantes. In asina ascendit Hie-
rusalem dñs.Zacha.ix.Matth.xxj.Marci.xj.Luce.xix. ⁊
Jo.xij.Chryso.Vis cognoscere mansuetudinem venien-
tis?considera speciem aduentus eius. Non sedet in cur-
ru auro purpura fulgenti.nec ascēdit sup feruidū equū
discordie amatorem. non habet in circūitu splendentes
gladios aut ornamenta terribilia armoꝝ:sed ramos flo-
rentes/testimonia virtutis ⁊ pietatis.¶ In festo palma-
rum quū quidam magnus archiepiscopus de Francia
in sua ecclesia predicasset de ista asina in qua illa die dñs
equitaret: ⁊ finito officio rediens domum equitaret ma-
gnum ⁊ grossum ⁊ pulchrum palafredum:quedam pau-
percula vetula arripiens frenū eius dixit ei.Dñe: erat ne
talis asina quā christus equitauit sicut iste equ9 vester?
At archieps erubuit: ⁊ recessit.mente pertractans quia
incepit Jesus facere ⁊ docere.Actuū.j. ⁊ Jo.xiij.ibi.Exē-
plum em̄ dedi vobis.Et fm Grego.Magis mouent fa-
cta q̄ verba. Ad hoc. viij.q.j.vereor. cum.ij.c.seq. Berñ.
Intolerabilis est impudicitie vbi sese exinaniuit maie-
stas.impletur vermiculus ⁊ tumescit.Esa.xxx.dicūt ma-
li.Ad equos cōfugiemus.ideo fugietis. ⁊ super veloces
ascendemus.ideo velociores erunt qui persequētur vos.
ps.xix.Hi in curribus ⁊ hi in equis.¶ De supbia i familia
multa.Eccl's.v.Vbi multe sunt opes:multi ⁊ qui come- *Amplitudo familie.*
dent eas. Ista fuit superbia Dauid populum numeran-
tis.ij.Reg.vlti.Et gladius dñi deseuit in populū. Unde
Gratianus.Qui de numerositate sue gentis superbiuit:
iure in eius diminutione punitus est.j.q.iiij.§.his ita.ꝟ.
Item dauid.quia in multitudine populi dignitas regis:
⁊ in paucitate plebis ignominia principis. Prouer.xiiij.
⁊ pre.ꝟ. Item dauid. Seneca. Mel musce sequūtur.lupi
cadauera.frumēta formice.predam sequitur turba ista:
non hominē.Aug. In vnū amatores temporalium fece-
runt ea membra sua. vnde solent dicere se comedi: quū
bona eoꝝ comedūtur. iuxta illud ps.lxxviij. Quia com-
ederunt Jacob.¶ De supbia cōuiuioꝝ. In hoc apparet *Cōuiuioꝝ apparatus.*
ꝙ magni ⁊ diuites inuitantur: ⁊ pauperes relinquūtur.
contra illud Luce.xiiij.Quū facis prandium aut cenam:
noli vocare amicos tuos ⁊c. ⁊.j. Voca pauperes ⁊c. Se-
neca. Non magno constat nobis: sed ambitio. Hester.j.
Bibebant autem qui inuitati erāt poculis aureis. Luce
xvj.Et epulabatur quotidie splendide.Splendor iste at-
tenditur circa fercula artificialiter preparata:circa vasa
aurea ⁊ argentea:circa supellectilia candida: circa sup-
flua luminaria: ⁊ circa seruoruz ministeria. Eccl's.ij. ibi.
Cyphos ⁊ vrceolos.¶ De lautis cōuiuijs.xxxv.di.eccle-
sie pncipes.xliiij.di.comessationes.Esa.v.de peni.di.ij.si
em̄.vltra.v.colum.ꝟ.petrus.ibi.Et suadent in luxuria ci-
borum.Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanum ⁊ tibia ⁊ vinū in cō-
uiuijs vestris.¶ De superbia edificioꝝ.Esa.v.Ve qui cō- *Supba domoꝝ structura.*
iungitis domū ad domū.Hiere.xxij.Qui dicit. Edifica-
bo mihi domū latam ⁊ cenacula spatiosa.Qui aperit si-
bi fenestras ⁊ facit laquearia cedrina:pingitq3 synopide.
glos.i.christi sanguine. Nūquid regnabis: quoniā ɔfers
te cedro? Item ibidem. Ve qui edificat domum suam in
iniustitia: ⁊ cenacula sua nō in iudicio.Amos.v.Detestor
ego superbiam Jacob: ⁊ domos eius odi. ⁊.j. Percutiet
domum maiorem in ruinis.facit.xij.q.ij.gloria.ꝟ. multi.
Christus in presepi ⁊ in stalla iacet. Luce.ij.quia in diuer-
sorio iacuit vt doceat nos in hoc mūdo diuersoria nō pa-
latia fabricare. Philosophus. Cōmorandi nobis natu-
ra diuersorium:nō habitandi dedit.Et Chryso. In luteo
presepi christus ponitur:nō auro nec argento.aurum et
argentum imitetur gētilitas:christianitas illud presepe
luteum.xij.q.ij.gloria.ꝟ.multi. Sancti antiqui in cauer-
nis terre habitabant.Hebre x. ⁊ in casulis.Heb.xj.¶ Le-
gitur de eremita qui habebat hospitiolum ad modum
sepulcri. ⁊ quū imperator ad eum veniens quesijsset cur
hospitiolum suum cōmensurasset sepulcro sui corporis.
respondidit.Sufficit h hoi mortuo. ⁊ addidit. Melius
prosilitur in celū de tugurio q̄ de palatio. Unde Hiero.
de paula.Nolebat(inquit)in his lapidibus mortuis ex-
pensas ponere. sed in viuis lapidibus.i.pauperibus. ex
quibus magni regis ciuitas extruitur.Abachuc.ij. Lapis
de pariete ⁊c.Hiero. Sic edificant quidam quasi semp
victuri.sic autem comedunt ⁊ bibunt quasi cras moritu-
ri.dicentes/Bibamus ⁊ comedam9:cras em̄ moriemur.
de peni.dist.ij.si em̄.vltra.v.colum.ꝟ.petrus.ij.Coꝝ.xiiij.
Eccl's.v.Esa.xxij.Amos.iij. Percutiam domū estiualez.
Matth.xxiiij.Et accedunt ad eum discipuli eius.vt ostē-
derent ei edificationes templi. Ipse autem respondens
dixit eis.Videris hec omnia? Amen dico vobis:nō relin-
quetur lapis super lapidem: qui non destruatur. Amos
iij.Percutiam domū hyemalem.Hiero.loquēs de Hila-
rione.Estus ⁊ pluuias breui tuguriūculo declinauit.qd
iunco ⁊ cortice texerat.extructa deinceps breui cellula al

Universidad de Deusto Biblioteca

titudine pedum quatuor/latitudine pedum q̄nq;/longitudine paulo ampliore q̄ eius corpusculum patiebatur. vt sepulcrū potius q̄ domū crederes.ꝛ.j.Erat autē cellula nō plus mensure per quadrum tenens q̄ homo dormiēs extendi poterat. Narrat Jo. cass.in collatione Jsaac de oratione ꝙ quidam patrū vidit diabolum adiuuātem ꝛ inflāmantem quēdam fratrem circa supflua edificia occupatum. ꝛ supra posui in.c.lxiiij.in.§.adhuc petita.℣.contra tales. ¶ N Quātum autem excedant religiosi mendicantes circa curiositatem ꝛ multiplicitatem ꝛ sumptuositatem edificiorum: totus mundus estis est.ꝛ decretalis de verbo.sig. Exiui de paradiso.lib.vj.§.hinc est.Ipsi em̄ qui mūdo mortui sunt.xvj.q.j.placuit.potius deberent sepulcra q̄rere q̄ palatia.vt ꝓxime dixi. Bern̄. Video:qd non sine magno labore videri debet:quosdaꝫ post aggressam christi militiam rursum secularibus implicari negotijs:rursus terrenis cupiditatibꝰ immergi: cum magna diligentia erigere muros:negligere mores. Si dicant claustrales ꝙ in hoc condescendūt infirmitati hoim ꝛ deuotioni eorum: audiant beatuꝫ Bernardū dicentem.Qui dicunt admittantur animales: suscipiātur in beniuolentia charitatis: portentur in oi patientia benignitatis.sed qui eis cōpatiuntur non eis conformenꝶ: nec sic querant eorum profectum vt ꝓpter eos cogātur incurrere ꝓpositi rigoris in religione defectum.Multi hominū magis veniūt ad ecclesiam vt delectentur et admirentur pulchra edificia ꝛ imagines: q̄ vt corrigāt vitia. Videntur adorare lapides ꝛ colores:sed nō mutant prauos mores.Aurum trahit aurum.politus lapis lapides preciosos trahit.Magis offertur reliquijs deauratis q̄ pānosis.Sed ait Ambro.cōtra templa deaurata.Auruꝫ sacramenta nō querunt: nec auro placent que auro non emūtur:ornatus sacrorum redemptio captiuorum est. xij.q.ij. aurum.Et iunge hic qd scripsi.j.in.§.ꝛ primū.in.℣.quartum ve.in ar.lxxvij. Jterū si dicant religiosi pulchritudines domorum esse necessarias ad recreationē. ex de ℣b.sig. exiui.§.licet nō.lib.vj. Respondeo ꝙ veri spūales ꝛ viri potius deberent delectari in cōspectu celi ꝛ delectatione siderum q̄ terre.ꝛ potius admirari opera dei q̄ hoim.vt dixit beata Catharina ad Maxētiuꝫ cesarem. Miraris hoc templum manu artificum fabricatum:miraris ornamenta preciosa ꝛ vario opere cōparata: q̄ velut puluis ante faciem venti erunt. mirare potius celum ꝛ terrā et omnia que in eis sunt.mirare ornamenta celi/solem scꝫ ꝛ lunam ꝛ stellas ꝛc. Legiꝶ de beato Bernardo ꝙ vbertim fleuerit quū vidit tuguriola pastorum tecta cilicio similia casulis cistertiensium antiquorum:qui tunc incipiebant habitare in magnis edificijs. Beatus Franciscus ait in testamento suo.Caueant sibi fratres vt ecclesias ꝛ habitacula paupercula ꝛ oia alia que ꝓ ipsis cōstruūtur penitus non recipiant:nisi essent sicut decet sanctā paupertatem quā in regula ꝓmisimus/semꝑ ibi hospitantes sicut aduene ꝛ peregrini.Et sicut legitur in legenda sua antiqua/mandabat fieri domūculas fratrum de lignis ꝛ luto. Jpse in ꝑsona sua ascendit diruere domū quā fecerat cōmune assisij in sancta Maria de portinacula:q: sibi curiosa videbatur.Dicebat autem/Ubi christus manebat: quādo in deserto ieiunabat? Matth.iiij.ꝛ Luc.iiij. Quū quidam frater deuotus in quodaꝫ eremitorio sibi quādam cellam fecisset de lignis leuigatis ꝛ dolatis ꝛ paratis pulchre: noluit eam intrare sanctus Franciscus: nisi prius ille frater illos asseres remouisset: ꝛ eam de ramis arborum ꝛ scopis cooperuisset. Magna pars edificiorum religiosorum mendicantiū de māmona iniquitatis ad literam cōstructa sunt. Luce.xvj.scꝫ de vsuris ꝛ rapinis.Unde posset eas ꝓprie diabolus tāq̄ sibi debita quodāmodo vendicare.Citius em̄ vsurarij dant fratribus ꝓ edificijs mille libras:q̄ restituant vnū denarium creditori:vexante eos xenodoria ꝛ tumore religiosorum. ¶ Contra superbiam edificiorum.xxxij.di.hospitioluꝫ tuū.diminutiuū.j. modicum. xxxv.dist.ecclesie principes.ibi.Ejiciendi sunt spatiosis domibus,xij.q.ij.gloria.℣. Multi edificant parietes:ꝛ colūnas ecclesie subtrahunt. marmora nitent. auro splendent laquearia. gemmis altare distinguitur. ministrorū christi nulla est electio.Ecclesia sancti angeli in monte gargano antrum est ꝛ inculta cripta.sicut vidi. potius ferarū q̄ hominū habitatio. agēte hoc deo. sicut in sua legenda dicit.Qui non in marmoribus nec in edificijs:sed minoribus delectatur.ſm Chryso.

Librorum copia

consecrare. quidā presbyterū accusauit. pater scandaliza⸗
tus noluit ab eo cōmunionē recipere. discedente presbyte
ro facta est vox ad solitarium dicens. Et subito factus in
extasi vidit lacū aureum: ⁊ funeʒ aureū: ⁊ aquā optimā: ⁊
quēdam leprosum haurientē de lacu aquam ⁊ transfundē
tem. quum autem vellet senex qui hoc videbat bibere: non
bibebat ex eo ꝙ leprosus esset qui hauriebat. Et ecce iterū
ad senē vox dicens, Cur non bibis ex aqua hac? Qualem
causam habet qui haurit? ille tantūmodo haurit: ⁊ trans⸗
fundit. Quum ergo inde reuersus fuisset senex: ⁊ habuis⸗
set districtionē visionis: vocauit presbyterū: et cōmunica⸗
uit ab eo sicut prius. ad hec. i.q.i.§. sed obijcitur. c. si fuerit.
cū. c. seq. vsq̄ ad.§. sed notandū. ⁊. xv.q. si. c. si. ¶ Hi detra⸗
ctores signantur per bestiā de qua danielis. vij. Bestia si⸗
milis vrso in parte stetit: et tres ordines dentium in ore
eiꝰ: ⁊ sic dicebant ei. Surge: comede carnes plurimas. De
tractor est vrsus vorax viuarū carniū. Et inquietus: quia
assuetus detractionibus nunq̄ quiescit: modo cū vno mo
do cum alio. Et in abditis morat: q: detractor prout com⸗
muniter, in occulto detrahit. Caput habet debile: p̄cipue
nares: q: si ꝯtradicatur detractori: frangit a detractione.
Tres ordines dētiū habet: q: manifesta mala exaggerat:
et occulta publicat: qđ est diffamare. Dubia in deteriorem
partē interpretatur: qđ est proprie derogare. Aperta bo⸗
na que negare nō pōt, diminuit ⁊ obscurat: qđ est detrahe
re. contra tales aures sunt sepiende spinis. i. peccatis pro
prijs vt non audias aliena. Eccli.. xxiiij. Sepi aures tuas
spinis. Hiero. Sicut sagitta si mittat contra durā materiā
nonnūq̄ in mittentē reuertitur: ⁊ vulnerat dirigentē: Ita
detractor quum tristē faciem viderit audientis: immo nec
audientis quidē: sed obturantis aures suas ne audiat iu
diciuʒ sanguinis: ilico conticescit: pallet vultus. heret la⸗
bijs. saliua siccatur. Prouerbio. xxv. Uentus aquilo dissi⸗
pat pluuias. facies tristis linguā detrahentē. Cōtra tales
Berñ. aspere intonat dicēs, Lingua maledica illius cui
detrahit percutiens cōscientiam, et eius qui audit vulne⸗
rans charitatem, secum pariter vtrūq̄ perimit. Numquid
non vipera est: que tam letaliter inficit vno flatu? Nūquid
non lancea est: que tres penetrat vno ictu? Lingua (ps̄.
inquit) eoꝝ gladius acutus. de peni. dist.i. periculose. ps̄.
cxxxix. Acuerūt linguas suas sicut serpentes: venenū aspi
dum sub labijs eoꝝ. ps̄. ix. Cuius os maledictione plenuʒ
est ⁊ amaritudine ⁊ dolo: sub lingua eius labor et dolor.
Gladius quidē est anceps immo triceps lingua detracto
ris. crudelior est ipso mucrone quo latus dominicū est cō⸗
fossum. Fodit hic quoq̄ corpus christi: fideles christi qui
sunt ecclesia que est corpus christi mysticum. xxiij.q.iij. pro
membris. et.q.v. de liguribus. de peni. dist.i. ecclesia. Mē
brum de membro nec iam exanime. i. sine anima. ex̄ in cle⸗
men. fidei. de sum.tri. fodit: sed facit exanime fodiēdo. Ip⸗
sis quoq̄ nocentior est spinis. Jo. xix. quas illi taʒ sublimi
capiti furor militaris imposuit. seu etiā clauis ferreis. ps̄.
xxi. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. quos sanctissi⸗
mis manibus ⁊ pedibus cōsummatio iudaice iniquitatis
infixit. Quare aūt deus permittat detractiones fieri: assi⸗
gnatur causa a Grego. dicente. Sunt plurimi qui vitā bo⸗
norum fortasse amplius ꝙ debent laudāt. et ne qua elatio
de laude subrepat: permittit oīpotens deus malos in ob⸗
trectationē ⁊ obiurgationē prorūpere. vt si qua culpa ab ore
laudantiū i corde nascit: ab ore vituperantiū suffocet. vi.
q.i. sunt plurimi. Quare etiā diabolus detractiōes ⁊ diffa
mationes suscitet ponit cā. ij.q.v. hʒ hoc. Hʒ h̄ propriū an
tiqui hostis inuidia: vt quos improboꝝ actuū perpetratio
ne deo sibi resistente deijcere nō valet: opiniones eoꝝ fal⸗
sa ad presens simulādo dilaceret. Scđm Climacuʒ detra⸗
ctio est soboles odij: sanguisuga charitatis: sordes cordis
et oneris consiliatrix. Judas erat in medio discipuloꝝ: la⸗
tro vero in choro homicidarū: ⁊ mirū quō in vno momen
to est facta trāsmutatio scʒ latronis saluati. Luc. xxiij. xxvi.
q.vi. si presbyter. et Jude suspēsi. Mat. penulti. c. de peni.
dist. iij. sceleratior. Demones vel exhortant ⁊ nobis sugge
runt ꝙ peccemus: aut peccantes dijudicare: vt presertim
moliantur primū: ⁊ nos sic maculent. de peni. dist. ij.§. ro⸗
manos. ver. priceps. als. est. c. homicide. Uidi quosdā latē
ter ⁊ nō publice omnino dira et periculosa crimina perpe⸗
trantes: ⁊ autumatione sue munditie ficte vt nimis iusti.
ij.q.ij.§. his ita. ibi. Noli esse nimis iustus. aduersus eos in
stantes qui in minimis quibusdā ⁊ publicis offendebant.
Detrahere est proprie anime interitus. Judicare est irre⸗
uerens rapina dei dignitatis. sm̄ Climacū. Quēadmodū
proprie reputationis elatio ⁊ sine alia passione hominem
habentem perdere potest: Ita ⁊ per seipsum solū iudica⸗
re ⁊ detrahere existens in nobis perfecte nos perdere va⸗
let. Et ex hoc ille phariseus cōdemnat. Luc. xviij. Et quia
de vitio detractionis religiosorū maxime tractaui: cauen⸗
dum est religiosis predicatoribus ne in suis sermonibus
et predicationibus prelatis ecclesiarum detrahant. ex̄ de
priuile. et exces. religiosi. in clemē. Uñ dicit Hiero. ad Ru⸗
sticum monachum. Non est humilitatis mee atq̄ mensu⸗
re de ministris ecclesiarum sinistrū quippiam dicere. Ha⸗
bent illi ordinem suum ⁊ gradū. xvi.q.i. si clericatus. Tul⸗
lius. Sepius vidi grauius offendere animos auditorum
eos qui aliena vitia aperte. quasi dicat in specie non in ge
nere. ex̄ de offi. iudi. ordina. si sacerdos. dixerunt: ꝙ eos
qui commiserunt. Et hoc intelligendum est quum nomi⸗
natim detrahunt: vel per circumlocutionem: que vicē ha⸗
beat proprij nominis. arg. bo. ff. si certum petatur. l. lecta.
ex̄ de testi. licet. iij. ex̄ de consangui. et affini. tua nos. alias
in genere bene licet predicatori tangere vitia prelatoruʒ.
quia contra vitia quorumcunq̄ precipue est predicandū
generaliter. Esaie. lviij. Annuntia populo meo scelera eo
rum: ⁊ domui Jacob peccata eorum. Isti sunt prelati. Ja
cob interpretatur supplantator. et prelati precipue ha⸗
bent vitia supplantare: scilicet exemplo et doctrina ea
eneruare. xliij. distinctio. sit rector discretus. i. rn̄. faciunt
bene ad hec que leguntur ⁊ notātur. viij.q.i. c. penul. ⁊ vlti.
xi.q.iij. precipue. ex̄ de vo. ⁊ vo. redēp. c. magne.§. preterea.
Unde dominus Mat. xxiij. Supra cathedrā Moysi ⁊c.
i.q.i. omnia. c. non tales. xix. distinc. secundum. Licet ergo

Universidad de Deusto Biblioteca

in genere qđ non licet in specie.ex̃ de offi.ordi.si sacerdos. Caueant tamẽ vt in locutione generali linguã refrenent: q: qui minus cõsiderate loquitur:sentiet mala. v.q.v.§.sʒ illud.xliij.dist.sit rector.sm Jo.an.i.Caueãt etiam fratres seminare discordiã inter fratres: quod deus singulariter odit. Prouer.vj.Qui cõgregare venit nõ dispergere. Jo. x.xxiiij.q.j.qm̃ vetus.ex̃ de baptis.c.si. Caueant etiã ne sint bilingues.vide.s.in prin.istius.§. in additiõe que incipit/ Item murmur.ver.bilinguis.sicut eoꝝ quidã sunt. Bilingues aũt sunt qui mala loquuntur in absentia: et bona in presentia.vel qui pretẽdunt ꝙ bona intẽtione vel causa ioci dicunt:quũ tñ intentionem malã habeãt. Prouer.xviij. Uerba bilinguis quasi simplicia:⁊ ipsa ꝑueniunt vsqꝫ ad interiora vẽtris.ps.liiij. Molliti sunt sermones suos sup oleũ:et ipsi sunt iacula.Tales maledicti sunt.Eccli.xxviij. Susurro ⁊ bilinguis maledictus:multos em̃ turbãt pacẽ habẽtes.Lingua tertia multos cõmouit ⁊c.j.ad Timo.iij. Diacones similiter pudicos:non bilingues.

¶Articulus.lxxxi. A

Otiosa verba q̃ sint.

ALia vitia quorũ/

dam religiosoꝝ presentis temporis sunt verba otiosa/multiloquiũ/et fractio silẽtij. Et primo q̃dẽ verbũ otiosum sm Hiero. est qđ sine vtilitate loquẽtis dicit̃ aut audientis.vel sm Grego. qđ caret ratione iuste necessitatis:aut intẽtione pie vtilitatis. Item Hiero. Quoties vero loquimur aut nõ in opportuno tẽpore aut loco: aut nõ cõuenit audiẽtibus: toties sermo malus ꝓcedit de ore nostro ad destructionẽ eoꝝ qui audiũt. Consideremus ergo quid loquamur: q: ꝓ omni verbo otioso reddituri sumus rationẽ in die iudicij. Mat.xij.xxij.q.vlti.c.penul.xxv.dist. §.criminis. ad si. Per quod.c.dico ꝙ etiã de deo nõ debẽt loqui religiosi tẽpore silẽtij: q: nõ est tẽpus opportunum. ps.xxxviij.Obmutui ⁊ silui a bonis:⁊ q: melior est obediẽtia silentij ꝙ̃ sacrificiũ tali tẽpore verbi dei. viij.q.j.sciẽdũ. facit etiã ad hoc.xxv. dist.§.criminis.ver. quoties plus loquitur.xliij.dist.sit rector.in si.ibi.opportune. et ibi.opportunitatẽ.et.§.pariter.Et huius nõ frenantis linguã suam vana est religio. Jaco.j.v.q.v.in loco.⁊ ibi erit cultus iustitie silẽtiũ.Et q: incõsiderate loquit̃.v.q.vj.§.sed aliud.Et oĩa tẽpus habent.Eccl's.iij. Uerba aũt scurrilia et turpia nõ sunt computãda inter otiosa.Hiero.Qui ob scurrilitatem replicat ⁊ cachinnis ora dissoluit.xlvj.dis.clericũ scurrilem.et aliquid profert turpitudinis:nõ otiosi sermonis/ sʒ criminosi reus tenetur. Itẽ Bernar. Nuge in ore sacerdotis/ blasphemie sunt. Fede ad cachinnos mouetur: fedius mouet. Porro detrahere aut detrahentẽ audire/q̃d hoꝝ dãnabilius sit nõ facile dixerim. Cachinnor. aris.i.rideo rides.inde dicit̃ hic cachinnus risus vanus inutilis ⁊ dissolutus ⁊ derisorius.Uel cachinnus componit̃ a con ⁊ cygnus qui est albus vt nix. ꝑpter dẽtes qui albere videntur in risu dissoluto.et inde dicit̃ hic cachinno.onis.qui ridet dissolute ⁊ irridet.sm Hugui.in deriuationib'.Chrys. Oĩs sermo vanus dictãte spũ immũdo ꝓfert̃. Lingue nostre organa sunt spũssancti.sm Amb. Qui loquitur bona verba:est quasi os dei.⁊ q̃ loquit̃ mala verba: est quasi os diaboli.Quãto quis est magis vitiosus:tãto magis dʒ loqui ⁊ audire de virtutib'. De frequẽti locutione vitiorum quis incidit in vitia: ⁊ de frequẽti locutione virtutũ in virtutes. De malo nõ possum' dicere quãtũ est: nec de bono quãtũ est:q: vtrũqꝫ a nobis incõprehẽsibile est. Maioris virtutis est bñfacere ꝙ̃ bñ loqui. Deberet habere hõ collũ instar gruis:vt quasi ꝑ multos nodos trãsiret verbũ ante ꝙ̃ egrederet̃ de ore.ps.xliiij. Lingua mea calamus scribe velociter scribẽtis.s. spũssancti qui nescit tarda molimina sm Ambro.⁊ legit̃ ⁊ no.de peni.di.j.his aũt. als est sub.c. multiplex.in glos.scriptũ. Mat.xij. Oĩne verbũ otiosum qđ locuti fuerint hoĩes:reddẽt de eo rationẽ in die iudicij. vbi Chrys.Otiosum aũt verbũ est:qđ mẽdax est:qđ calũniam habet.quidã aũt dicũt qm̃ ⁊ vanũ:quale est quod risum mouet inordinatũ:vel turpe inuerecundũ. Item sm Grego.Uerbũ otiosum est si omissis serijs de rebus friuolis loquamur:et fabulas narremus antiquas.arg.ad hoc xxxvij.di.legãt.Et sup illud Eccl's vlti.in si.dicit glos.ꝙ de verbo ignorãter ꝓlato iudiciũ erit.Cuncta que siũt adducet in iudiciũ ꝓ omni errato siue bonũ siue malũ sit:⁊ maxime hec sunt cauẽda in sacerdotibus.Berñ.Inter seculares nuge in ore sacerdotis/blasphemie. Nũquid o sacerdos os tuũ euangelio cõsecrasti:vnde iã talibus os aperire nõ licet: q: est assuefacere sacrilegiũ. Labia sacerdotis custodiũt scientiã. Malach.ij.nõ spurcitiã.xliij.dist.sit rector.Hiero.Beata lingua que nõ nouit nisi de diuinis sermonẽ texere.¶ B Sunt aũt quidã religiosi qui nõ curãt de venialibus:nec ea timẽt:sed timẽda sunt.Aug.Ista leuia noli cõtẽnere.si cõtẽnis qñ appẽdis: expauesce quãdo numeras.Et sup illud Job.xxxj. Nõne ipse considerat vias meas:dicit glos. Sic deus vniuscuiusqꝫ vias cõsiderat:sic gressus dinumerat: vt nec minime cogitationes ac tenuissima verba que apud nos vsu viluerũt:eius iudicio indiscussa remaneant.Sed que ratio põt reddi de verbis otiosis:quũ ipsa sine ratiõe dicãtur: Bernar. Si ꝑpterea verbũ otiosum est ꝙ nullã causam rationabilem habeat: quã rationẽ reddere poterimus de eo quod est preter rationem: Licet cõfabulari (aiunt) donec pertrãseat hora: quã tibi ad agendã penitẽtiam/ad obtinẽdã veniã/ad acquirendã gratiã/ad promerendã gloriã/miseratio cõditoris indulsit. Item timenda sunt ista venialia:ne inter multa venialia ĩcidat aliquod mortale.Eccli.xix. Qui spernit modica:paulatim decidet. Greg. Uitasti grãdia:vide ne obruaris arena. Idẽ. Si ista minima negligimus:insensibiliter seducti audacter maiora ꝑpetram'. legit̃.ij. Regũ xviij.ꝙ Absalon ꝑpter crines inhesit quercui.et Samson abscissis crinibus debilis fact' est. Judicũ.xvj. Itẽ venialia obnubilãt charitatem: licet nõ extinguãt: sicut puluis oculũ. Itẽ q: Aug.dicit ꝙ nullũ peccatũ est adeo veniale: qđ nõ fiat criminale dũ placet.ver. hinc Augu. et vide ibi in glos.j.cuius.xxv.di.§.criminis.sub.c.vnũ orariũ. Adde hic qđ legit̃ ⁊ no.de peni.dist.iij.de quotidianis.glo.j. Itẽ Augu. Necea dimitti nobis volumus que in baptismo dimissa nõ dubitamus: sʒ illa que humane fragilitati q̃uis parua tñ crebra subrepũt:que si collecta ꝯtra nos fuerint: ita nos grauabũt et opprimẽt:sicut aliquod vnum grãde peccatũ. Quid etenim ad naufragiũ interest vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur et obruatur: an paulatim subrepens aqua in sentinam per negligẽtium culpam derelicta atqꝫ contempta impleat nauem: atqꝫ submergat: de peni.dist.j.tres autem actiones. ¶C

Venialia non sunt parui pẽdenda.

DE multiloquio etiã cauendũ est religiosis.q: hoĩem reddit otiosum multiloquiũ:et breuiloquiũ amabilẽ.Unde quidã phs interrogatus quõ quis hoĩbus placere posset:inq̃t.Si gesseris optima:et locut' fueris pauca.Eccli xix.Qui odit loquacitatẽ:extinguit malitiã.Eccli.xx.Qui multis vtit̃ verbis:odit aĩam suã.Prouerb.x. In multiloquio pctm̃ nõ deerit. qui aũt moderat̃ labia sua:prudẽtissimus est.Eccl's.v. Pauci sint sermones tui.Eccl's.vj.Omnis labor hominis in ore eius.Etiam multiloquiũ bonoꝝ cauendum est.xliij.distinc.sit rector.ad finem.v.q.vj.§.sed aliud.ibi.Qui custodit os suum: custodit animam suam. qui autem inconsiderate loquitur: sentit mala. Turpiloquium etiam eis est maxime cauendum. ad Ephes.v.ibi. Aut turpiloquium.j.ad Coꝛ.xv.Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ideo Cato. Uirtutẽ primã esse puta cõpescere linguã.Berñ.Mors et vita in manibus lingue.ideo ori ponenda est custodia: vt nec vitalem edificationem clausura damnet:nec letalis pernicies liberũ sortiatur egressum.Hiero.Prius sermo veniat ad limã ꝙ̃ ad linguam.Eccli.iiij. Noli citatus esse in lingua tua.Secundum Climacum/multiloquium est vane glorie cathedra:

Loquacitas nimia.

per quã seipsam manifestare ac pompatice propalare naturã habet. Multiloquiũ est insipiẽtie argumentũ:detractionis porta:manuductor scurrilitatis:mẽdacij minister: cõpũctiõis resolutio:et cõditor vanitatis:intellect' dispersio:acidie vocator:pcursor somni:dissipatio oris custodie: exterminatio caloris:⁊ feruoris frigefactio: orationis obscuratio. Silentiũ in sciẽtia est mater orationis:a captiuitate reuocatio:ignis custodia: actus cogitationũ: intẽtio pugnatoꝝ.vbi glos.sup Clima.q: nõ solũ ab impugnationibus custodit silẽtiũ: sed nec eis appropinquare sinit.luctus colligatio:amicitia lachrymaꝝ: memorie mortis operator: pene eterne pictor: iudicij eterni diligẽs inquisitor: mestitie minister: confidẽtie proprie inimicitia:tranquillitatis cõiugalis cõuictus: amoris docẽdi repugnator: sciẽtie additamẽtũ: dei verboꝝ cõditor:nõ apparẽs ꝑfectus: latẽs ascensus.Cognoscẽs delicta/tenuit linguã.qui vero multiloquus est: nõ cognoscit se. Silentij amicus appropinquat deo:⁊ latẽter colloquẽs a deo illuminat̃. Jesu silẽtiũ. Jo.xviij. Mar.xiiij.inflexit Pilatũ.q: dicitur in ps. xxxj. Dixi custodiã vias meas:vt nõ delinquam in lingua mea. Ex vno hoꝝ est non valere cõtinere: aut ex vana gloria/aut ex gula: vt in diuite epulone q̃ in lingua cruciabatur. Luc.xvj.Hoc silentiũ apud religiosos male seruat̃:q: oratione carent:et in cella nõ sunt:⁊ ꝓcessiones querũt:et steriles ⁊ frigidas habẽt animas: et gustu diuino carẽt:q: mundũ nedũ gustant:sed bibũt.de peni.dist.ij.§.qđ vero. Reprobi et xenodoxi.i.vanigloriosi sunt:et quietẽ cordis non habent. Abbas Agathon per tres annos misit lapidem in ore silentium affectans. Respondit senex. Silentium est seruãdum vsqꝫ quo quis interrogetur. Si taciturnus fueris:requiem possidebis. Dixit Euagius. Non anticipes loqui:nisi fueris requisit'. Arsenius dixit. Sepe me locutum fuisse penituit: at vero tacuisse nunꝙ̃. Dixit Antonius discipulo. Si affectaueris silentium:ne arbitreris te exercere virtutem: sed indignum te loqui profitere. Dixit Sysoy. Quomodo possum' saluare animas nostras: quum lingua nostra aperto ostio sepe prosiliat: Dixit senex de quibusdam fratribus multum loquentibus etiam de deo/ꝙ boni erant:sed atrium illoꝝ non habebat ostiũ: sed qui volebant intrabant stabulum:et soluebant asinũ. hoc autem dicebat quia quicquid illis euenisset: loquebãtur. Abbas Pemeñ. Qui in corde loquitur:non seruat silentium:etiã ore clauso.Qui cum iuuamine de mane vsqꝫ ad vesperam loquitur:seruat silentium. Augu. Ue tacentibus de te domine quoniam sunt loquentes muti. Dictũ fuit Arsenio a christo. Fuge: tace: quiesce. He sunt radices non peccandi. Esa.xxx. In silentio et spe erit fortitudo nostra. Abbas pastor. Omnis labor quicumqꝫ euenit tibi: ex taciturnitate superabitur. Sapiens. Nemo stultus tacere potest. Threñ.iij. Sedebit solitarius:et tacebit. Seneca. Primum argumentum composite mentis existimo: posse secum consistere:et secum morari. Dicit Grego. ꝙ beatus Benedictus recedens ab illis.vij.q.j.§.hoc autem.malis monachis habitauit secum.ij.libro dialogorum. Bernar. Cum quo est deus: nũꝙ̃ est minus solus/ꝙ̃ quum ipse est solus. Quod ideo dicit:quia tunc habet suam consolationem: et liberius habet suum verum cõsolatorem.s.deum. Grego. Non sufficit homo proficere ad vtraqꝫ diuisus:q: si exterius auditũ aperit:interius sordescit. Jaco.iij. Linguam autẽ nullus domare potest.ibi vide de lingua. Eccli xiiij. Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo. Ubi non est clausura oris: non est claustrum : sed vrbs patens absqꝫ murorum ambitu. Prouer.xxv.in si. Sicut vrbs patens et absqꝫ muroꝝ ambitu: ita vir qui nõ potest cohibere in loquẽdo spiritũ suum. Religio vbi nõ seruatur silentium. dicit illud Job.xxx. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerũt super me. De indicto silẽtio regulari. xvj.q.j. si cupis.⁊.c.placuit.ij.ex̃ de sta.mo. cũ ad monasteriũ.§.in oratorio.ex̃ de cele.mis.dolentes.

¶Articulus.lxxxij.

D Extractato dei

gratia statu ap'lico martyrũ et confessoꝝ anachoritarũ ⁊ omniũ alioꝝ religiosorũ copiose: et quomodo status isti lugubriter sunt plangendi:q: in sancta dei ecclesia quodammodo ceciderũt a perfectione ⁊ puritate sua. Nũc in fine operis ⁊ pro cõplemẽto eius de statu virginũ qui est perfectus in dei ecclesia status/breuius est tractandũ.et sicut in superioribus hoc seruaui:alloquor sanctam matrẽ nostrã ecclesiã dicẽs. Dic mihi virgo casta mater ecclesia/vni viro christo legitime copulata.ij.ad Corinth.xj. xxvij.q.j.nuptiarũ.An status virginalis adhuc in te veraciter ꝑseueret:et vere dices/Uirgines bone(nostra trãslatio habet pulchre) Amos.viij.deficient.dicit ꝓpheta.subaudi nũc.xxxij.q.v.si paulus.¶ A Sed primo sciẽdum est ꝙ virginitas quadrupliciter sumit̃. Primo ꝓ fidei integritate.vñ sup predic.locũ Ap'li.ij.ad Coꝛ.xj. Despondi vos ⁊c.glos.Aug.Uirginitas fides est incorrupta. ⁊ sic accipitur preall̃.c.nuptiarũ. Scđo ꝓ integritate carnis.vnde glos.sup pre.locũ. Uirginitas carnis corp' est intactũ. vñ Augu.cõtra Julianũ. Pudicitia est res mẽtis:virginitas corpis.Ad hoc.xxxij.q.v.de pudicitia. Tertio ꝓ pudicitia mẽtis cũ ĩtegritate carnis quãtũ ad ꝓpositũ seruãdi eã: sic virginitas mãsisset in Lucia etiã si inuita fuisset oppressa.xxxij.q.v.§.j.⁊.c.reuera.et.c.ita ne.ibi. Apprehensa carne sua exerceat̃ libido nõ sua. ⁊.c.ꝓposito.⁊.c.sicut nemo. Quarto ꝓ pudicitia mẽtis cũ integritate carnis: nõ solũ in proposito seruãdi/sed etiam in actu. et de tali dicit Ap'ls.j.ad Coꝛ.vij. Mulier innupta et virgo cogitat que dñi sunt vt sit sancta corpore ⁊ spũ. Uirginitas sic sumpta excellẽter accipit̃. Et habẽtibus virginitatẽ talẽ conuenit annulus aureus in ecclesia militãti: in signũ ꝙ sunt spõse christi singulares:⁊ in ecclesia triũphãti merito eis reddetur aureola.de his habet̃.xxxij.q.v.ille.Et est sciẽdũ ꝙ hec virt' pudicitia q̃ est virt' animi. vt pal.c.pudicitia.⁊.c.ita. quũ virtus sit animi:nũꝙ̃ põt amitti aĩo incorrupto:quia animo nõ infert̃ vis.vt preal.c.ita ne.⁊.xv.q.j.merito.Hec aũt virt' pudicitia que est in aĩo/eadẽ est in virginibus et in cõiugatis ⁊ in viduis.Sed in virginib' appellat̃ virginitas. In cõiugatis pudicitia.xxvij.q.j. nuptiarũ. xxviij. q.j.sic eñ. vltra prin.ibi. Nec vera eius pudicitia cum cõiuge ⁊c.et.§.ex his.ver. Itẽ quũ dicit̃. In ꝯtinẽtib' castitas. de hoc no.xxxij.q.v.in summa.Est autẽ sm Augu.in lib.de nuptijs et concupiscẽtijs/virginitas in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio.i.propositũ seruandi perpetuã integritatẽ.vt fuit excellẽtissime in matre dei dicente Luce.j.Quoniã virũ nõ cognosco.i.nõ cogniturum me proposui.xxvij.q.ij.§.j.ibi.Quõ fiet istud ⁊c.Carnẽ vero corruptibilẽ intellige carnẽ possibilẽ corrũpi ⁊ nõ corrũpi.vt fuit caro Adam in statu innocentie.de conse.dist.iiij. placuit. Itẽ Ambro.in lib.v.de virginitate.Quid est castitas virginalis: nisi expers contagionis integritas: ¶ Et notandũ ꝙ carnis corruptio per oppressionem nõ priuat ab aureola sm Altissiodorẽsem ⁊ Cãcellariũ Parisiẽsem et Richardũ.et cõiter hoc tenent theologi per verbũ Lucie/ Si inuitã me feceris violari: castitas mihi duplicabit̃ ad coronã.xxxij.q.vj.Sed talis nõ habebit insignia q̃ dantur specialib' virginib' in ecclesia militãti: vt annulus aureus ⁊ similia.Sed Ray.⁊ cõiter oẽs canoniste ⁊ Hug.cũ quibus sentio:tenent ꝙ siue ante baptismum siue post baptismum aliqua fuerit oppressa:nec inter virgines poterit consecrari:nec habebit aureolã:nec insignia in ecclesia militanti.habebit tñ maiorẽ gloriã si mente corrupta nõ fuerit:sed non talem.vt.xxvj.distinc.acutius. no.xxxij.q.v.§.j. in glos.ar.violenter corruptam.et.c.reuera.et.c.ille.et per Hug.eadẽ.q.c.proposito.c.finge.et.c.ille. et opti.facit.xv. q.j. si quis non iratus: Nec refert sm Hugonem/vtrum in huiusmodi corruptione sit facta seminum commistio necne: quia siue fuerit adulta/siue impubes adeo ꝙ non

Uirginitas q̃drifariã põt intelligi.

An violẽta virginis opp̃ssio corruptã ꝑuet aureola.

Universidad de Deusto Biblioteca

possit sentire pruritū nec semen emittere: nec est virgo nec inter virgines cōputabitur taliter corrupta. ¶ Quid de illa que vadit ad corruptorē vt corrūpatur: nec tn̄ sequitur corruptio? Quid etiam de cōiugata que cōsensit in carnalem copulā que secuta non est? nūquid fraudabitur aureola? Respōdeo in primo casu fm Hug. ꝙ si peniteat de corruptione mentis: nō priuabitur aureola. quia fm Cancel. Parisiēsem virginitas per penitētiā reparatur in illa que sola mente corrupta est. In scđo casu dic ꝙ si hmōi coniugata ante mortē peniteat de illo cōsensu: nō fraudabitur aureola. als illā nō habebit: si decesserit cū proposito vtendi carnali copula si cōualescat. Sȝ huic dicto repugnat factū virginis gloriose: que consensit in carnalē copulā quū despōsaretur Ioseph. fm Aug. xxvij. q. ij. §. i. vbi btā Maria fm qđ ibi dicitur ꝙ consensit in carnalem copulā nō illam appetendo, sed diuine inspirationi in vtroqꝫ obediēdo soluit dubiū. Tenet etiā Hug. in palle. c. ille. ꝙ illa que ex furore libidinis ꝓuocat in se seminis effusionē: vel digito, vel alio modo cōtra naturā rumpens sigillū virginitatis sue: vel etiā supponēdo se pecori, vel ferro, vel palo se corrūpit: potest inter virgines cōsecrari: et habebit aureolam si peniteat. Et ꝙ non amittitur virginitas nisi per mēbrū naturale. Que opinio nullo modo placet. et penitus est obscura: q: talis corrupta est qualitercumqꝫ fit mēte et corpore. et pro hoc facit. xxxij. q. iiij. meretrices. ꝛ. c. sequē. ꝛ xxxij. q. vij. nō solum. xxviij. q. i. idololatria. quia pari ratione masculi et femine sodomite possent virgines iudicari. quod nō est verum. Et ideo teneo ꝙ huiusmodi mulieres sic corrupte nō sunt inter virgines cōsecrāde: nec habebūt aureolam: quātūcūqꝫ peniteāt. quia vt dictū est. s̄. eo. ver. est autem. fm Aug. virginitas est in carne corruptibili ꝛc. Si quis vero vel aliqua in somnis patif pollutionē. vi. di. testamentū. aut dū ludit cū viro: aut turpitudinē aliquam cogitat: aut dū a viro osculatur: aut tāgif a viro: vel cū vehemēti carnis tentatione sese cōprimit vel cōstringit: ꝛ sic polluitur: nō inde data ad hoc opera: nec ex ꝓposito hoc fiat; per penitentiā poterit reparari: et ad virginitatem et ad aureolā: ꝛ inter virgines cōsecrari: ꝙuis post hmōi nō volūtariam pollutionē placuerit ei fecisse pollute de quo peniteat. Integritas vero carnis in ea que carnis op' appetit: nō est digna aureola si nō peniter: als sec'. vt. s̄. ver. in. ij. casu. Hiero. Nihil prodest habere carnē virginem: si mēte quis nupserit. Virginitas thesaurus abscōditus est in agro. Mat. xiij. Hui' thesauri preciositas est, vt non solū preciū glorie eterne que est cōmunis oībus sanctis habeat: sed etiā glorie specialis. et nō solū aurea, sed corona aureola debeaf. Exo. xxv. preceptū fuit vt fieret mēsa et super mēsam corona aurea: ꝛ super aureā aureola. Hūc thesaurū incorruptionis debemus emere vēdita cōcupiscentia carnali: et abscōdere: ne sim' virgines fatue absqꝫ oleo letitie interioris. Mat. xxv. q: fm Grego. depredari desiderat qui thesaurū publice in via portat. Hūc thesaurum habemus in vasis fictilibus. ij. ad Cor. iiij. Inpreciabilis est iste thesaurus. Eccli. xxvij. Nō est digna aīe cōtinentis pōderatio: nō dicit corporis, sed aīe: q: ibi est virtus. vt. s̄. in. c. de pudicitia. ꝛ. c. ita ne. Lilio etiā virgines propter puritatē cōparātur. Cañ. ij. Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. Folia istius lilij sunt illa que istā virginitatē cōseruāt. Sobrietas cibi ꝛ potus. Loth inebriat' ꝑpetrauit icestū. Geñ. xix. xv. q. i. inebriauerūt. Luxuriosa res vinū. Prouer. xx. xxxv. dis. luxuriosa. et. c. sexto. Hiero. Virgo vinū fugiat ꝓ veneno. Itē labor et occupatio maxime circa scripturā diuinam. de cōse. di. v. nūqꝫ. Ezechiel. xvi. ex de renū. nisi. §. verū. Habitus asper nō ornat'. Nume. xxv. Filij israel fornicati sunt cū mulieribus Moab que se ornauerunt. i. ad Timo. ij. Nō in tortis crinibus ornantes se aut auro. Custodia sensuū ꝛ cohibitio ad vagandū. Geñ. xxxiiij. de Dina vagāte corrupta, de peni. dist. v. c. i. ad finē. Mat. xxv. Quinqꝫ aūt ex eis erāt fatue. glos. Aug. Vel p quinqꝫ virgines significaf quinqꝫpartita cōtinētia a carnis illecebris. Cōtinēdus est em̄ animi appetitus a voluptate oculor, auriū, olfaciēdi, gustādi, et tāgēdi. Casta locutio. Seneca. A verbis turpibus abstineto: q: licētia eor impudicitiā nutrit. i. ad Cor. xv. Corrūpunt bonos mores colloquia praua. Hiero. Sit sermo virginis prudens: modestus: rarus: nec tam eloquētia preciosus ꝙ pudore. Solitudo. Solent em̄ animalia syluestria pulchriorē habere pellem ꝙ domestica. Quia Thamar sola fuit ingressa ad germanū: corrupta fuit ab eo. ij. Regū. xiij. facit ex de presump. literis. Hiero. Solēt virgines q̄ vere sunt virgines semper pauide ꝛ nūqꝫ secure esse: ꝛ vt caueāt timēda, etiā secura ꝑtimescere. de occasionibus immunditie vide. s̄. §. de immūditia. in ar. lxxiij. et sequen. Virgo felix sterilis est incoinquinata que nescit torum. Sap. iij. Candida est virginitas christo cādido cōiūcta. Cañ. v. Dilectus meus candidus ꝛc. Berñ. Candor lucis eterne est christus. ꝛ candidā oportet aīam esse vbi ipse sedere elegit. Isidorus. Candor: quippe mundītia est vite. xxx. q. v. femine. de conse. dis. iiij. post baptismum. et. c. accepisti. Grego. Candida vita est carnis de incorruptione virginitas. Et quid cādidius castitate? Threñ. iiij. Candidiores nazarei eius niue. p cōtinentiam mentis. Nitidiores lacte. exposita sunt latius hec verba. s̄. in Threnor. i. c. bis exposito. et in. i. arti. istius ij. per continentiam corporis. Propter hunc duplum libani candorem bene dicitur Cañ. iiij. Veni de libano sponsa mea: veni de libano. Libanus candidatio interpretatur. Cādor iste est angelicus. Unde et angeli sepe in albis apparuerunt. Matthei. xxviij. Marc. xvi. Vestimenta eius sicut nix. Non dicit sicut lac: sed sicut nix: quia non carnis, sed tantum spiritus candorem habent angeli. Unde quātum ad hoc gloriosior est candor virginalis in homine ꝙ in angelo. In homine enim duplex: in angelo simplex. in homine per pugnam: in angelo per naturam. Hiero. In carne angelicam gloriam acquirere maioris est meriti ꝙ habere. quum homo viribus obtinere nititur quod habet angelus ex natura. Esse angelū felicitas est. esse vero virginem virtutis. De hoc etiam scripsi in hac. ij. parte istius operis super Threno. super predictis verbis. Candidiores nazarei ꝛc. Virginitas gratiosum facit hominibus et deo. Eccli. xxvi. Gratia super gratiam: mulier sancta et pudorata. Que virginitas in iuuenibus magnis est preconijs extollenda: quia magis tentātur. vnde dicit Bernar. ꝙ est martyriū castitas in iuuentute. vt in sancto Ioseph. Genef. xxxix. Isidorus. Quidam in iuuentute luxuriose viuentes: in senectute continentes fieri delectantur: ꝛ tūc eligunt castitati seruire: quando eos libido seruos habere contempsit. Sed et vtinam hodie senes maxime presbyteri continerent: et qui in iuuentute continuerunt in senecta ferroribus luxurie non se macularent. ex de presumptio. cum in iuuētute. Nec essent sicut illi presbyteri impudici de quibus Daniel. xiij. quia difficile continentiam seruat: qui se illicito concubitu maculare non metuit. xxxiiij. distin. §. quod ergo. Sap. vi. Incorruptio facit proximum deo. sicut Ioannem apostolum. Beda super Lucā. Sicut christus in summa pace est natus: vt se pacē diligere ostenderet: ita de virgine natus est: vt se virgineum decus mōstraret diligere. Fructus cētesimus eis debetur. Matth. xiij. Agnum sequuntur quocumqꝫ ierit. Apocalip. xiiij. Et cantant canticum nouum; quod est cantus specialis amoris. ad literā dulcius solent cantare virgines. Gregorius. In patria singulariter agno canticum decantare, est cum eo in perpetuum pre ceteris fidelibus de carnis incorruptione gaudere. ¶ B

Virginitate ɔseruantia.

S Ex aūt sunt virginib' ꝑcipue metuenda. Primū est supbia. Aug. in lib. de virgini. Nō solū ꝑdicāda est virginitas vt ameſ: verū etiā monēda est ne inflef. Idē. Metuo tibi vehemēter ne quū te agnū q̄cūqꝫ ierit secuturam glorieris: eū ꝑsumēdo supbe p grām seq nō possis. Idē. Bonū ꝟginitat ꝙ magnū video; tm̄ ei ne pareat furē supbie

Que sunt virginibus potissimum cauenda.

timesco. Idē. Facilius sequūtur agnū: et si nō quocūqꝫ ierit: certe quocūqꝫ poterūt cōiugati humiles: ꝙ supbiētes virgines. Berñ. Sine humilitate audeo dicere nec Marie virginitas deo placuisset. Augu. Nō dubito ꝑferre mulierē supbe virgini. ¶ Scđm est fatuitas. i. charitatis defectus. Mat. xxv. Fatue virgines nō sumpserūt oleū secū. Berñ. in epistolis. Castitas sine charitate lampas est sine oleo. Subtrahe oleū: lāpas nō lucet. tolle charitatē: castitas nō palcet. Itē sup illud Mat. xxv. Nō sumpserūt oleū secū. Chrys. in homil. Oleū hic vocat charitatē ꝛ eleemosynam: et quodcūqꝫ circa indigentes auxiliū. lāpades autem virginitatis charisma. ꝓpter qđ et stultas eas vocat: qm̄ maiorē sustinētes laborē propter minorē oia perdiderunt. maiori em̄ labore vincitur carnis cupido: ꝙ pecuniarum. Augu. in verbis dñi. Si quis igif habet animā virginalē: ꝛ amator est pudicitie: nō debet mediocriter esse cōtētus ijs que cito exarescūt: sed perfectas virtutes sequatur: vt lumen habeat sempiternū. Chrys. in homil. Vides igitur quanta nobis fit a pauperibus negotiatio. Pauperes autē nō sunt ibi: ideoqꝫ hic oleū cōgregare oportet: vt illic vtile sit quū christus nos vocet. Hiero. Vendif in hoc mūdo oleum: ꝛ multo emitur precio: ac difficili labore cōquirif. qđ nō solū in eleemosynis: sed in cūctis virtutibus et cōsilijs intelligimus magistror. Vanitas etiā vel fatuitas in virginibus, est vana gloria ꝛ laudes quas petūt q: virgines sunt. Vñ ꝛ tales virgines oleū spūale intra consciētias suas corā deo nō habent: q: ab hoībus sicut fatue laudes querūt. ꝓpter qđ apud deū meritū virginitatis ꝑdūt. Aug. de verbis dñi sup pre. loco. Mat. xxv. Non sumpserunt oleū. Oleū adulatio est. de quo ps̄. cxl. Oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Vedūt em̄ oleū oēs adulatores: qui siue falsa siue ignorata laudando aīas in errorē nutriūt. l. di. si quis diaconus. ibi. in fi. Periculosas adulationes. Qui beatificāt: ipsi seducunt. Esa. ix. Et eis vana gaudia tāqꝫ fatuis cōciliādo aliquā de his mercedē tēporalē accipiūt. Dicitur ergo, Ite ad vendētes: ꝛ emite vobis. i. videamus nūc quid vos adiuuent: qui vobis laudes vēdere cōsueuerunt. ¶ Tepiditas: q̄ solet accidere in virginibus: q: cōsiderāt se parū peccasse. cōtra quod dicit Aug. in lib. de virginibus. Multo ardētius debes diligere illū qui flagitiosis a se cōmissis quecūqꝫ dimisit. de pe. dis. i. multiplex. in se cadere nō ꝑmisit. ¶ Macula peccati cuiuscūqꝫ alterius ꝙ carnalis. Macula turpior est in veste alba. Virginitas est vestis alba. vñ bysso cōparaf Prouerb. vlti. Byssus ꝛ purpura indumētū ei'. Virgines que habēt integritatē carnis cū corruptiōe mētis: similes sunt sepulcris dealbatis. Mat. xxiij. Hiero. Nihil ꝓdest virginitas corporis: vbi operaf corruptio mentis. ad hoc. xxxij. q. v. si paulus. c. tolerabili'. c. magis timeam'. ¶ Negligētia cōfessiōis. vñ ꝛ etiā virginitas decore induif. in ps̄. ciij. Cōfessionē ꝛ decorem induisti ꝛc. Et iterū. Cōfessio ꝛ pulchritudo in cōspectu eius. Cañ. ij. Ostēde mihi faciē tuā. i. cōscientiā. ¶ Diuisio cordis. Augu. loquēs virginib'. Toto vobis figatur in corde q̄ ꝓ vobis fixus est in cruce. Duplici corde cui ve. Eccli. ij. est que deo et hoībus vult placere. Berñ. in epistolis. Volens placere hoīb' deo displicet. Si hoībus placerē: christi seru' nō essem. Gala. i. Non places si nō placas: nō placas si places. Grego. Nemo pōt in vna eadēqꝫ re oīpotēti deo atqꝫ eius hostib' gratus eē. nā dei amicū se denegat: q̄ eius placet inimicis. Signū ꝙ virgo vult placere hoībus, est ornatus et appositus. de cōse. dis. v. fucare. fucus exterior. ps̄. xliiij. Ois gloria filie regis abintus. Hiero. Decor q̄ in veste requirif, induif: et cū veste deponif. vestis ꝓculdubio est non vestiri. ad hoc. xxi. q. iij. c. i. de cōse. dis. v. fucare. ¶ Imperseuerātia. ne deficiat. Berñ. Stude perseuerātie: que sola coronaf. Idē. Scias diabolū soli semꝑ perseuerantie insidiari: quā solā virtutē nouit coronari. de pe. di. ij. §. ex premissis. ver. itē illud euāgelij. Aug. Qui facere poteritis ne virginitatis bonū a vobis pereat; facere nō poteritis vt redeat. ad hoc. xxxij. q. v. si paulus. de peni. dis. iij. in cassum. vij. q. i. suggestū. In. c. si paulus, dicif ꝙ virginē post ruinā deus suscitare nō pōt. sed quō hoc intelligaf vide ibi in glos. ¶ C Honoratur aūt virginitas a deo, ab angelis, ab hominib', a diabolo. A deo. Hiere. iij. Dux virginitatis mee tu es. Est ergo christus dux virginitatis. est ꝛ spōsus. Ipse est em̄ summ' pōtifex de quo Leuif. xxi. Virginē ducet vxorē. virginē vtriqꝫ ecclesiā. ij. Cor. xi. xxvij. q. i. nuptiarū. Despōdi vos ꝛc. ꝛ virginē aīam. pal. c. si paulus. Itē christus nō solū est virginitatis spōsus: sed filius. Esa. vij. Ecce virgo cōcipiet. Luc. i. Augu. Unius sancte virginis partus oīm sanctarū virginū est decus: ꝛ ipe cū Maria matres christi sunt: si patris ei' faciūt volūtatē. Mat. vij. Honoraf ab angelis. Luc. i. Missus est angelus gabriel ꝛc. Iste angelus honorauit virginē in excellētissima legatione et in reuerētissima salutatione. Itē angelus nō ꝑmisit se a Ioāne virgine adorari. Apoc. xix. ꝛ vlti. Vide ne feceris. Honorāt angeli virgines: q: et ipse terrestres angeli sunt ꝛ hoīes celestes. Bernar. Quid castitate decorius: que mūdū de immūdo ꝯceptū semine, de hoste domesticū, de hoīe angelū facit? Honorauerunt angeli Hagnen in veste. Ceciliam in corona. Agathā in tabula marmorea. Catharinā in sepulcro. Sȝ inimici sunt impudicor. Dañ. xiij. Ecce em̄ angelus dñi accepta sententia ab eo scindet te mediū. De sodomitis subuersis ab angelis ꝛ occecatis. Geñ. xix. ij. q. i. deus. xiiij. dis. qđ ait. Honoraf ab hoīb'. Iudicū. xxi. Virgines reseruate. Nume. xxxi. Puellas ꝛ oēs feminas virgines reseruate. Alij oēs iubētur interfici. Merito salus daf virginib': q: p virginē salus. Ansel. Nō est salus: nisi quā tu virgo peperisti. Virgines em̄ saluanf nō carne tātū: sed mēte simul. Isidorus. Virgo carne nō mēte nullū premiū hȝ in generatiōe. in pal. c. si paulus. De quarto ꝙ honoraf a demonibus virginitas. Tob. vi. ꝛ. vij. demō noīe Asmodeus virginitatē Sare a. vij. corruptorib' liberauit. Narraf in vitis patrū ꝙ cuidā vidue castitatis amatrici demō fuit specialiter assignat' vt eā deijceret a ꝓposito castitatis. Quūqꝫ per multa tēpora eā molestasset valide: nūqꝫ tn̄ ei' animū potuit flectere ad cōsensum. Tādē demonū cōcilio conuocato princeps eor interrogabat a quolibet q̄d egisset: ꝛ ille apud eū beatior qui et nequior: at vbi ad istū ventū est: cōfusione dignus habef q̄ a femina superat' est. vñ et sibi iniūctū est vt imperio dñe obediret ꝙdiu in carne viueret. Dū autē dña, vt moris habebat, exclusis puellis se in oratione ꝓstrasset: et vellet sibi calciamēta detrahere: adfuit in specie decori iuuenis ille demō. quo viso domina exclamauit. accurrēs familia nihil inuenit. Tertio similiter veniens allocutus est dominam ne timeret: sibiqꝫ seriem rei explicans obedientiā repromisit. Addens ꝙ de illo peccato eam nō amplius molestaret. Quūqꝫ domina familiam induisset: demon cōquestus est ꝙ sibi non fuissent vestimēta collata: allegans se plus alijs seruiuisse: domina indumenta concessit. ille suscipiens se in conclaui clausit. domicelle respicientes per rimas portarum viderūt demonem pannos suentem. et ille indignatus misit vestimenta in ignem: sed ad mādatum domine extraxit. cui ob meritum castitatis semper seruiuit diabolus. Ergo velit nolit, honorat virgiñes: sicut victus victrices: ꝛ tamqꝫ angelorum sorores quos ipsi timent. Bernar. Fulgida virginitas est gemma virtutum: germana angelorum: lampas ecclesiarum: lux animarū. ipsa calcat libidinem. vincit diabolum. contēnit seculū. deprimit omne periculū. Sicut diabolus honorat castos et virgines: sic potestatē hȝ singularē sup immūdos: qui sunt de sua familia: q: ipse spūs immūdus est. Luce. xi. Tob. vi. Qui coniugia ita suscipiunt vt deum a se et a sua mente excludant: et sue libidini vacent: sicut equus et mulus quibus non est intellectus: habet super eos demon potestatem. ¶ D Quatuor etiā sunt in quibus virginitas honoratur in celo. In intrandi securitate. Mat. xxv. Que parate erāt intrauerūt ꝛc. Angelica societate. Iudicū. xxi. Inuēte sunt de Iabis galaad. cccc. virgi

Honor virginibus exhibitus.

Universidad de Deusto Biblioteca

nes que nesciert̄ viri torū et adduxerunt eas ad castra in sylo. Castra sunt angeli. Genes. xxxij. Castra dei sunt hec. Sylo interpretatur auulsio/restitutio. ꝛ certe amissio facta per angelos cadentes/speciale habebit restitutionē ꝑ virgines stantes. de conse. dist. j. hi duo. Christi cōformitare. Apoc. xiiij. Hi sequuntur agnum quocūq ierit. Virgines sequūtur agnū: q2 ei per incorruptionē specialissime cōformātur. preall. c. Sap. vj. Incorruptio facit esse proximum deo. Gaudiū singularitate. Apoc. xiiij. Nemo poterit dicere cāticum nisi illa. cxliiij. milia. Hoc est singulare prorsus gaudiū canticis exultationis ꝛ laudis de incorruptione ꝛ virginitate procedēs. Castitas et virginitas tranquillam facit vitam. j. Timo. ij. ibi. Tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. q. d. Nō sufficit virginitas absq aliis bonis operibus. Grego. in homil. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonū est aliquod opus sine castitate. vnde Luc. xij. Sint lumbi vestri precincti: ꝛ lucerne ardētes in manibus vestris. Grego. Nulla sunt bona cetera: si occulti iudicis oculis castitatis testimonio nō approbātur. Magna pulchritudo et vera glia castitas ꝛ virginitas. Judith. xvj. Erat enim virtuti castitas adiuncta ꝛc. vsq/ Erat aūt festis diebus ꝑcedēs cū magna gloria. Isido. Castitas est pulchritudo inuiolata sanctarum. Res est angelica. Chryso. Castitas res est angelica ꝑ quā solū singulariter hoīes angelis assimilātur. Bern. Differūt inter se homo pudicus ꝛ angelus. sed felicitate: nō merito. sed etsi castitas illius felicior: huius inde cognoscitur esse fortior. Bern. Sola castitas mores istius beate vendicat regionis in qua neq nubēt neq nubentur. Mat. xxij. prebēs quodāmodo terris experientiā cōuersationis celestis. Ministrū dei facit. ps. c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. ij. ad Cor. vj. In oībus exhibeamus nos sicut dei ministros ꝛc. Et infra. In castitate. Cor confortat. Judith. xv. Confortatū est cor tuū eo ꝙ castitatem amaueris. xxxij. q. v. tūc saluabitur. vbi ponitur triplex castigatio. Isti sunt eunuchi qui se castrauerūt sancti ꝑpter regnū celorū. Mat. xix. Chryso. Illa est gloriosa cōtinētia: nō quam trāsgredi nō pōt necessitas debilitatis corporis vel nature: sz quā cōplectit volūtas sancti propositi.

¶ Articulus. lxxxiij.

Queruntur aūt secūdum sanctū Tho. in. ij. ij. q. c. circa virginitatē quinq.

Primo in quo consistit virginitas. Secundo vtrum sit licita. Tertio vtrū sit virtus. Quarto de excellētia eius respectu matrimonij. Quinto de excellentia eius respectu aliarum virtutum. ¶ A

In q̄ virginitatē cōsistere sit dicendum.

Ad primū videt ꝙ nō cōsistit in carnis integritate ꝑpter definitionē Augu. s. positā in. §. pri. ver. Est aūt ꝙ virginitas est in carne corruptibili ꝛc. Item q2 sm eū est pudicitia que est in animo. vt. s. dixi. §. pri. ver. et est sciēdū. Preterea carnis integritas videt consistere in signaculo virginalis pudoris. Sed qūq absq virginitatis preiudicio frāgit illud signaculū. dicit em̄ Augu. Est aūt vberior feliciorq fecūditas nō ventre grauescere: sed mēte grādescere. Illa filios doloris: ista filios parturit gaudij ꝛ exultationis. Itē Augu. Ipa cōtinētia nequaꝙ sterilis est: sed fecunda mater filiorū gaudiorū. Illa filijs replet terrā: ista celū. ad hec. xxxij. q. j. nuptie. xxxiij. q. v. tūc saluabitur. Illa est multe solicitudinis: ista quietis. Gilibert. Virginitas est curarū silētiū: pax carnis: redēptio vitiorū: principatus virtutū. Illa est bonū: ista melius. Hiero. ad Pāmachiū. et. s. dixi. §. pri. ver. sed cōtra est. Tātū est inter nuptias et virginitatē: quātū inter nō peccare ꝛ bñfacere. Immo (vt leuius dicā) quātū inter bonū ꝛ melius. illa comparat spinis: ista rosis. Hiero. ad Eustochiū. Laudo nuptias: sz q2 mihi virgines generāt: lego de spinis rosam: de terra aurū: de conchis margaritā. Itē q2 christ nō de corrupta nascit / sz de virgine: est ratio sm Aug. de sancta virginitate sup illud Luc. j. Ad virginē. Illū em̄ decēter solū virginitas parere potuit: q̄ in sua natiuitate parē habere non potuit. Oportebat em̄ caput nostrū ꝑpter insigne miraculū sm corpus nasci de virgine: qd̄ figuraret mēbra sua de virgine. xxvij. q. j. nuptiarū. ecclesia sm spiritū nascitura. Itē Chrys. sup eodē. c. ibi. Qm̄ virū nō cognosco. Quinimmo eoipso cōtinget ꝙ es cōiugis inexperta. nā si virū experta fuisses: nō digna cēsereris hoc ministerio: nō q2 ꝑfanū sit cōiugiū: sz q2 virginitas potior. Decebat em̄ cōem oīm dominū ꝛ in natiuitate nobiscū participare: ꝛ ab eā discrepare. Qui em̄ ex vtero nasceretur / habuit cōe nobiscū: ꝙ autē absq ꝯcubitu nascerei / plus a nobis obtinuit. Penetrās magnus Climacus ꝑfunditatē vere virginitatis ꝛ castitatis ait. Castitas vel virginitas est nature i corpore appropriatio iesu christi: dñs amabilis: scutū cordis superterrestre: supnaturalis ꝛ supgloriosa abnegatio nature: ꝛ vere corporalis ꝛ mortalis ꝛ corruptibilis supmirabilis ad incorporeos coaptatio. Castus est q̄ amore ꝛ cōcupiscentia sancta amorē ꝛ cōcupiscētiā ꝛ ignē igne immateriali repercutiēs extinguit. Iste est canon. i. regula. dist. iij. canon. castissime castitatis: eque similiter sup aīatis et inanimatis rationabilibus atq irrationalibus corporib affici. Principiū quidē castitatis / nō cōsentiēs cogitatio ꝛ preter idolū. i. imaginationē turpē ex turpibus respersio. Medium castitatis / naturales motus sup multitudinē alimētorū et solū sine idolis existēres: ꝛ a colluuionis respersione liberi. Finis vero / mortificatio corporis premortuis cogitationibus. Si istud est vere castitatis ꝛ virginitatis argumentū / immobilē esse in phantasmatibus somniorū: ista penit terminatio luxurie fluxū sustinere in cogitationib vigilātem. In introducēdis. i. nouitijs corporis lapsus vt plurimū ex delicijs habēt fieri. In medijs vo ex alta sapiēdi elatione. In ijs vero q̄ ꝑfectioni appropinquāt ex eo tātūmodo qd̄ ꝑrimū iudicēt. Castitas est dei ꝑprietas ꝛ similitudo sm ꝙ homini possibile est. Mater vero castitatis q̄es solitaria cū obediētia. Est in somnis fluxus ex multitudine escarū ꝛ quietis. Alter est ex supbia: qn̄ in diuturna nr̄a influxibilitate inflamur: et rursum ex eo qd̄ ꝑrimū iudicemus. Alter ex demonum inuidia: vt ex hoc ꝙ altissimam possideat humilitatem. ¶ B

Castimonie gradus.

Secundū Cheromonē in collatione de castitate in lib. coll. Jo. cassi. Sex sunt castimonie et vere virginitatis ꝛ ꝑfecte gradus: quibus ad inuiolabilē cōscēditur puritatē. Primus est ne vigilās impugnatione carnis monachus elidat. Scd̄s ne mēs illi voluptarijs cogitatiōib immoret. Terti ne femineo vel tenuiter ad ꝯcupiscētiā moueātur aspectu. Quart ne vigilās vel simplicē carnis ꝑferat motū. Quint ne animi quū memoria gñatiōis humane vel tractat rō / vel necessitas lectiōis īgesserit: subtilissim mētē volūtarie actiōis ꝑstringat assensus. Sext ne ille illecebrosis phātasmatibus feminarū vel cuiuscūq vel dormiēs illudat. Idē. Hec est vere ꝯsummatio castitatis: que nō ipugnās carnalis ꝯcupiscētie mot / sz toto horrore detestās / iugē atq imobilē sui retinet puritatē: nec pōt quid aliud eē ꝙ sctitas. Hoc aūt fiet qn̄ iā definēs. Gal. v. caro aduersus spm̄ cōcupiscere: desiderijs ei virtutiq cōsenserit: ceperintq sibi pace firmissima federari: et iocūdissime habitauerint fratres. s. corp ꝛ aīa i vnū. Idē ibidē. Hec est ꝯsummatio castitat: vt vigilātē monachū oblectatio libidinis nulla ꝑstrigat: vt q̄escētē nō fallat illusio: sz quū dormiētē tm̄ sopite mēt icuria cōmotio carnis opp̄sserit: quēadmodū sine vlla titillatiōe voluptat excitata est: ita etiā sine vllo pruritu corpis cōquiescat. ¶ E Singulare est ꝑuilegiū ꝟginitatis. Primo q2 replet paradisum. vt. xxxij. q. j. nuptie. Scd̄o q2 sola est q̄ cū fidutia pōt deo aīas pñtare. in autent. de lenoni. §. scimus. colla. iij. Tertio quia est principium aliarum virtutum. in autent. quomodo opor. episco. et reli. cleri. ad ordina. dedu. §. neq autem sacras.

Virginitatis priuilegia.

Quarto sola virgo consecratur. xxvj. dis. acutius. Quinto aureolā habēt virgines sicut martyres ꝛ predicatores. vt s. dixi. xxxij. q. v. si paulus. de hoc legit ꝛ no. ex de ꝑba. causa matrimonij. Pauci hoc priuilegiū habent. l. dist. q2 tua.

An corrupta possit cō secrari.

¶ D Hic quero nūquid cū corrupta pōt dispēsari vt cōsecretur? sed nō determinat per quē. Et credūt quidā ꝙ in hoc casu per epm possit dispensari. quū nō sit ei prohibitū sm id qd̄ no. l. dist. in summa. et facit ꝑ hoc. xxvij. q. j. virginem que. Potest inquā si occultū est aliquā esse corruptā: et subest causa rationabilis dispēsandi: vtputa vitatio scādali: vel alia causa: maxime vbi sine viri admistione ꝑ abusionē aliquā facta est corruptio: q2 dubiū potest esse de iure vtrū ista corruptio abusiua faciat irregularitatē in muliere. per ea que. s. de hac materia notaui in. §. ꝑtractato. ver. et notandū. cū ver. seq. in ar. lxxxj. Cum notorie corruptis nō credūt isti simplicē epm posse dispēsare. et hoc propter scandalū. ꝛ q2 non legitur in hoc casu fuisse aliquādo dispēsatū. sm Archidia. dñm meū qui ita no. xxvj. dist. acutius. in glos. numquid. In quo. c. glos. ordi. no. ꝙ ideo eps nō virgo cōsecratur: q2 significat ecclesiā militantē in qua sunt boni ꝛ mali. de cōse. dis. iiij. est vnitas. Sacra virgo signat ecclesiam triūphantem: vbi nō est macula nec ruga. Ephes. v. xix. di. Quis. ¶ E Si vir votū virginitatis habens adiūgatur vxori: nō dimittat vxorē: sed tribus annis peniteat. xxvij. dist. si vir. Dicūt quidā ꝑ hoc. c. ꝙ postꝙ cōtrahit: absolutus est a voto: sed faciet penitentiā de voto violato: ꝛ pōt nedū reddere debitū: sed exigere. Sed hoc non credo ꝙ absoluat a voto: nec ꝙ possit petere debitū: q2 quantū ad se adhuc votū tenet: vt nō exigat. op. arg. ex de iureiurā. quāto. vbi dicit ꝙ iuramentū obseruari debet quatenus pōt: sed ius matrimonij nō cōpellit debitū exigere: q2 hoc libertatis est: sed compellit eum reddere. Unde dicēdū est ꝙ pōt sine peccato soluere: q2 ad hoc est obligatus: sed nō pōt sine pctō petere: q2 faceret contra ꝑmissum: et sic cōtra cōscientiā: et edificaret ad gehennā. ex de sen. exco. inquisitioni. cū simi. Et istius sentētie fuerūt Innoc. et Bern. ꝛ Jo. ex de cōuer. cōiu. quidā. ꝛ. c. accedēs. in glos. ij. que fuit glos. Jo. de hoc etiā no. xxvij. q. ij. agathosa. Itē vouentibus virginitatē nō solū nubere / sed velle nubere est damnabile. xxvij. dis. vouētibus. Virgines post consecrationē nubētes adultere sunt ꝛ inceste ꝛ sacrilege. xxvij. dist. c. vlti. xxvij. q. j. virginibus. Professa virginitatē iudicans nuptias anathema fit. xxx. dist. si quis ꝑpter. ꝛ. c. si quis vel. et. xxxj. dist. quicūq.

An ꝑmoueri possit qui cū fornicaria ꝯtrx.

ctice.i.actuali q emēdatione morū ⁊ virorum purgatione p/
ficiꝭ:altera theorice q in contēplatione diuinarum rerū ⁊ sa/
cratissimorū sensuū cognitione cōsistit:est in li.colla.Joā.
Cassi.collatio vtilissima Nesteroth.ibi vide. In isto etiā
ope i diuersis locis de scia tractaui.vñ hic āpli⁹ nō imoror

¶Articulus.lxxxvij. A

POst donum sciētie

dicendū est de dono fortitudinis.Donū scie
tie docet lugere mala sua et pximi. Donum
fortitudinis iustitiā facit sitire et esurire.et
sic crucifigit iustos mundo:⁊ mundum iustis.Gala.vlti.
Fortitudo sic describiꝭ ab Augustino in li.de morib⁹ eccle
sie.Fortitudo est amor oia facile tolerans pter illud qđ (Fortitudinis de)
amaꝭ.Tulli⁹ in.j.rhetoricorū.Fortitudo est cōsiderata pe (finitio.)
riculorū susceptio.⁊ laborū ppessio.Idē in rheto.ij.Forti/
tudo est magnarū rerū appetitio:⁊ viliū contēptio:et cū
ratione vtilitatis laborū ppessio.Itē glos.sup Mat.xiiij.
Erāt qtuor milia ⁊c. Fortitudo est firmitas animi cōtra
molestias seculi.Cōmendatio fortitudinis.Josue.j.Con/
fortare ⁊ esto robust⁹.Deutero.xxxj.iij.Regū.ij.Danie.x.
To.iiij.Forti animo esto.Hec virt⁹ plus videꝭ habere vir
tuositatis ceteris virtutib⁹.Primo q: deū letificat. Nee/
mie.viij.Gaudiū em̄ dñi erit fortitudo vestra.De hostib⁹
triūphat.ij.Reg.xxij. Accinxisti me fortitudine ad preliū
q: homini bona sua seruat.Mat.xij.⁊.Luc.xj.Quū fortis
armat⁹.Diuitias spūales auget.Prouer.x. Man⁹ fortiū
diuitias parat.Idē.Robusti habuerūt diuitias.q: regnū
occupat.Mat.xj.Regnū celorū vim patiꝭ:et violēti rapi/
unt illud.vñ Hiero.Grādis est enim violētia in terra esse
nos generatos:⁊ celorū sedē qrere:⁊ possidere per virtu
tem qđ nō tenuim⁹ p naturā.Fortitudo em̄ ſm ꝙ donum
est donū qđ gratia cōfortāte cōtra oia aduersa cōfidētiā
persistentiā ⁊ perfectā administrat virtutum cōfidentiā.
Hoc donū sicut dicit Greg.cōtra aduersa cōfidentiā tre/
pidanti dat.Idē.Vile est ꝯsiliū sine fortitudine.q: qđ tra/
ctando inuenit:sine virib⁹ ad actū nō pducit.Cui hoc do
num adest:nec bona mūdi cōcupiscit:nec mala ptimescit:
sed iustitiā esurit.Mat.v.⁊ pro ea tuēda fortiter cōtēdit.
Donū fortitudinis in hoc differt a fortitudine virtute car
dinali:ꝙ fortitudo virt⁹ cardinalis est circa arduū natu/
re simpliciter.fortitudo vero donū circa arduum nature
etiā est a grā adiuuāte.vt est subire pro christo martyriū:
relinqre oia:subijcere se volūtati aliene:⁊ similia q pter
sui difficultatē vel arduitatē nō sunt in pcepto.De fortitu
dinis virtute in prima parte isti⁹ operis dixi.nec hic repe/
to.¶De fortitudine in Cañ.iij.c.ps.xvij.Domin⁹ fortitu/
do mea.Et iterum.Fortitudinē meā ad te custodiā.Prouer.
vlti.Mulierē fortē qs inueniet.De fortitudine corporali.
Job.vj.Nec fortitudo lapidū mea fortitudo.Hiere.ix.Nō
glorieꝭ fortis in fortitudine sua.xlvij.di.oēs.Oēs hui⁹ se/
culi dilectores in terrenis reb⁹ fortes sunt:in celestib⁹ de/
biles.De fortitudine spirituali.ij.Cor.xij.Quū infirmor:
tunc potēs sum.alias fortior sum.ex de renū.nisi cū pridē
§.alia vero.Triplex autem est fortitudo spiritualis:fidei/ (Fortitu/)
spei/et charitatis.De prima.j.Pet.v.ibi.Cui resistite for/ (do spiri/)
tes in fide.Hebre.xj.Fortes facti sunt in bello scʒ fide.dia (tualis tri)
bolo draconi quū tentat in occulto/⁊ leoni quū tentat in (plex.)
aperto/ſm Aug.resistim⁹:dū peccato nō cōsentim⁹:⁊ tūc
ipsum cōculcam⁹.vñ ps.xc.Cōculcabis leonē ⁊ draconē.
De secūda Hebre.vj.Fortissimū solatiū habeam⁹:q cōfu/
gimus ad tenendā ppositā spem:quā sicut anchoram ani
me habemus tutā ac firmā.Greg. Quāuis rerū pertur/
bationibus adhuc anim⁹ fluctuet iam tamen spei nostre:

Universidad de Deusto Biblioteca

anchorã in eterna patria figite: ⁊ intentionẽ vestrã vera luce solidate. De tertia. Cant. viij. Fortis est vt mors dilectio. Gregorius. Uirtuti mortis dilectio comparatur: quia nimirum mentem quam semel perfecte ceperit ab amore mundi penitus auellit. Hiero. Uere in talib⁹ fortior est ꝙ mors / dilectio. q: morte vinci non põt. de hoc de peni. di. ij. valida. De triplici fortitudine predicta. ij. Reg. xxiij. Irruperũt tres fortes castra Philistinorũ: ⁊ hauserunt aquã de cisterna Bethleem. Tres fortes sunt fides / spes / ⁊ charitas: per castra vitiorum irrumpẽtes: ⁊ aquã lachrymarum de cisterna cordis contriti haurientes: et ipsam regi Dauid scilicet christo offerentes.

¶ Articulus. lxxxviij. A

Nunc dicendũ est de

dono cõsilij. qđ donũ consilij donũ fortitudinis modeste ⁊ caute deducit ne propria fiducia imoderatius inniꝑũ precipitiũ patiatur. Habet enĩ hoc donũ cũ acutissimo ⁊ callidissimo hoste cõgredi. ⁊ ideo indiget semꝑ ⁊ vbiqꝫ cõsilij dono. qđ ratiõe aĩm implet: ⁊ precipitiũ inopinatũ ꝓhibet. Prouer. xxiiij. Erit salus vbi multa cõsilia. Large accipiẽdo consilium / Consiliũ est aliqđ faciendi vel nõ faciendi ratio vere examinata vel excogitata. Rationẽ intellige. i. opus ratiõis: respõsionẽ scꝫ rationabilẽ / certificantẽ eũ q petit consiliũ. Stricto modo Cõsiliũ est diuina volũtas pfecta: ad quã ꝓpter sui arduitatẽ nullus ex imperio obligaẽ. xiiij. q. j. q̃sq̃s ⁊. c. qđ precipiẽ. q ꝯsilia sapiẽtia dei patris fili⁹ cõsiliarius de celo attulit. Esa. ix. que sunt Abrenuntiatio / Castitas / Obediẽtia / Patiẽtia / Humilitas. de q̃bus in prima ⁊ secunda parte plene scripsi. ¶ Circa hoc donũ quinqꝫ sunt cõmendabilia. Primũ / grã cõsiliũ reqrendi ⁊ non ꝓprio sensui innitendi. To. iiij. Consiliũ semꝑ a sapiente reqre. ex de cõstitu. ne innitaris. De bonis cõsiliarijs. xxiiij. dis. qñ. j. q. j. estote. De malis. lxxxvj. di. tanta. Secundũ / consiliariũ eligẽdi. Eccli. xxxvij. A malo cõsiliario serua animã tuam. Tertiũ / gratia consiliũ dandi. j. Macha. ij. Ecce Simon frater vester scio ꝙ vir est cõsilij. Quartũ / consiliũ examinandi. qđ nõ fecit Eua nec Adã q malo cõsilio diaboli crediderũt. Gen. iij. Dicit sapiẽs ecclesiastic⁹. Eccli. vj. Cõsiliari⁹ sit tibi vn⁹ de mille. Quintũ / cõsilio acqescẽdi. qđ superbi nõ faciunt et corrupti: sibi nõ alijs credentes. ex de cõstitu ne initaris. de hoc etiã in pma parte tractaui isti⁹ operis. De cõsilio fm iura legiẽ ⁊ no. ex de re. iur. nullus ex cõsilio. li. vj. de sen. ex nuper. glos. ij. de homi. sicut dignũ §. illi etiã. in glos. de persuasu. ⁊ in glos. nota ꝙ homicidiũ ⁊. l. dist. siquis viduam. glos. et ita. j. q. iiij. presulatus. ⁊ ex de vo. ⁊ vo. re. ex multa. §. ij. glos. idem dicit.

Cõsiliũ qđ sit.

¶ Artitulus. lxxxix. A

Restat dicere de do-

nis intellect⁹ ⁊ sapiẽtie ptinẽtib⁹ ad contemplationẽ. Cõtemplatio aũt fm Greg. est charitatẽ dei ⁊ ꝓximi tota mẽte. de peni. di. ij. charitas. ij. retinere: ab exteriorũ actione qescere: soli⁹ cõditoris desiderio inherere. de peni. di. ij. charitas. ff. vt nihil iã agere libeat: sed calcatis curis oĩbus / ad videndũ faciem sui cõditoris anim⁹ iardescat: ita vt iã nouerit carnis corruptibilis põdus cũ merore portare: ⁊ totis desiderijs appetere illis hymnidicis angelorũ choris interesse: celestibus ciuib⁹ admisceri: de eterna i cõspectu dei icorruptione gaudere. ¶ B Donũ intellect⁹ est grã intelligẽdi sublimes significationes signorũ naturaliũ ⁊ positiuorum. Signa naturalia sunt oẽs creature: q oẽs loquunẽ nobis ad Ro. j. ibi. Inuisibilia ⁊c. dei laudẽ ⁊ nostrã eruditionẽ. Hoc donũ petebat. ps. cxviij. quũ dicebat / Da mihi intellectũ: ⁊ scrutabor legẽ tuã. Et iterũ. Da mihi intellectũ ⁊ viuam. Et iterꝫ ps. cx. Intellectus bon⁹ oĩb⁹ faciẽtib⁹ cũ ⁊c. Hoc donũ dedit christ⁹ discipulis. Luc. vlt. ibi. Tũc aperuit illis sensum: vt intellgerẽt scripturas. Ad hoc donũ ptinet aperire parabolas euangelicas: et reserare mystica eloqa scriptura⁊. Hoc donũ excludit hebetudinẽ ab intellectu. Anim⁹ hebes est: ⁊ reb⁹ heret a foris: nõ ingrediẽs ꝑ se ad significata earũ. quã hebetudinẽ donũ intellect⁹ expellit. Uñ dicit intellect⁹ interna lectio. Sapiẽ. j. Spũs discipline effugiet fictũ: ⁊ auferet se a cogitationib⁹ q̃ sunt sine intellectu. i. a cordib⁹ carnalib⁹ visibilia ⁊ caduca solũmodo cogitantibus. Bern. Intelligere est intus legere id est interiora ⁊ spũalia cogitare. j. ad Corin. ij. Animalis hõ non percipit q sunt spũs dei. Hoc dono caruerũt philosophi. ⁊ iõ visibilia hui⁹ mundi nõ acceperũt vt signa: sed quasi naturaliter. cõtra q̃s Paul⁹ ad Rom. j. Inuisibilia enĩ ipsi⁹ a creatura mũdi per ea q facta sunt intellecta cõspiciunẽ. Similes fuerunt illi philosophi pueris ⁊ rudib⁹ q morant in calicib⁹ pulchris vel ecclesijs exaratiões pulchras exteri⁹ aspiciẽtes: sed nõ curant inuestigare interi⁹ latẽtes significationes. vñ arguunẽ Sap. xiij. in prin. ibi. Et de ijs q̃videnẽ bona / non potuerũt intelligere eũ qui est: neqꝫ operib⁹ attẽdẽtes agnouerũt q̃s eẽt artifex. et. j. A magnitudine enĩ speciei ⁊ creature cognoscibiliter poterit hoꝝ creator videri. et. j. Si enĩ tm̃ potuissent scire vt possent estimare seculũ: quõ hui⁹ dñm nõ facili⁹ inenerũt. vñ ⁊ iterũ dicit eis Ro. j. Dicẽtes se esse sapiẽtes stulti facti sunt. Aristoteles interrogat⁹ a q tot ⁊ tanta didicisset. rñdit. A reb⁹ q mẽtiri nõ norũt. Aug. Quocũqꝫ te verteris vestigijs q̃busdã q suis operib⁹ impssit / loquiẽ tibi: ⁊ te in exteriora relabentẽ ipsis exteriorũ formis intus reuocat. Itẽ idẽ. Ue ijs q ꝓpter nut⁹ tuos dimittũt te: ignorantes qđ innuãt. Ad donũ ergo intellect⁹ ptinet ea q nobis creature naturaliter significãt / aperire. q significatio est maxime similitudinis. ⁊ fm hoc creature sunt q̃si libri naturales. Signa positiua sunt sacramẽta / forme ecclesiastice / ornat⁹ ministrorũ / habit⁹ religiosoꝝ / ordinatio plenariũ ecclesiasticarũ q sunt nob q̃si libri ficticij: i qb⁹ ꝑ donũ intellectus legim⁹ ⁊ accipim⁹ q ad nrãm salutẽ ptinẽt. Ad hec de con. di. j. c. j. et dis. ij. sacrificiũ. ⁊. c. signũ. j. q. j. q̃cq̃d. ex de sacra vnc. c. vnico. Dicit etiã donũ intellect⁹ lumẽ quo inuisibilia cognoscunẽ. Unde Aug. Sext⁹ gradus est intellect⁹ vbi ab omni falsitate carnalis vanitatis corda mũdãtur: vt pura intẽtione dirigant in finẽ. Bern. in li. de cõsideratione distinguens inter intellectũ fidẽ et opinionẽ / ponit eoꝝ descriptiões sic: Fides est volũtaria q̃dã ⁊ certa prelibatio necdum ꝓpalate veritatis. Intellect⁹ est rei cuiusuis inuisibilis certa et manifesta notitia. Opinio est q̃si ꝓ vero habere aliqđ qđ falsum eẽ nescias. In eodẽ. Intellectus rationi innitiẽ. fides authoritati. Opinio sola veri similitudine seruaẽ. Cui concordat Augu. in li. de vtilitate credendi dicens. Q credim⁹ debemus authoritati. ꝙ intelligim⁹ rationi. ꝙ erram⁹ opinioni. Ad hoc donũ ptinet cordis munditia. iuxta illud Mat. v. Beati mũdo corde.

Intellect⁹ donũ

¶ Articulus. xc. A

Ultimo sequiẽ de do-

no sapientie. Sapiẽtia qñqꝫ large sumiẽ ꝑ sapida sciẽtia. Et fm hoc sapiẽtia dicitur quasi sapore virtutũ condita sciẽtia. Sapidã sciẽtiam habet cui res quas cognoscit prout debent sapiunt q̃ñ scꝫ mala culpe. vide. xxij. q. j. ita ergo. Mat. vj. ibi. Sed libera nos a malo. Sunt ei amara bona tẽporalia ⁊ vilia bona spũalia chara. Bern. Inuenisti plane sapientiam: si prioris vite peccata defleas: si hui⁹ seculi desiderabilia ꝑuipendas: si eternã beatitudinẽ toto desiderio ꝯcupiscas. Inuenisti plane sapientiã si singula hoꝝ tibi sapiũt ꝓut sunt. Stricte sumiẽ sapiẽtia pro cognitione eternoꝝ cum gustu. vñ Aug. in li. de tri. Hec est (inq̃t) sapiẽtie et sciẽtie recta distinctio: vt ad sapientiã ptineat eternarũ rerũ cognitio intellectualis: ad sciẽtiã ptineat rerũ inferiorũ cognitio rationalis. Et fm hoc sapiẽtia nõ est diuersa a dono itellect⁹ / large loquẽdo. Sumẽdo stricti⁹ accipiẽ sapientia ꝓ cognitiõe suauitatꝭ diuĩe habita ꝑ experiẽtiã. ⁊ sic diuersa est a dono itellect⁹. Differt etiã i hoc sapiẽtia a dono intellectus. scꝫ quia sapiẽtia veritati tm̃ contẽplande intendit. Intellectus vero nõ modo de eternis est: sed etiãꝫ de rebus visibilib⁹ ⁊ spũalibus tẽporaliter exortis. Intellectu intelligibilia tm̃ capimus. vt angelos / ṽtutes / animas. Sapientia vero nõ modo supiora capim⁹: sed etiãꝫ incognitis delectamur. Cognitio que habeẽ per donum intellectus est q̃si per visum. Cognitio ṽo que habeẽ per donũ sapientie est quasi per gustũ. ps. xxxiij. Gustate ⁊ videte qm̃ suauis est dñs. Donũ sapiẽtie tranquillat mentẽ ⁊ reficit per paceꝫ quã efficit. glos. sup Matth. v. In septimo gradu est sapientia. i. cõtemplatio veritatis pacificãs totum hoiem. Grego. Ab intellectu ascẽditur ad sapiẽtiã vt hoc qđ acute intellectus inuenit: sapientia mature disponat. August. Cum ad sapientiã in finem peruentũ fuerit iam requiesciẽ: propter hoc septimo loco ponitur sicut beati pacifici Matth. v. Greg. Illa sapiẽtia clara est que non verbis volat: sed que ṽtutibus cõstat. Bern. Hec est vera sapientia: si obedientia mortificat propriã voluntatem: si cõtinentia amputat voluptatẽ: si patientia modestiam corporalẽ: si paupertas mundialẽ sustinet egestatẽ. Nam sapiẽtia dei humiliat: nõ extollit. Ille vero sapit: cuius animus in christo est: cuius interior oculus erigiẽ ad superna. Augu. Nõ inuenit locũ sapientia vbi non est patientia. De ista sapiẽtia vera q est donum: Jaco. iij. in fine. Que autem desursum est sapientia: primum quidem pudica est: deinde pacifica: modesta: suasibilis: bonis cõsentiẽs: plena mĩa ⁊ fructib⁹ bonis: iudicãs sine simulatione.

Sapientia.

¶ Articulus. xcj. A

Nunc dicẽdũ est de

vita contẽplatiua quam sapientia expetitur. Et primo de preeminentia vite cõtemplatiue ad actiuã. Sunt aũt duodecim in q̃bus preeminet contemplatiua. Primũ quia intẽdit meliori scꝫ deo: quum actiua intẽdit primo. Contẽplatiua dicit. ps. lxxij. Mihi aũt adherere deo bonum est. Lucc. x. Porro vnuꝫ est necessarium. glos. Bede. Deo scilꝫ iugiter adherere. Item ibi. Reliquit me solam ministrare. Augu. Erat enĩ intenta Maria dulcedini ṽbi dñi. intenta erat Martha quõ pasceret dñm. intenta Maria quomodo pascereẽ a dño. A Martha conuiuiũ dño parabatur: in cuius cõuiuio iam Maria iocũdabaẽ. Quũ ergo Maria suauiter audiret verbum dulcissimũ: et corde intentissimo pascereẽ: interpellato dño a sorore sua / quõ putamus eam timuisse ne diceret ei dñs / Surge: ⁊ adiuua sororẽ tuã? Mira enĩ suauitate tenebatur. q: profecto maior est refectio mentis ꝙ ventris. Act. vj. Non est equũ nos derelinquere ṽbum dei: ⁊ ministrare mẽsis. ibi glos. Quia meliora sunt fercula mẽtis ꝙ corporis. Item Aug. Preponiẽ aũt vnũ multis. nõ enĩ a multis vnũ: sed multa ab vno. xxiij. q. ſ. c. ſ. Unũ sunt pater ⁊ filius ⁊ spũs. Ad hoc vnũ non nos ꝑducit: nisi multi habeam⁹ cor vnũ. xij. q. j. c. ij. ⁊. c. scimus. Et ibi Theophilus. Usqꝫ enĩ adeo honoraẽ. xxxv. dist. sexo die. ⁊. xlij. disti. c. ij. hospitalitas: donec ad necessaria nos attrahit. Quũ ṽo incipit ab vtiliorib⁹ impedire: manifestũ est ꝙ honorabilior est diuinoꝝ auditus. Itẽ ibi super illud. Maria optimã partẽ elegit q non auferẽ ab ea. Augu. Non tu malã: sed illa melior ẽ. vñ melior ẽ? q: non auferẽ ab ea. a te auferetur aliqñ on⁹ necessitatis. Nõ enĩ quũ veneris ad illã patriã: inuenies peregrinũ quẽ suscipias hospitio. Mat. xxv. sed bono tuo auferẽ. vt qđ meli⁹ est detur. Tu nauigas. illa in portu est. Eterna enĩ est dulcedo veritatis. In hac tm̃ vita augeẽ. in illa pficieẽ. nunqꝫ auferẽ. Itẽ Amb. Agat erga te sicut Mariã desideriũ sapiẽtie. hoc enĩ maius hoc pfectius opus. Nec ministerij cura cognitionem verbi celestis auertat. nec arguas eos ⁊ otiosos iudices quos vides sapiẽtie studere. Itẽ Greg. vj. moraliũ. Per Mariã que ṽba dñi residẽs audiebat: contẽplatiua vita describitur. per Marthã exterioribus obsequijs occupatã / actiua vita signaẽ. sed Marthe cura nõ rephenditur: Marie ṽo laudaẽ. q: magna sunt actiue vite merita: sed cõtẽplatiue potiora. vñ nec auferri vnqꝫ Marie pars d:. q: actiue vite opa cũ corpore trãseunt. cõtẽplatiue autem gaudia meli⁹ ex fine ꝯualescũt. de hac ps. xxvj. Unã petij a dño ⁊c. De vtraqꝫ ex de renũ. nisi. §. ne putes. de regula licet. §. illa. xxxvj. dis. siq̃s. xix. q. ij. due. viij. q. j. qui episcopatum. ⁊c. Isidorus in lib. differẽtiarũ. Inter actiuã et cõtẽplatiuã hec distãtia est. Actiua vita in opib⁹ iustitie ⁊ ꝓximi vtilitate ṽsatur. Contẽplatiua aũt ab omni negotio vacãs in sola dei dilectiõe defigiẽ. Una in ope cõuersationis: altera in cõtemplatione immutabilis veritatis. viij. q. j. qui epatum. Itẽ in libro de summo bono. Actiua vita mũdanis rebus bñ vtitur. Cõtẽplatiua vero mũdo renũtians soli deo viuere delectaẽ. Differentiã lati⁹ descriptaꝫ per Aug. sup Joã. xxj. in homi. dixit dñs. Petro. inter actiuã et cõtẽplatiuã vitã require in legẽda beati Jo. euãge. et inter alia ibi dicit. Una flagellaẽ malis: ne extollaẽ in bonis. Altera tãta plenitudine grẽ caret oĩ malo: vt sine vlla tentatione supbie cohereat summo bono. Una inter mala ⁊ bona discernit. Altera q bona sunt / cernit. Una ergo bona est: sed adhuc misera. Altera melior ⁊ beata. Et illa significata est per apl̃m Petrũ. Ista per Joannẽ. Et ꝙ vita cõtemplatiua figureẽ per Joannẽ euangelistã tãgit glos. sup illud Jo. vlti. Conuersus Petrus vidit discipulum quẽ diligebat iesus. et sequiẽ in glos. Hanc plene christus diligit ⁊ seruat in eternũ. et loquiẽ de vita contẽplatiua. Utraqꝫ etiã hec vita per duos ꝓphas figuratur fm Greg. per Esaiã actiua. ꝑ Hieremiam contẽplatiua. viij. q. j. in scripturis. De vtraqꝫ etiã legiẽ. e. q. c. qui epatũ. Item Greg. sup Ezech. ait. Uita cõtẽplatiua maior est ꝙ actiua. q: actiua in vsu ꝑsentis operis laborat. Contẽplatiua vero sapore intimo venturã iam requiẽ degustat. ar. ad hoc. j. q. ij. siq̃s neqꝫ. ¶ Secundũ / q: clarius videt. vñ d: de Lia. q signat actiuã. vt ex de renũ. nisi. §. ne putes. ꝙ erat lippis oculis. Gen. xxix. Greg. Mens que cõtẽplando otia appetit / plus videt: sed minus generat. facit pre. c. qui epatũ. ¶ Tertiũ / mũditia siue pulchritudo. xxx. q. v. femine. Uñ de Rachele significãte contẽplatiuã. vt pre. §. ne putes. d: Gen. xxix. ꝙ erat venusto aspectu. ¶ Quartũ / securitas. Prouer. ix. Frustra iaciẽ rete añ oculos pennatoꝝ. glos. Facile euadit laqueos in terris: q hꝫ oc̃los in celis. Prouer. iij. Oẽs semite illi⁹ pacifice. expressum pre. §. ne putes. ibi. Magis secura. ¶ Quintũ / quies. Luc. x. dicitur Maria sedere ad pedes dñi. Martha satagebat cir. fre. mi. vbi glos. Maria sedet. q: cõtẽplatiua pacatꝭ vitiorũ tumultib⁹ optata iam in christo mẽtis quiete fruiẽ. Martha stat. quia actiua laborioso desudat certamine. Cant. ij. Sub vmbra illi⁹ quẽ desiderabã sedi ⁊c. Sedi inquam per quietem contemplationis. Thren. iij. Sedebit solitarius: ⁊ tacebit: et leuabit se supra se. In vmbra significatur refrigerium diuine ꝓtectionis ꝯ estum tentationis ⁊ tribulationis. ps. xvj. Sub vmbra alarũ tuaꝝ. glos. Alarum mĩe et charitatis. Nota ꝙ dicit / quẽ desiderabã. ps. xlj. Queadmodũ desiderat ceru⁹ ad fontes aquaꝝ ⁊c. Ceruus vexatus a venatorib⁹ lassatur: ⁊ estuaẽ: et fonteꝫ desiderat. sic aĩa fidelis a venatorib⁹ infernalib⁹. i. demonijs ⁊ prauis hoĩb⁹ agitata / fontẽ christũ desiderat. fontẽ vtiqꝫ de quo ps. xxxv. Apud te est fons vite. Nota etiãꝫ ꝙ sequitur ibi in Cãti. Fructus ei⁹ dulcis gutturi meo: vere dulcis ⁊ omni melle dulcior. Eccli. xxiiij. Spũs me⁹ super mel dulcis ⁊c. Augu. Dedit nobis dñs pignus spirit⁹ in quo sentimus eius dulcedinẽ: ⁊ desideram⁹ ipsum vite fontẽ. De hoc gustat hic cõtẽplatiu⁹: in q sitis hui⁹ mũdi extincta ẽ. Aug. Qui biberit de fluuio ꝑadisi cui⁹ vna gutta maior est oceano: restat vt i eo sitis hui⁹ mũdi extincta sit. ¶ Sextũ / iocunditas. Martha enĩ turbaẽ. Luc. x. sed Maria iocũdaẽ. vt ait Aug. ⁊ Gregꝭ. Hec i vsu ꝑntꝭ opis laborat. Illa ṽo sapore intimo vẽturã iã requiẽ degustat.

vite actiue pstat contemplatiua.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Septimū/permanentia.nam actiua et eius vsus cum
corpore ⁊ tēpore deficit.cōtēplatiua hic incipit ⁊ in gloria
perficit.vt dicit glos.sup illud Luce.x. Maria optimam
partē elegit ⁊c. ¶ Octauū/deuotio. vn̄ de Maria legit
ꝙ vnxit christū. Matth.xxvi.Luc.vij. Joā.xij. ¶ Nonū/
familiaritas qd̄ significatū est in Joā.euangelista. vnde
glos.sup illud Jo.vlti. Uidit em̄ discipulū quē diligebat
iesus.Hūc christꝰ plene diligit ⁊ seruat in eternū. ¶ Deci
mum/q: preciosior hec:q: rarior.xciij.dis.legimꝰ.ibi.Om
ne rarum.ij.q.vij.in sancta.ꝑciosum. Jsidorus. Actiua cō
munis multorū est:contēplatiua vero paucorū.Un̄ arca in
cubito fuit consummata:licet lata esset inferius. Gen̄.vj.
¶ Undecimū/q: celesti vite similior. Augu.in lib.xxij. de
ciui.dei. Jbi vacabimus ⁊ videbimus ⁊ amabimus.ama
bimus ⁊ laudabimꝰ.ps̄.xlv.Uacate ⁊ videte qm̄ ego sum
deus.¶ Duodecimum/q: est finis actiue. quia de actiua
trāsitur ad contēplatiuā.⁊ finis melior est.Greg.Qui ad
arcem contēplatiōis ascēdere desiderat:prius necesse est
vt in cāpo actionis se exerceat.precedit em̄ actio :sicut spi
na granum ⁊ sicut limus aiam inspiratā.ſm Jsaac de vi
ta contēplatiua. Jtem cōtēplatiua figuratur per Enoch.
de quo Gen̄.v.ibi.Ambulauit cū deo:⁊ non apparuit: q:
tulit eum deus.Actiua per Noe fabricantē arcam ⁊ plan
tantē vineā.Gen̄.vj.⁊.ix. Jtem contēplatiua ꝑ Moysen
loquentem cum dn̄o.Actiua per Aaron loquentē ad po
pulū.Exo.iiij.xxxvj.dist.c.si.Jtem cōtēplatiua per Jacob
manentē in tabernaculis.actiua per Esau venatorē.Ge
nes.xxv.lxxxvj.distin.esau.

¶ B

Spēs cō-templationis quatuor.

Nunc videndum circa que debeat versari cō
templatio. Bern̄. in lib. de consideratione
ponit.iiij.species contēplationis circa ea q̄
dei sunt.Et est expositio illius ꝟbi apostoli
Ephes.iij.Jn charitate radicati ⁊ fundati:
vt possitis cōprehendere cum oibus sanctis que sit latitu
do ⁊ longitudo et sublimitas et ꝓfundū. ¶ Prima cir
ca maiestatis admirationē.Hec requirit cor a vitijs pur
gatum ⁊ liberū:et a terrena sarcina exoneratū.vt facile
ad superna se leuet:et per aliquas interdū morulas stu
pore et extasi admiratione ibi se teneat.Hec comprehen
dere nititur quātū est possibile diuinā sublimitatē.¶ Se
cunda circa diuinorū iudiciorū varietatē et ordinationem
qd̄ vehementer concutit intuentis animū.Hec fugat vi
tia.fundat virtutes.initiat ad sapientiam.seruat humili
tatem:q̄ est virtutū fundamentū stabile.sine qua ꝟtutū
congregatio nihil nisi ruina est. hec nititur cōprehēdere
profundum.¶ Tertia circa largitatem diuinorū bn̄ficio
rū.quorum consideratio est mirabilis via ad intuendum
dei bonitatem.et que multū eiꝰ amorē accendit.Hec niti
tur cōprehendere que sit latitudo charitatis. Horū obli
uio ingratum:recordatio gratum cōprobat. ¶ Quarta
circa expectationē promissorū:q̄ quū sit consideratio eter
nitatis:longanimitatē alit:et perseuerātie dat vigorem.
Hec nititur cōprehendere que sit longitudo: ꝓpter eter
nitatem.latitudo:propter charitatē.sublimitas: propter
maiestatem.ꝓfunditas:propter sapientiā.Jstā nō dispu
tatio sed sanctitas cōprehēdit.Sanctū facit affectio san
cta:que in timore et amore est. quibus affecta anima q̄si
duobus brachijs cōprehendit/amplectit/stringit/ timet.
Quid tam timendū q̄ potestas cui resistere non potes?
q̄ sapientia cui abscondi non potes? Quid tam amabile
q̄ amor ipse quo amaris? Stupēda plane sublimitas ma
iestatis.pauenda abyssus iudiciorū. Feruorem exigit cha
ritas:eternitas perseuerantiā sustinendi. ¶ Et nota ꝙ
Bern̄.distinguit inter contēplationē et cōsiderationē di
cens.Considerationē nō id per oia qd̄ cōtēplationē intel Cōsideratio.
ligi volo.q: contēplatio ad rerū certitudinē: cōsideratio
ad inq̄sitionē magis se hꝫ.Et ſm hunc sensum pōt contē
platio definiri sic.Cōtēplatio est verꝰ certusq; intuitꝰ ani
mi de quacūq; re:siue appꝛhensio veri nō dubia.Conside
ratio est intenta ad inuestigandum cogitatio; vel inten
tio non inuestigantis verum.sed frequenter vnum poni
tur pro alio.Jdem. Quatuor consideranda reor.que in
te:q̄ sub te:que circa te:q̄ supra te sunt.A te tua cōsidera
tio inchoet:ne frustra extēdaris i alia te neglecto.¶ C
Considerationis spēs ſm Bern̄.tres sunt. Prima dicit Cōsiderationis species.
dispēsatiua:sensibus sensibilibusq; rebꝰ ordinate vtens
ad ꝓmerendū deū.Que fit quidē quū quis sensuū vsus
velut quasdā opes solo pietatis intuitu expēdere satagit
in suā multorūq; salutem. Scd̄a existimatiua : prudēter
ac diligenter queq; scrutans:⁊ inuestigando ponderās.
Quod fit quū q̄s ex visibilibꝰ inuisibilia occulta rimat.
et hec perfectior est prima.dulcior ⁊ felicior.sed p̄ma for
tior et vtilior. Tertia speculatiua se in se colligēs: ⁊ quā
tum diuinitus adiuuat rebus hūanis se eximens ad con
tēplandū deū.Quod fit quū spreto ip̄o rerū ⁊ sensuū vsu
quantum humane fragilitati fas est : ad sublimia se at
tollere ꝯsueuit.Hec perfectissimorū est. Qd̄ prima optat:
scd̄a odorat.tertia degustat.ad quē tn̄ iustū perducunt ⁊
cetere:etsi tardius:prima tn̄ laboriosius:scd̄a quietiꝰ pue
nit.¶ D Jtē ſm Bern̄.Octo sunt gradus q̄bꝰ ad cō Cōtēplatiōis gradus.
tēplationē ascendit. Primus/perfecta obedientia deo et
homini.Secūdus/corpus in seruitutem redigere.vt desi
piat caro.Tertiꝰ est/vsum boni per discretionē in consue
tudinē vertere. Quartꝰ est/attēte intelligere q̄ in doctri
na fidei apponūtur.Quintus/mundā aiam conseruare.
Sextꝰ/transire de iudicio rōnis in affectū mētis. Septi
mus/reuelata facie dei gloriā speculari.Octauꝰ/trāsfor
mari a claritate in claritatē.ij.Cor.iij.¶ E Talis fuit
Paulus raptꝰ in tertiū celū.ij.ad Cor.xij.vbi glos.distin
guit tres spēs visionū.est em̄ corpalis/imaginaria/etin
tellectualis.Corpalis/quū quedā dei munere corpalr vi
dentur ab aliquo:que alij videre nequeūt.vt Balthasar
manū.Dan̄.v. Jmaginaria/quum aliq̄s somno vel extasi
videt nō corpora sed imagines corporū.et hoc dei reuela
tione.vt Petrꝰ discū. Actuū.x. Jntellectualis qua nō cor
pora nec imagines vident:sed in substantijs incorporeis
mētis intuitꝰ intra dei pomeria figitur.¶ F Et talis
fuit Pauli visio.vn̄ Aug.sentit ꝙ Paulus viderit deū fa
cie ad faciē.dicit enim.Cur nō credamꝰ ꝙ tanto ap̄lo vo
luit deꝰ demōstrare vitā in qua post hanc videndus est in Deū nemo vidit vnq̄ ⁊c.
eternū? nec est ꝯ illud Exod.xxxiij.⁊ Joan.j.Deum nemo
vidit vnq̄ nisi vnigenitꝰ ⁊c. Non videbit me homo ⁊ vi
uet.q: loquitur de hoie humano modo viuente.vn̄ Aug.
in lib.de trinitate.Uideri diuinitas hūano visu nullo mo
do pōt.sed eo visu videt:quo qui vident/nō iam homies
sed vltra hoies sunt. Et Greg. in glos.super illud Exod.
pre. Nō videbit me homo et viuet. Jn hac carne viuenti
bus contemplationis acumine potest eterna claritas vi
deri.sed qui sapientiam que deus est/videt:huic vite fun
ditus moritur:ne eius amore teneatur.Et nota ꝙ q̄ vere
raptus est:sensu non vtitur.

¶ G

De preparatorijs ad cōtemplandū aliquid
est videndum. ⁊ sunt duodecim ſm Bern̄.
¶ Primū/exercitatio in operibus actiue.
q: de actiua nascit contēplatiua. non em̄ q̄ Ad cōtēplatiōem conducentia.
cito peccator deo recōciliatur:dignus est vi
dere faciē pr̄is.qd̄ fuit in Absalon figuratū.ij.Reg.xiiij.
¶ Secūdum/cordis puritas. Bernard. Hoc ineffabile
quum non nisi ineffabiliter videatur/qui vult videre:cor
mundet.quia nulla ratione nisi cordi mundo. Matth.v.
⁊ humiliter amanti videri potest vel apprehendi.Augu.
in libro solilo.Quum fueris talis vt nihil prorsus terre
norum te delectet:mihi crede eodem momēto.eodē pun
cto poteris obtinere quod cupis.Frater Egidius. Puri
tas deum videt.deuotio ipsum manducat.Unde Aaron
non intrauit in sancta sanctorum:nisi prius.Leuitic.viij.
Exod.xx.⁊ vltimo.lotus.¶ Tertium est solitudo. Osee
ij.cap̄.Ducam eam in solitudinem : ⁊ loquar ad cor eius.
Et in monte viderunt discipuli iesum transfiguratum.
Matth. xvij. Marci. ix. et Luce.ix.cap̄.vbi Remigius.

Jn quo docet q: necesse est hominibus qui deum cōtem
plari desiderant: vt non in infimis voluptatibus iaceāt:
sed amore supernorū semper ad celestia erigātur. Bern̄.
O aīa/sola esto:vt illi te solā serues quē solū ex oibus ele
gisti.Dei em̄ filius verecūdus amator est.⁊ nō vult spōse
sue secreta in publicū reuelare.Unde Jacob solus rema
nēs cū angelo luctatus est.Gen̄.xxxij.Lucta est oratio et
contēplatio.vn̄ Esa.xlix.dicit glos.ꝙ Jacob pugnauit cū
angelo:nō manibus/sed precibus.Bern̄.Aiam quā vide
ris relictis oibus soli ꝟbo votis oibus adherere: ꝟbo vi
uere:verbo se regere: a corporalibꝰ sensibꝰ studiose secede
re:vt sese non sentiat dū sentit verbū : atq; ineffabili ille
cta verbi dulcedine quodāmodo se sibi furatur:immo ra
pitur atq; labit a seipsa:vt ꝟbo fruat : hāc esse spōsam nō
dubites summi spōsi.¶ Quartū est desolatio.Deuteron̄.
viij.Affligit te penuria:et dedit tibi cibum māna . Māna
est dulcedo cōtēplationis:que datur aīe post tristitiā pre
sentis desolationis.Hoc notat Esa.liiij. Paupercula tem
pestate cōuulsa ⁊ absq; vlla cōsolatiōe. ecce ego sternam
per ordinē lapides tuos. Jacob cōtristatꝰ timore fratris
ab angelo meruit consolari.vnde dicit. Uidi dn̄m facie
ad faciē ⁊c.Gen̄.xxxij.vbi Grego.Exeunte prius tristitia
caligo detergit.⁊ sic resplendente raptim incircūscripto
lumine mens illustrat:⁊ in gaudio quedā securitas ab
sorbet.¶ Quintū est silentiū . Thre.iij.Bonū est cū silen
tio prestolari salutare dei.⁊ ibi.Sedebit solitarius ⁊ tace
bit.xvj.q.j.perlatū.ij.Un̄ Maria tacet. Luc.x.ꝟbū em̄/in
eternū/qd̄ audire ad contemplationē pertinet:in magno
silentio vult audiri.ps̄.lxxxiiij. Audiā q̄d loquatur in me
dn̄s deus.¶ Sextū est gratiarū actio et vox laudis. ps̄.
xlix.Sacrificiū laudis honorificabit me : et illic iter quo
ostendam illi salutare dei.i.christum.Alia tangunt Gen̄.
xviij.vbi d:.Apparuit deꝰ Abraā in cōualle mābre.quorū
primū est humilitas.glos.interli.Apparet deꝰ humilibꝰ.⁊
ſm Greg.aque ad valles descendunt.i. grā ad humiles.
Mābre interpretat claritudo vel perspicuitas.⁊ signat
duplicē humilitatē:mentis/⁊ corporis;qua deꝰ clarius vi
detur.Bern̄.Magna fratres magna ⁊ sublimis virtꝰ hu
militas.que promeretur qd̄ non docet.digna adipisci qd̄
nō valet addisci.Supbo oculo deꝰ nō videt sincere. Jdē.
Quisquis curiosus est scire q̄d sit hoc verbo fari:para illi
non aurē/sed mentem.non em̄ docet hoc lingua sed grā.
¶ Scd̄m mentis quies.qd̄ tangit ibi.Sederi.Thren̄.iij.
Sedebit solitariꝰ ⁊c.Et Jacob dormiēs in itinere vidit
scalam.vbi Greg. Jn itinere dormire/est in via huiꝰ secu
li ab impedimento seculariū actionū quiescere. De hoc
somno Can̄.v.Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Et de hoc
somno cōtēplationis ſm Ber. intelligit illud Gen̄.ij.ibi.
Jmmisit ergo dn̄s soporē in Adā.quūq; obdormisset ⁊c.
de peni.dis.ij.§.Romanos.¶ Tertiū/desideriū egredie
di de corpore.qd̄ no.ibi. Jn ostio tabernaculi. Ostium ta
bernaculi est exitꝰ de corpe.ij.Pet.c.j.ibi. Uelox est depo
sitio tabernaculi mei. Jn ostio tabernaculi sedent: q̄ mor
tem hn̄t in desiderio:⁊ vitā in patiētia. Phil.j.Cupio dis
solui ⁊ esse cū christo.¶ Quartum/feruor charitatis.qd̄
tangit ibi. Jn feruore diei. vn̄ Aarō cū igne et thymiami
te intrat in sancta sanctorū.Leuit.xvj.Amor em̄ ſm Diony
sium trāsformat amantē in amatum.vt dicat. Uulnerasti
cor meū soror mea.Can̄. iiij. ¶ Quintū/cordis eleuatio
et de supnis meditatio.qd̄ tangit ibi. Quū eleuasset ocu
los suos.Sapien.viij.Cogitare de illa sensus est consum
matus. ¶ Sextum/oratio quod tangitur ibi. Ne trans
eas seruum tuum.vnde Luce.iij. Jesu orante apertū est
celū.Bern̄.Quum foris missa fuerit omnis immūditia:
et adfuerit secularī cure abscissio:carnis afflictio / cordis
contritio/frequens et pura delicti confessio/⁊ lauacrum
fletus:tunc sursum attollunt os essentie dei admirabilis
meditatio/caste veritatis inspectio/oratio munda ⁊ vali
da/iubilus laudis/⁊ desideriū ardens in deum.

¶ Articulus.xcij.

Circa hoc notādū
est ꝙ Richardus de scō victore i lib. de
cōtemplatione distinguit inter ꝯtempla
tionē/meditationē/et cogitationē.Con Contēplatio.
templatio ſm eum est libera mētis per
spicacia in sapientie speculo cum admiratione suspensa.
Uel sic.Contēplatio est perspicax ⁊ liber animi intuitꝰ in
res perspiciēdas vsq;quaq; diffusus. Meditatio est stu Meditatio.
diosa mentis intentio circa aliq̄d inuestigandū diligēter
insistēs. Uel sic. Meditatio est prouidus animi obtutus
in veritatis inquisitione vehemēter occupatus. Cogita Cogitatio.
tio est improuidus animi respectꝰ ad euagationē pronꝰ.
Et q̄uis contēplatio ⁊ speculatio pro inuicem soleāt po
ni:aptius tn̄ speculationē dicimus qn̄ per speculū cerni
mus.Contemplationē vero qn̄ veritatē sine aliquo inuo
lucro sine vmbrarū velamine in sua puritate videmus.et
sic hoc nomē contēplatio stricte accipit. Joā.Cassi. in lib.
coll.in prima collatiōe Moysi que est de destinatiōe mo
nachi ⁊ fine sic ait.Contēplatio dei multifarie cōcipitur.
Nam deus non solū incōprehensibilis illius substātie sue
admiratione cognoscitur:qd̄ tn̄ adhuc in spe ꝓmissionis
abscōditū est:sed etiā creaturarū suarū magnitudine: vel
equitatis sue consideratione:vel quotidiane dispensatio
nis auxilio ꝓuidetur.qn̄ scꝫ que cū sanctis suis per singu
las generationes egerit:mente purissima perlustramus.
quū potentiam eius qua vniuersa gubernat / moderat
ac regit:cū immēsitate sciētie eius ⁊ oculū quem latere se
creta cordiū non pōt.xxvj.q.v.nec mirū.in fi.tremēti cor
de miramur.quū arenā maris vndarumq; numerū dimē
sum ei et cognitū cogitamus.quū pluuiarū guttas / quū
seculorū dies/quum preterita futura ve obstupescentes sciē
tie eiꝰ adsistere cōtēplamur.quū ineffabilē clementiā eiꝰ
miramur:qua innumera flagitia q̄ singulis q̄busq; mo
mentis sub ipsiꝰ cōmittunt aspectu/ indefessa longanimi
tate sustinet.quū vocationē qua nos nullis p̄cedentibus
meritis grā sue miserationis acciuit. j. Cor.xv.j. q.j. grā.
de ꝯse.dii.iiij.grā.quū deniq; qd̄ occasionē salutis tribuit
adoptādis/cum quodā admirationis intuemur excessu.
ꝙ ita nos nasci precepit vt ab ipsis incunabulis grā no
bis legisq; notitia sue traderet.ꝙ ipse aduersariū vincēs
Luc.xj.in nobis ꝓ solo bone volūtatis assensu eterna bea
titudine ac ꝑpetuis nos premijs remunerat. quū postre
mo dispēsationē incarnatiōs sue quam ꝓ nr̄a salute susce
pit:ac mirabilia ministrorū suorū in cūctis gētibꝰ dilatauit
fideli ⁊ deuoto speculamur intuitu.¶ Jdē in collatione
Paphuntij de tribꝰ abrenūtiationibus dicit sic.Tertia re
nuntiatio est qua mētē nostrā de p̄sentibꝰ vniuersis ac vi
sibilibus euocātes/futura tātūmodo contēplamur. Et.j.
Cuius renūtiatiōis tertie verā ꝑfectionē merebimur ob
tinere:qn̄ mens nr̄a nullo carnee pinguedinis hebetata
cōtagio/sed peritissimis elimatiōibus expolita ab oī affe
ctu ⁊ q̄litate terrena ꝑ indesinentē diuinarū rerū medita
tionē spūalesq; theorias ad illa q̄ inuisibilia sunt eousq;
trāsierit: vt circūdatā se fragilitate carnis ac situ corpis
supernis ⁊ incorporeis intēta nō sentiat.atq; in hmōi ra
piat excessus:vt nō solū nullas voces auditu recipiat cor
porali:nec intuēdis p̄tereuntiū imaginibꝰ occupet.sed ne
adiacētes q̄dē moles et ingētes materias obiectas oc̄lis
carnis aspiciat.Cuiꝰ rei fidem atq; ꝟtutē nemo nisi is ca
piet q̄ hec q̄ dicunt expiētia magistra pcepit. Cuiꝰ videlꝫ
ita dn̄s oc̄los cordis ex vniuersis p̄ntibus auocauerit:vt
ea nō tamq̄ trāsitura sed q̄si transacta iā reputet:⁊ velut
inanē fumū in nihilū resoluta cōspiciat:ābulās vt Enoch
Gen̄.v.cū deo ac de humana cōuersatiōe moribusq; trās
latus non inueniat in p̄ntis seculi vanitate.hucusq; Pa
phuntiꝰ.¶ Jtē in collatiōe Sereni.Ad mēsurā etatis ple
nitudinis christi.Eph.iiij.nemo pueniet aīs in futurū:nisi
q̄ imbutꝰ ea fuerit i p̄nti:eāq; adhuc in h̄ sc̄lo positꝰ pliba
uerit; christiq; mēbrū p̄ciosissimū designatiuū arrarū cō

Universidad de Deusto
Biblioteca

paginis illi⁹ per quā corpori mystico qd̄ est ecclesia. xxiii.
q.v.de liguribus.ad Coloss.i.i.Cor.xii.eius/valeat copu-
lari:in hac carne possederit.vnum dumtaxat desiderans:
vnū sitiens:ad vnū nō solum actus suos:verū etiā cogi-
tationes semper intendens.vt illud qd̄ in futurū dicitur
i.Cor.xv.de beata cōuersatione sanctorū iam subarratus
teneat in p̄senti.i.vt sit ei deus omnia in oibus. ¶ Item
in coll. Isaac prima de oratione. Oratio dn̄ica prouehit
domesticos suos ad illam igneaꝫ et perpaucis cognitam
vel expertam immo ineffabilem orationem/ que omnem
transcēdens humanū sensum nullo modo (dicā sono vo-
cis nec lingue motu nec vlla verborū pronuntiatione) di-
stinguitur:sed quā mens celestis illius infusiōe luminis
illustrata non humanis atq angustis designat eloquiis:
sed conglobatis sensibus velut de quodā fonte lucidissi-
mo ꝛ copiosissimo effudit vbertim. Huius orōnis formu-
lam dn̄s figurauit:quum in orationis agonia cōstitutus
etiā guttas sanguinis inimitabili profudit exēplo. Luce
xxii. Occasionē aūt huius orōnis ignite multa prebent.
Psalmi v̄siculus decātatus.xxi.dis.c.i.versi.lectores. Ca-
nora fraterne vocis modulatio. Instrumentorū vel orga-
norum pulsatio. Psallētis grauitas. Exhortatio viri per-
fecti.et collatio sp̄ualis. Interitus chari vel fratris. Re-
cordatio peccatorū.et ne glorie tenteris contemplatio ge-
hennalis. Item in eadē. Et vt orationis vere percipiatis
affectum:non meā vobis:sed beati Antonii sententiam
proferam.quem ita nonnunq̄ in oratione nouimus persti-
tisse:vt eodē in excessu mentis frequēter orante quum so-
lis ortus cepisset infundi:audierimus eū in feruore sp̄us
proclamantē/Quid me impedis sol:qui ad hoc iā oriris
vt me ab huius veri luminis abstrahas claritate? Cuius
etiā sentētia non hūana sed diuina hec est. Nō est (inq̄t)
perfecta oratio in qua se monachus:vel hoc ipsum quod
orat nō intelligit. Idem in.ii.collatione de orōne eiusdeꝫ
Isaac. Hic nunq̄ finis totius perfectionis est: vt eousq
extenuata mens ab omni situ carnali ad sp̄ualia sublime-
tur:donec ois eius conuersatio ois cordis volutatio vna
et iugis efficiatur oratio. ¶ Item in collatione Ioānis
abbatis cenobite ꝛ eremite /idem Ioannes ait/ Pio do-
mini nostri munere memini me in huiusmodi raptum ex-
cessum frequēter:vt obliuiscerer me sarcina corporee fra-
gilitatis indutū menteq meā ita oēs exteriores sensus
subito respuisse:ꝛ a cūctis materialib⁹ reb⁹ oib⁹ exulasse:
vt neq oculi neq aures mee proprio fungerētur officio.
Et ita diuinis meditationibus ac spiritualibus theoriis
meus anim⁹ replebat:vt sepe ad vesperā cibum me per-
cepisse nescirem:ꝛ sequenti die de hesterna absolutiōe ie-
iunii penit⁹ dubitarē. Item in collatione Theone de ana-
martherio. Vna ergo ꝛ sola est theoria. i. contēplatio dei
cui merito omnia virtutum studia postponūtur. multos
etenim sanctos q̄uis bonorum operum terrenis studiis
occupatos:tamen a contemplatiōe illius summi boni re-
trahunt ac retardant. Dixit frater Egidius laicus socius
beati Francisci maximus cōtemplatiuus q gradus con-
templationis sunt:ignis/vnctio/extasis/gustus/contem-
platio/requies/gloria. Item dicebat q nullus potest ad
contemplationem ascendere:nisi per actiuam fideliter ꝛ
deuote exercitatus fuerit. Ad contemplandā etiā gloriā
diuine maiestatis nullus pōt ascēdere:nisi p feruorē spi-
ritus et frequentē orōnem. Per feruorem sp̄us accendit
homo:ꝛ ad contēplationem ascendit:qn̄ cor cum ceteris
mēbris est ad hoc totū dispositū plene : ita q nihil aliud
etiā vult nisi qd̄ hꝫ et sentit ꝛ pōt cogitare. Ille esset bon⁹
contēplatiu⁹:q si haberet incisos pedes ꝛ manus et extra-
ctos oculos ꝛ incisum nasum aures ꝛ linguā:pre magni-
tudine suauissimi ineffabilis ꝛ inestimabilis odoris gau-
dii et dulcedinis nulla alia mēbra nullaq alia q̄ q̄ circa
celū excogitari p̄nt/curaret:vel habere desideraret: p̄ter
id qd̄ hꝫ ꝛ sentit:sicut Maria secus pedes dn̄i tantam re-
cipiebat dulcedinē v̄bi dei:q nullū habebat membrū qd̄
posset vel vellet facere aliud q̄ faciebat.ꝛ hoc signum/q̄
conquerēti sorori q nō adiuuaret eā nullo verbo vel in-
dicio respondit.cuius aduocatus christus factus est:pro
Maria respōdēs que respōdere nō poterat. Luc.x. Idē.
Contemplari est ab oibus esse diuisum:ꝛ soli deo esse cō-
iunctum. Item frater Rogerius p̄uincialis vir extaticus
ait. Quidputas erit si intimo tuo intimus sit deus? lib.i.
A quātis tenebris ad quātas duceris claritates per sp̄m
eius?a. Si illas que in intimis illis siue internis secretis
sunt nosses intimas cōtēplationes:si illas lucidas illumi-
nationes/si illos feruidos splēdores/si illos simplos ra-
dios/si illos puros fulgores/si illos viuificos ardores/si
illos pacificos sapores/si illos deliciosos: immo delicio-
sissimos dulcores/si res incognitas ꝛ innominabiles res
tamē experimētales p̄fecte perciperes. A homo si hec ex-
perimēto nosses:puto q: vt ego tenebras ferres grauiter
vite tue.a. Qn̄ aūt erit? Putasne videbo? qn̄.qn̄.qn̄.oia in
mora.nimium flenda dilatio horū. a.a.a. Quid tibi sum
ego:aut q̄d tu mihi deus me⁹?sed q̄d nō mihi es:hec ver-
ba silentii sunt: nec hec extra silentiū ꝛ deuꝫ inueniri p̄nt.
q: alibi nō sunt. O q̄ beatus hō cuius in deo aīa fieri no-
uit deus.supple nō substantialiter:sed vnitiue ꝛ transfor-
matiue. Attende aūt ꝛ admirare q̄ dico/excessus/introi-
tus/defectus/transitus/apprehensio/ transformatio/ad
oīm causam amorū motio in silentiū illud bona/ quieta-
tio punctalis/infiniti visio. Nec terrearis q: punctalē au-
disti.illā em̄ qn̄ vult:ꝛ vult:ꝛ vt quantū vult dilatare pōt
qui finitissimū in se infinitare pōt. Hec magna sunt. Sen-
tire ea vis? Attende qm̄ nullus sic intrat:nisi prius exces-
serit.nec deficit:nisi pri⁹ introierit.nec transit:nisi pri⁹ de-
fecerit.nec app̄hendit:nisi pri⁹ transierit.nec transforma-
tur:nisi prius apprehēderit.nec intuet̄ : nisi trāsformatio
precesserit.nec sic in illū amorē mouetur:nisi qui intus et
valde intus fuerit.nec in beato illo silentio quietat̄:nisi
qui illū amorē nouerit. Post hec videtur deus.q̄re etsi in
quolibet p̄cedēti est visio:post hec tn̄ sequit̄ dei visio ma-
nifesta. Sed p hoc qd̄ dictū est de⁹ me⁹ q̄s vnq̄ sensus ad
hoc sufficit?quū etiā angelic⁹ intuitus qui hoc contīnue
Mat.xviii.experit̄:i hmōi plene nō possit:nō pp̄riis imi-
tatur dn̄e virib⁹. Qui hoc q̄rit:totū tibi se exhibeat.vt in
te trāseat totus. hucusq Rogeri⁹ vene. Talia q̄ merā cō-
tēplationē respiciūt fm Bern̄.nō docet lectio : sed vnctio
sp̄ussc̄ti in sua dona sapientie gustāte.que vnctio docet de
oibus his.i.Io.ii.ex de sacra vnc.c.vnico.§.i.v̄.de secūda.
De vtraq vita actiua ꝛ cōtemplatiua q̄ simul teneri pōt
a p̄latis eccl'ie,xxxvi.dis.siq̄s.viii.q.i.in scriptur̄.c. qui ep̄i-
scopatū.ii.q.vii.sctā.vii.q.i.scias.xvi.q.i.nos autē.xix.q.ii.
due.ex de renū.nisi.§.ne putes.ꝛ de regula.licet.§.penul.
¶ Expeditis tuis donis sacratissimis alme sp̄us nūero
septenario designatis/Ego frater pctōr scriptor isti⁹ ope-
ris gemitib⁹ inenarrabilibus a te. Rom̄. viii.datis oro te
veni hauster calide scrē sp̄us ignee.perfla hortum meuꝫ.
Cañ.iiii.in fi.i.eccl'iaꝫ q̄ est hort⁹ ɔclusus.vt in eodē.c.iiii.
xxiiii.q.i.oibus.ꝛ.c.qm̄. Meū inquā.q: eccl'ia est m̄r mea
et oīm fideliū magistra.ex de priuil.antiqua. Et fluētaro-
mata illi⁹.i.v̄tutes fm Greg.in homi.pasce.q̄ vitia in ea
i.in mēbris suis corruptis exīstēria expellāt.xxxii. q.i. cum
renūtiat̄. Et currat in odorē vnguētorū sponsi sui. Cañ. i.
cū eccl'ia primitiua talibus virtuosis odoribus fecūdata.
vt in fine istius ecclesie militantis iam in proximo veniē-
te extremitas defectuose vite redeat ad principiuꝫ sancte
vite:ꝛ reuolet. o.ad.a.xxxv.dist.ab exordio.

¶ Articulus.xciii.

Flante prospe sui
dignissima gratia dicta haustro/et com-
pleta ista scd̄a parte istius operis de rui-
na in vita magna statuū ecclesie sancte
dei/nō ad detractionē sed correctionem
prescripta: Iā ratis mea desiderat i litore collocari. Act.

xxvii. Ioā.iii.xxvii.q.i.nuptiarū. Mat.xxv. Leuās manus
oculos ꝛ cor ad illū spōsum eccl'ie Iesum christū vnicum
dn̄m nostrū filiū dei viui et verū deū. Mat.xvi.qui est pri-
cipium ꝛ finis. Apoc.i.ꝛ qui vere fuit principiū isti⁹ opis
et cōsummatio.gr̄as vberes sibi reddens: corde ꝛ ore be-
nedico:sibi dicēs/Gloria laus ꝛ honor tibi sit rex christe
redemptor.et bn̄dictio/ꝛ claritas/ꝛ sapiētia/et gratiarū
actio/honor/ꝛ virtus/et fortitudo tibi deo nr̄o in secula
seculorū. Amen. Apoc.vi. Ac deinde ad te papa beatissime
dn̄e Ioan.xxii.v̄e Iesu christi dn̄i nostri in terris vicarie
generalis ꝛ sponse legitime eccl'ie sue sancte/cū tuo vene-
rabili et sacro collegio dn̄orū Cardinaliū genibus flexis
dirigendo sermonē:hoc opus qd̄ iam fecisti scribi suppli-
citer recōmendo. Ipsum corrigas:ꝛ corrigi facias. Fauo-
rem sibi largiaris. Salus ibi tue ꝛ nostre eccl'ie continet̄.
Sicut etiā dixi in suo principio:sic et nūc in fine eius dico
nihil aliud sentio nec teneo nec doceo:nisi quod sentis te-
nes ꝛ doces cū tua sancta matre eccl'ia:que nunq̄ a veri-
tate catholica deuiauit.xxiiii.q.i.a recta.c.memor. c. in se-
de. Si ergo in aliquo ex ignorātia vel improuisiōe vel ni-
mia occupatiōe sicut homo minus bene dixi: per te. lxiii.
dist. valētinianus.corrige:q: tibi p̄cipue christiane religio-
nis zelus incūbit.xxiiii.q.i.officii. Alia canonice dicta tua
authoritate corrobora ꝛ cōfirma.xxv.q.ii. postea. ¶ Cō-
pleui autē hoc opus dei gr̄a comitante/currēte anno dn̄i
M.cccxxxii.pontificat⁹ tui anno.xvi.in fi. In festo sancte
Marie niuis/in Auinione vbi tunc cum tua curia reside-
bas. Et incepi anno dn̄i. M.cccxxx.pōtificatus tui anno
xiiii.in ciuitate eadē vbi cū tua curia eras et ego seruus
pedum tuorū et officialis indignus in penitentiarie offi-
cio regnante dn̄o nostro Iesu christo cum patre et spiri-
tu sancto benedicto et glorificato in secula seculoruꝫ.i.ad
Timo.i.ꝛ vlti.de cōse.dis.i.hi duo.ꝛ.c.porro gloria ꝛc.

¶ Authoris subscriptio.

Manu propria vna vice correxi ꝛ apostillaui anno domi-
ni. M.cccxxxv. in Algarbia Portugallie vbi sum presul
in villa Ramra. Secundo correxi et apostillaui in sancto
Iacobo de cōpostella anno domini. M.cccxl. ¶ In p̄ma
parte istius opis sunt.lxx.articuli. In scd̄a v̄o p̄e.xciii.

¶ Ad lectorem.

Habes tandem lector humanissime fratris Aluari Pela-
gii viri sane peritissimi opus desideratissimū : cui titulū
indidit ipse. De planctu ecclesie. Opus inquā supra veri
fidē eruditiōis plenū:quadragesimotertio abhinc anno
stanneis characterib⁹ primū Vlme (que germanorū est ci-
uitas) excusū. In quo nimirū reponēdo pristinoq nitori/
quoad fieri potuit/restituendo quātū sit desudatū quā-
tūq laboris (qd̄ citra gloriā dixerim) exhaustum:penes
eum sit fides qui germana exemplaria cū recentioribus
hisce cōtulerit. Non tn̄ ita nobis ipsi placemus:vt quicq̄d
inerat mendarū nr̄o dispūctum obelo velim⁹ existimari.
Preter em̄ paucula vel heracliticis tenebris obscuriora
in q̄bus nihil oīno potuimus integritatis expiscari : nō-
nulla certo scimus nr̄os (hoīes em̄ sumus) oculos ꝛ fe-
fellisse et effugisse. Hoc tamen admonitū te velim nostrū
exemplar nescio quib⁹ malis auibus tam portentosis er-
ratorū mōstris passim scatuisse:vt vix i eo decimū quodq
v̄bum integrū illesumq (ne dicā penitus aut inuersum
aut adulteratū) fuerit reperire. Qr si tā insignia hec scri-
pta rursum impressioni (qd̄ vtiq speram⁹) cōtigerit de-
mandari:diis bene iuuantibus emendatiora fortassis in
vulgus prodibūt. Impressum est autē denuo preclarum
hoc opus in famatissimo Lugdunensi emporio apud vi-
rum integerrimum Ioannem Cleyn bibliopolam ex in-
dustrium et de bonis literis optime meritum. Anno post
christū natum sesquimillesimo supra decimū septimo ad
Calendas Augustas. Vale.

Distichon.

Plurima qui latuit vix vlli secula notus
Exerit e tenebris Aluarus ecce caput.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca